2

BVLLARII

SIVE COLLECTIONIS

Constitutionum Annis Quatuor sui Pontificatus editarum.

MO

A S. D. N. SIXTO QVINTO

PONT. OPT. MAX.

Pars Secunda.

CVM


Rubricis, Summarijs, Lucubrationibus, & triplici Indice

D. Laertij Cherubini de Nursia Iureconsulti, & Curiæ Capit. Secundi Collat.

EDITA

Opera & Industria Pauli Bladij Impressoris Cameralis.

CVM PRIVILEGIO.








ROMAE,

Apud eundem Paulum Typographum Cameralem.

M. D. XC.



SIXTO QVINTO
PONT. OPT. MAX.

LAERTIVS CHERVBINVS F.



ICVT Felicissimi tui Pontificatus initio, quo nil post hominum memoriam Christianæ Reip. opportunius accidere poterat, complures constitutiones à Greg. VII. vsque ad obitum Præcessoris tui, & anno superiore, tuas LXXV. Sanctiones Christiano Orbi admodum salutares, altero per me codice collectas, ac Pauli Bladi Impressoris Cameralis summa cura & diligentia, eiusq. sumptibus & impensis impressas, nomini tuo dicaui, Ita nunc alia XL. Ecclesiæ Dei perutilia ac religiosissima à te etiam condita decreta, & in vnum à me pariter collecta, & quibusdam adnotationibus exornata, ac ab eodem Paulo accurate etiam impressa tuæ dedico felicitati. Id dumtaxat obnixè & simpliciter orans atque rogans, vti quemadmodum antea, primas illas vigilias meas facile ac libenter probasti, & mox alterum laborem meum quasi tuarum amplissimum virtutum theatrum, humaniter aspexisti: sic in præsenti, hoc tertium opusculum quasi alterum præclarissimorum gestorum tuorum proscenium serena letaq. fronte aspicere ne graueris, & sic me aliquam erga B. tuam, quæ in dies me auget beneficijs, grati animi & voluntatis meæ significationem dare, æquo animo patiaris. Ipse autem (quod meum esse sentio) Deum immortalem precor assidue, vt te, quem sua Ecclesiæ Rectorem & moderatorem præfecit, saluum & felicem quam diutissime seruet. Romæ die xx. Decembris. An. 1589.

S. D. N. SIXTO V.
PONT. MAX.
Felicitatem.



VOD Felicibus Sanctitatis Vestræ auspicijs, Pater Beatissime, ante annos duos, magna eruditorum virorum comprobatione, & fructu facere cœpimus, vt grauissimas Sanctitatis Vestræ Constitutiones, ad illum diem promulgatas, proprio Volumine comprehendi curaremus, typisque nostris accurate imprimeremus, id nunc quoque strenue persequimur, & veterem industriam, noua diligentia cumulare studemus. Alterum enim Constitutionum Sanctitatis Vestræ volumen, quęcumque ab eo tempore in hunc vsque diem sunt editæ confecimus, & impressimus, adiuti in primis solertia, & doctrina egregij Iurisc. Laertij Cherubini, qui & primum illum, & hunc secundum Librum, eadem sedulitate summis, notis, Indicibusq; instruxit. Quæ igitur Sanctitatis Vestræ Bullæ Apostolicæ ex nostra Camerali Typographia, toto superiore biennio & amplius, singillatim prodierunt, eædem simul collectæ, & copulatæ in lucem prodeuntes, ad beatissimos Sanctitatis Vestræ pedes accurrunt, & gaudio quodammodo exultantes, se se (vt priores antea Sorores fecerunt) ostendere gestiunt, suo, & omnium fidelium parenti, à cuius summa auctoritate, & singulari sapientia omnes promanarunt. Et illas quidem Sanctitati Vestræ gratas fore non dubito, sed & illud etiam spero, hoc qualecumque est operæ, & laboris mei in illis excudendis, atque vt potui ornandis, Sanctitati Vestræ earum commendatione gratum acceptumq; futurum. quod ab eius eximia benignitate, omni animi demissione peto, Deumq; oro vt Sanctitati V. præclara semper agenti & cogitanti, annos vitæ plurimos, & felicissimos largiatur.

Sanctitatis Vestræ

Humillimus & deuotiss. seruus

Paulus Bladus
Typographus Cameralis.

ERECTIO CAPELLÆ

AD PRAESEPE IESV CHRISTI

IN BASILICA S. MARIAE MAIORIS DE VRBE,

Cum annuorum redditũum aſsignatione, & Iuris patronatus ac Priuilegiorum conceſsione.

I.



Sixtvs Epiſcopus Seruus Seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

Gloriosae & ſemper Virginis Dei genetricis Mariæ ſalutiferam fœcunditatem humiliter venerantes, intra cuius caſtiſsima viſcera, virtute Altiſsimi mirabiliter obumbrante, diuina ſapientia ſibi domum ædificauit, ſummas illius laudes, & præclara in vniuerſum genus humanum, ſed in nos potiſsimùm merita & verbis, & factis quantum pro humana imbecillitate poſſumus libentiſſimè prædicamus. Hanc enim Beatiſſimam Virginem gratiæ, & miſericordiæ parentem, ab ipſa pene infantia nobis Aduocatam delegimus, cuius patrocinio,& interceſſione,multis periculis erepti fuimus,multa beneficia à bonorum omnium largitore Deo accepimus. Itaque cum aliàs eiuſdem Sanctiſſimę Virginis nomine & miraculorum ſplendore Illuſtres Eccleſias ſemper in honore habuimus, tum in primis erga celeberrimam eius in Alma Vrbe Baſilicam ad Præſepe Domini, quę Sanctæ Marię Maioris appellatur, præcipua quadam,& pia deuotione affecti ſumus. Cumq; conſideraremus Sanctum Dominici Præſepis Sacellum in eadem Baſilica ſitum, ob ſacras illius Præſepis reliquias, in quo Rex glorię naſci non abhorruit, & infans iacuit, magna in veneratione meritò habitum, minus decenter pro loci dignitate, & ſanctitate ornatum, & extructum eſſe. Nos cupientes tam eximium,& religioſum monumentum debito cultu, decentiq; ornatu augere, ac nobili ædificio circumſeptum communire, opus ſanè viribus noſtris, & facultatum noſtrarum illo quidem tempore tenuitate maius, freti ope eiuſdem Deiparæ ſemper Virginis, & animo ſuſcepimus,& re ipſa aggreſſi ſumus. Nam iampridem cum Sanctę Romanę Eccleſię Cardinalatus honore fungeremur, loco, à Dilectis filijs Capitulo eiuſdem Baſilicæ, interueniente etiam auctoritate fel. rec. Gregorij Papę XIII. prędeceſſoris noſtri nobis conceſſo, Inſignem Capellam & ſpatij amplitudine, & ſubſtructionis magnificentia, templi inſtar, cœpimus à fundamentis ædificare, Cumq; ædificatio feliciter procederet, ecce diuina ſic diſponente clementia, nullis noſtris meritis, ſed ipſius Beatiſſimæ Virginis precibus, in Apoſtolicę Sedis faſtigio locati ſumus. Quare inchoatum opus tanto impenſius vrgentes, nullisque quamuis maximis ſumptibus parcentes, Capellam ipſam teſtudine ſublimi plumbi laminis extrinſecus tectam, & precioſis cruſtis, & tegmentis marmorum, atque opere tectorio marmorato, egregijsq; picturis, & ſacris imaginibus, & loco ipſo congruen. exornatam, ita demùm benedicente Domino perfecimus, atq; omni ex parte abſoluimus, vt ipſa antiqua venerandi Pręſepis ędicula, multis catenationibus, colligationibus, & fulcturis circum adhibitis,ne parietes diſſolui,ne ve opus vlla ex parte labefactari poſſet,magna ergatarum, & tractoriarum machinarum vi, ingenti labore, atq; artificio tota ſimul ſolida, ac prorſus integra, quod factu difficillimum videbatur, veteri ſede conuulſa,& in altum ſublata, in medium ipſius nouę Capellę gremium, ſub eius pauimento in locum ſubterraneum tranſlata, atque aſportata fuerit, vbi, & ſpecus circumcirca humili fornice concameratus,per quem circuiri poſsit,extructus eſt gradibus ad commodum deſceſum in eandem ſacri Pręſepis ędiculam, & dictum ſpecum hinc inde aptè poſitis, vt Chriſtifideles viri tantum, laudes & preces Deo offere, & Presbytero in Altari ibidem ſito Miſſas deuotè celebrare valeant, Altare item ſupra ipſius ędiculę fornicem conſtituto, ad Miſſas Pontificias celebrandas. Duo pręterea minora, ſed tamen inſignia Altaria, ſiue Sacella

Sanctiſsimus Pont. iſte ab eius infantia, B. Virginem ſibi Aduocatã delegit,eiusque patrocinio multa pericula euaſit.

Eius Ideo Eccleſias, & maxime Baſilicam S. Mariæ Maioris de Vrbe, deuotè admodũ coluit.

Præſepis itaq. Sacellum in d. Baſilica minus decenter extructum, & ornatũ eſſe videns ipſe dum Cardinalis erat, B. Virginis ope fretus inſignem ibi Capellam ædificauit.

Interim eiuſdẽ B. Vir. precib' ipſe fuit Põtif. creatus. dictãq. Capellã egregiè exornauit, & pfecit.

Altareq. maius ſuper ędiculã d. Præſepis ad Miſſas Põt. celebrãdas conſtituit.

Alia autẽ duo Altaria ad lumina d. Capellæ adiunxit.

Sanctæ Sabinæ presbyter Cardinalis Spinola nuncupatus, qui Monasterium Sancti Nicolai de Butramo dicti Ordinis S. Basilij Hieraceñ. diœcesis, ex simili concessione, & dispensatione in Commendam ad eius vitam nuper obtinuerat, posteriori Commendæ huiusmodi, ac omni, & cuicunq; iuri sibi in dicto Monasterio S. Nicolai, illiusq; regimine, & administratione, vel ad illa quomodolibet competenti, hodie in manibus nostris sponte, & libere cesserit. Nos cessionem huiusmodi admittentes, ac Capellam nostram prædictam ad eiusdem Redemptoris nostri laudem, & honorem, & gloriosissimę illius Genitricis, dictiq; Sancti Præsepis memoriam, & venerationem, ac diuini cultus incrementum, competenti beneficiorum, & ministrorum Ecclesiasticorum numero stabilire, annuisq; redditibus pro congrua eorum substentatione, & manutentione, onerumq; illis, ac dictæ nostræ Capellæ, necnon illius fabricæ, & Sacristiæ pro tempore incumbentium supportatione necessarijs dotare volentes, verumq; & vltimum dictorum Monasteriorum vacationis modum, etiam si ex illo quæuis generalis reseruatio, etiam in corpore Iuris clausa resultet præsentibus pro expressis habeñ. Motuproprio non ad alicuius nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed ex mera deliberatione, & certa scientia nostra, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine in Capella nostra prædicta vnam Præposituram quę in ipsa Basilica, secunda Dignitas existat, hoc est prima post Archipresbyteralem, pro vno Præposito, vtriusque vel alterius Iurium Doctore, seu in Theologia Magistro, & in presbyteratus ordine constituto, ac vnam Sacristiam pro vno Sacrista, & quatuor perpetuas sine cura Capellanias, pro quatuor perpetuis Capellanis presbyteris, & quatuor alia Clericatus nuncupanda perpetua simplicia beneficia Ecclesiastica pro totidem aliis Clericis nuncupandis perpetuis Beneficiatis, quorum siquidem Sacristę Capellanorum, & Beneficiatorum, qui Clerici nuncupantur, dictus Prępositus caput existat, ac in rebus, negotiis, & actibus per eos tractandis, & faciendis primum, & digniorem locum habeat, ibidemq; pręsit, ac tam ipse, quàm prædicti Sacrista Capellani, & Beneficiati dictę Capellæ, prout inferius descriptum erit, deseruiant, Apostolica auctoritate tenore pręsentium perpetuò erigimus, & instituimus, ac eidem Capellę nostrę, illiusq; fabricę, & Sacristiæ, necnon commune massę ipsorum Præpositi, Sacristæ, Capellanorum, & beneficiatorum pro eorum manutentione, & substentatione, ac onerum illis incumbentim supportatione singula Monasteria prędicta, quę cõuentu carent, ac quorum fructus, redditus, & prouentus Sancti Ioannis ad quadraginta, Sancti Leonardi verò ad quinquaginta florenos auri, in libris Camerę Apostolicæ taxati reperiuntur, Sancti Nicolai autem, ac illi perpetuò annexorum, S. Marię de Pigliano, & eiusdem Sanctę Mariæ de Canicisis quingentorum, & quinquaginta ducatorum auri de Camera secundum communem extimationem valorem annuum, vt etiam accepimus non excedunt quibusuis modis, & ex quorumcunq; personis, seu per liberas quorumuis cessiones, de illorum regiminibus, & administrationibus in Romana Curia, vel extra eam, etiam coram Notario publico, & testibus spontè factas vacent, etiam si tanto tempore vacauerint, quòd eorum prouisio iuxta Lateranen. statuta Concilii, aut canonicas sanctiones ad sedem pręd̃ictam legitimè deuoluta existat, & illa ex quauis causa ad Sedem eandem specialiter, vel generaliter pertineat, & de illis Consistorialiter disponi consueuerit, seu debeat, ac super regiminibus, & administrationibus Monasteriorum huiusmodi inter aliquos lis, vel eorum possessorio molestia, cuius litis statum etiam pręsentibus haberi volumus pro expresso pendeat indecisa, cum pręd̃ictis, & forsan aliis illis annexis eorumq; membris, grangiis, prędiis, possessionibus, Decimis, primitiis, vineis, terris, agris, censibus, fructibus, redditibus, prouentibus, iuribus, obuentionibus, emolumentis, pertinentiis, rebus, & actionibus vniuersis, cęterisq; bonis, mobilibus, & immobilibus, ac se mouentibus cuiuscunq; qualitatis pretii, & valoris annui existeñ. ac vbiq; locorum consisteñ. eorumq; proprietate, & dominio, Ita quòd liceat Collegio Præpositi, Sacristæ, Capellanorum, & Beneficiatorum huiusmodi per se, vel alium, seu alios, eorum, & dictæ nostræ Capellæ, illiusq; fabricæ, & Sacristiæ, suæq; mensæ, seu massæ communis nominibus corporalem, realem, & actualem possessionem Monasteriorum, annexorum, membrorum, grangiarum, prædiorum, possessionum, decimarum, primitiarum, vinearum, terrarum, agrorum, censuum, iurium, pertinentiarum, rerum, actionum,

Et mediò ad laudem eiusdē B. Virginis, & d. Præsepis venerationem, vnam Præposituram, vnam Sacristiam, quatuor Capellanias, & quatuor Clericatus in d. Capella erigit, & instituit.

Pro illorumq; substentatione. redditus beneficioru hic descriptorum, assignat.

num, & bonorum huiusmodi, propria auctoritate; absq; spolij, & attentatorum vitio, ac cuiuscunq; Iudicis decreto, vel ministerio liberè apprehendere, & perpetuò retinere, illaque regere, & administrare, necnon fructus, redditus, prouentus, iura, obuentiones, & emolumenta eorundem percipere, exigere, & leuare, illaq; in suos, secundum ordinationem inferius per nos descriptam, & dictæ Capellæ nostræ, illiusq; fabricæ, & Sacristiæ vsus, vtilitatem, & necessitates omnino conuertere, Diœcesani loci, vel cuiuslibet alterius licentia desuper minimè requisita, auctoritate & tenore prædictis, etiã perpetuò vnimus, annectimus, & incorporamus, ac in eisdem Monasterijs sic vnitis, eorumq; Ecclesijs annexis, membris, & grangijs, dignitates Abbatiales, illarumq; titulos, nomina, & denominationes, eisdem auctoritate, & tenorum similiter perpetuò supprimimus, & extinguimus. Statuentes & ordinantes, vt Præpositus, & Capellani prędicti, singulis diebus Dominicis, & festiuis, Missas quatuor; alijs verò diebus, tres Missas, alternis vicibus, seu hebdomadatim, iuxta prouidam dispositionem, & ordinationem desuper ab eis facieñ. celebrare, & quotannis tria Anniuersaria officia Mortuorum, vnum videlicet pro dicti Pij prædecessoris, & aliud pro Nostra, postquam viam vniuersæ carnis ingressi fuerimus, reliquum autem pro parentum, & propinquorum nostrorum, & infrascriptorum patronorum animabus. quæ tamen non intra dictam Capellam nostram, sed extra eam in illius vestibulo, quod est in eiusdem Basilicæ naui eidem Capellę contigua peragantur, ne vbi vitę auctor, & mortis victor, ac triumphator est ortus, ibi castra doloris Cenotaphia, pallea, feretralia, & alia mortuorum, ac funeralium officiorum insignia conspiciantur. Sacrista verò curam celebrationis Anniuersariorum officiorum, & Missarum huiusmodi, necnon custodiam sacrę supellectilis, ac ornamentorum, & paramentorum ad dictę Capellæ nostrę vsum pro tempore pertinentium habere. Alij autem beneficiati prędicti, eisdem Pręposito, Sacristę, & Capellanis in pręmissis assistere, eisq; in diuinis inseruire, ac alia obsequia, & onera sibi pro tempore imposita præstare debeant, & teneantur, Ac omnes simul vnum Collegium inter se cum arca, massa, & sigillo communibus, alijsq; Collegialibus insignibus, ad instar aliorum similium Collegiorum, tam in prædicta, quàm aliis quibusuis dictæ Vrbis Basilicis & Ecclesiis institutorum, constituant: Necnon annis singulis ex dictis fructibus, redditibus, prouentibus, iuribus, obuentionibus; & emolumentis, ipsius nostræ Capellæ Præpositus quadringenta, Sacrista centum & quinquaginta, singuli Capellani etiam centum & quinquaginta: singuli verò alij beneficiati Clerici inibi pro tempore existentes quinquaginta scuta monetæ Romanæ percipere, ipsiq; insimul similiter annis singu'is vnum Thesaurarium, seu Camerarium, qui de eorum gremio existat, & ad quem peculiaris cura recuperationis, exactionis, distributionis, & repartitionis omnium, & singulorum fructuum, redditŭum, prouentuum, iurium, obuentionum, & emolumentorum ad dictam Capellam nostram illiusq;, fabricam, & Sacristiam, atque ad communem massam Collegij huiusmodi, nunc, & pro tempore spectañ. pertineat eligere, & deputare: necnon vt soluta Præposito, Sacristę, ac singulis Capellanis, ac beneficiatis prędictis rata parte, seu portione eos, vt prçfertur tangente, & deductis omnibus impensis ad vsum Capellæ nostræ, illiusq; fabricæ, & Sacristiæ huiusmodi necessarijs, totum id quod superierit, in emptionem tot locorum Montium non vacabiliũm, aut aliorum bonorum stabilium erogare, illorumq; necnon inde prouenieñ. fructus postquam ad summam cẽtum scutorum similium ascenderint, pro vna inter se proportionabiliter diuidere, & repartiri: pro altera verò medietatibus, eorundem superexcrescentium fructus, in vsum, necessitates, & ornamenta Capellę nostrę, illiusq; fabricę, & Sacristiæ huiusmodi conuertere debeant: ita tamen vt Thesaurarius, aut Camerarius pro tempore existens, de receptis & administratis per eum rationem, & computa eidem Collegio in fine cuiuslibet anni reddere omnino teneatur. Ac insuper vbi, quoties, & quandocunq; eis placuerit liberè eorum arbitrio, sine vllo tamen onere, aut obligatione, & sine vllo impedimento stallum, & locum in dicta Basilica, & illius choro habere, omnibusq; & singulis horis Canonicis, ac aliis diuinis officiis, necnon processionibus, cæterisq; publicis actibus, non tamen Capitularibus dictæ Basilicæ interesse, ita vt neq; ad interessendum præmissis vnquam cogi, vel compelli, nec si spontè accedere voluerint, impediri quouis prętextu possint. Et ibidem Prępositus, videlicet

cappam,

Præposito, & Capellanis prędictis quasdã missas, & Anniuersaria celebrandi curam iniungit.

Sacristæ, celebrationis Officiorum, & Capellæ supellectilis, & ornamentorum curam assignat.

Beneficiatisq; onus in præmissis assistendi, & diuinis inseruiendi imponit.

Iisq; omnibus certos redditus & prouentus concedit.

Et in choro locũ eisdẽ, quandocunq; si adesse voluerint assignat.

cappam, aut cottam cum rocheto, prout temporis qualitas exegerit, ad instar Canonicorum eiusdem Basilicę: Sacrista autem, & capellani, ac alii beneficiati Clerici nuncupati prędicti, habitum per alios beneficiatos, & Clericos ipsius Basilicę gestari solitum, respectiuè deferre, necnon attenta antiquitate, nobilitate, & pręstantia eiusdem Sancti Pręsepis Dominici, à quo tanquam præcipua & primaria parte, tota Basilica etiam ad Pręsepe Domini olim dicta fuit: & cum hæc ipsa per nos erecta dignitas Sacristia, Capellanię, & Beneficia pro diuino cultu, & seruitio eiusdem Præsepis fuerint instituta, Præpositus immediatè post Vicarium Archipresbyteri dictæ Basilicæ, & ante omnes illius Canonicos supradictos; Sacrista verò & deinde Capellani post ipsos Canonicos, & ante omnes Beneficiatos Basilicæ: alii autem eiusdem Capellæ nostræ Beneficiati Clerici appellati, post Beneficiatos, & ante Clericos Basilicæ huiusmodi immediatè sedere, & incedere liberè, & licitè possint. Per hoc tamen eiusdem Basilicæ & capitulo, Canonicis, Beneficiatis, & Clericis quoad distributiones, & alia emolumenta per eos dum horis Canonicis diuinisq; officiis, ac processionibus, & aliis actibus huiusmodi intersunt, percipi, & lucrari solita, aliqua ex parte pręiudicare nequaquam intendimus: quinimò dictis nostræ Capellę Præposito, Collegio, Sacristæ, Capellanis, & beneficiatis, Clericis nuncupatis, & eorum cuilibet auctoritate, & tenore Prædictis inhibemus, ne ipsi eorumue aliquis siue propter eorum præsentiam, interessentiam, & assistentiam in choro horis Canonicis, diurnis, & nocturnis, Missis etiam solemnibus, & aliis diuinis officijs etiam in festiuitatibus maioribus, & quocunque anni tempore, aut processionibus, vel anniuersariis mortuorum, siue propter aliam quamcunq; causam, vel occasionem quippiam paruum, aut magnum etiam pro eorum rata, aut virili de ipsius Basilicæ Capituli beneficiatorum, & Clericorum prædictorum Mensa, Massa, distributionibus, aut emolumentis ordinariis, vel extraordinariis etiam incertis, & vt pręfertur personaliter interessentibus tantum dari solitis, vllo modo, aut quæsito colore, vel ingenio percipere, aut quomodolibet prætendere audeant, vel præsumant. Deinde ne in ipsa Capella nostra, illiusq; situ, seu ambitu, solo, aut pauimento, muris, structuris, & ędificiis præter supradicta monumenta aliud sepulchrum, aut sepulturę locus, seu tumulus, alteri personę cuiuscunq; status, gradus, qualitatis, & conditionis fuerit, siue per viam depositi, siue aliàs quomodolibet concedi, vel assignari possit, aut debeat, districtè interdicimus, & omnino in perpetuum prohibemus. Præterea eandem Capellam nostram, illiusq; fabricam, & Sacristiam, necnon Præpositum, Sacristam, Capellanos, & Beneficiatos, Clericos nuncupatos pro tempore existentes, ipsumq; Collegium, ac prædicta cæteraq; omnia, & quęcunq; illius, & eorum bona mobilia, & immobilia cuiuscunq; qualitatis, & quantitatis in dictis Vrbe, & locis, & extra, ac aliàs vbiq; locorum consistentia, ab omni iurisdictione, correctione, visitatione, Dominio, superioritate, & potestate nunc, & pro tempore existentis Vrbis Vicarii, ac Archipresbyteri dictæ Basilicæ, eiusq; Vicarii, & Capituli, & cuiusuis ordinarii loci aliorumue quorumcunq; Iudicum, & Officialium in ipsa Vrbe, vel aliàs vbilibet constitutorum, perpetuò eximimus, & liberamus, ac sub Beati Petri, & Sedis Apostolicę atque nostra protectione suscipimus, nobisq; & dictę Sedi immediatè subiicimus. Ad hęc Pręposito, Sacristę, Capellanis, & Beneficiatis Clericis nuncupatis prędictis, illorumq; Collegio, vt omnibus, & singulis priuilegiis, immunitatibus, exemptionibus, libertatibus, præeminentiis, prærogatiuis, fauoribus, facultatibus, indultis, & aliis gratiis tam spiritualibus, quàm temporalibus, quibus alii Dignitates, Capellanias, & alia beneficia in dictæ Sanctæ Mariæ Maioris, & aliis eiusdem Vrbis Basilicis & Ecclesiis, pro tempore obtinen. eorumq; Collegia de iure, vel consuetudine, aut ex priuilegio, vel aliàs quomodolibet vtuntur, potiuntur, & gaudent, ac vti, potiri, & gaudere possunt, & poterunt quomodolibet in futurum, non solùm ad eorum instar, sed æquè principaliter, & pariformiter in omnibus, & per omnia, vti, potiri & gaudere liberè & licitè valeant, auctoritate, & tenore prædictis indulgemus. Necnon tam prædictis in Vrbe Vicario, Archipresbytero, eiusq; Vicario, & Capitulo locorum ordinarijs, quàm aliis quibuscunq; personis quauis auctoritate, & dignitate fungentibus, ne quarumcunq; facultatum, priuilegiorum, aut litterarum eis sub quibuscunq; tenoribus & formis concessorum prætextu Præpositum, Sacristam, Capellanos, aut Beneficiatos, qui Clerici appellantur, prædictos,

Et ne propterea aliquod emolum eorum perc piant, interdicit.

In d. Capella al ud sepulchrũ seu tumulũ pro quauis persona fieri prohibet.

Capellã ipsam & eius sacristiã Præpositum, Sacristam, Capellanos, & Clericos, eorumque bona, ab aliorũ iurisdictione eximit.

Priuilegiaque aliis in Ecclesiis Vrbis dignitates huiusmodi habentibus concessa, pręedictis etiam concedit.

ctos, siue eorum aliquem in præmissis quoquomodo molestent, aut molestari permittant, districtius inhibemus.

* Protectoremq; & eorundē Defensorem, Illustrissimum D. Alexandrū Perettū Card. de Mōte Alto, eius Pronepotē, & eo defuncto, alios hic designatos deputat.

* Vt verò Capellæ nostræ, illiusq; fabricę, & Sacristię, ac Collegii huiusmodi felici, & prospero regimini, gubernio, & conseruationi opportunè consulatur, vtq; promptum, & paratum sit eis auxilium, Dilectum filium Alexandrum Sanctæ Mariæ in Cosmedin Diaconum Cardinalem de Montealto nuncupatum ex sorore germana (secundum carnem) pronepotem nostrum, & eo vita functo, antiquiorem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalem ex nostra familia, & parentela, vel in eius defectum ex Prouincia Marchiæ Anconitanæ oriundum, seu si nullus eorum fuerit, primum presbyterum Cardinalem pro tempore existentem eiusdem Capellæ nostræ, illiusque personarum, rerum, bonorum, & iurium Protectorem, ac Defensorem, cuius consilio, & ope omnia supradicta, & quæcunque alia in his, & circa ea quomodolibet necessaria agantur, statuantur, & ordinentur, constituimus, & deputamus, Ac volumus, & declaramus, quòd licèt nullo existente nostri sanguinis Cardinale, alius ad id vt præfertur vocatus Cardinalis munus Protectoris huiusmodi subire, & exercere incœperit, nihilominus si postmodum contingat, aliquem nostræ familiæ, & parentelæ, ad Cardinalatus honorem assumi, is in eiusdem muneris functione præferri debeat, & constitutio, ac deputatio de cuiusuis alterius persona in Protectorem huiusmodi factæ eo ipso cessare, & expirare censeātur, Dantes, & concedentes eidem Alexandro Cardinali moderno, & pro tempore existenti eiusdem nostrę Capellæ Protectori, plenam & liberam facultatem, & auctoritatem, differentias, lites, & controuersias inter quascunq; personas, tam Pręposi-ti, quàm Sacristæ, Capellanorum, & Beneficiatorum, Clericorum nuncupatorum dictę Capellæ, eorumdemq; litium consortes, seu ab eis causam habentes pro tempore exortas, summariè, simpliciter, & de plano, sine strepitu, & figura iudicij, appellatione remota decidendi, diffiniendi, terminandi, & exequendi, ac deniq; eandem prorsus iurisdictionem, superioritatem, & potestatem in Capella nostra illiusq; Altaribus, atque vniuersis, & singulis personis prædictis liberè exercendi in omnibus, & per omnia, quam pro tempore existens Archipresbyter dictæ Basilicæ, eiusque Vicarius in ipsa Basilica, illiusque Altaribus, Capitulo, Canonicis, Beneficiatis, & Clericis, vel Ministris de iure, consuetudine, aut ex priuilegio, aut aliàs quomodolibet exercere potest, & debet, siue in futurum poterit, & debebit, etiam quoad ea vniuersa, & singula, quę expressionem, & concessionem requirunt magis specialem, quæque sub generali huiusmodi concessione non comprehenduntur.

Protectorique pro tēpore iurisdictionē circa Præpositū, Sacristam, Capellanos, & Clericos, & eorum lites, concedit.

Insuper Iuspatronatus, & præsentandi personas idoneas etiam alienigenas ad Præpositūram videlicet, Protectori, ad Sacristiam verò, ac quatuor Capellanias, & alia beneficia Clericatus nuncupata huiusmodi Pręposito pro tempore existentibus prędictis, tam hac prima vice, ab eorum primęua erectione, & institutione huiusmodi, apud Sedem prædictam vacantia, quàm quoties exnunc decętero illa quibusuis modis, & ex quarumcunq; personis etiam nostris, aut Romani Pontificis, pro tempore existentis, seu cuiusuis Cardinalis etiam tunc viuentis familiaribus, continuis commensalibus, seu Romanæ Curiæ officialibus, aut aliàs quomodolibet reseruationem inducentibus, semper liberas, vel ex causa permutationis resignationes de illis in dicta Curia etiam in manibus nostris, vel Romani Pontificis pro tempore existentis, vel extra eam quomodolibet factas, & admissas, aut assecutionem alterius beneficij Ecclesiastici quauis auctoritate collati, seu illa pro tempore obtinentium decessum, vel quamuis aliam demissionem, amissionem, priuationem, religionis ingressum, matrimonij contractum, aut aliàs quomodocunque, & qualitercunq; etiam apud Sedem prædictam simul, vel successiuè vacare contigerit, per Protectorem, & Præpositum prædictos ad pręsentationem huiusmodi in forma solita instituendas, Dilecto filio Michaeli Peretto Burgi Sancti Petri, & Militum custodiæ nostræ moderno Præfecto similiter nostro (secundum carnem) ex sorore dicta pronepoti, eiusq; masculis, ex masculis descendentibus legitimis, & naturalibus, ac ex legitimo matrimonio natis, & procreatis; ita tamen quòd pręsentatio fieri debeat solùm à primogenito, & ipsius primogeniti primogenito vsq; in infinitum hoc modo videlicet,

* Ius patronat. & pſentādi personas prędictas Illustris. Michaeli Peretto eius pronepoti, illiusq; descendētibus, concedit.

* Si dictus Michael plures filios masculos habuerit, pręsentatio pertineat ad natu maiorem tantùm, qui si etiam plures susceperit filios masculos, natu maior eorum tantùm præsentet, & sic ius præsentandi huiusmodi semper transeat

de pri-

de primogenito in primogenitum vsq; in infinitum, & deficiente linea masculorum totaliter, linea masculorum ex masculis descendentium à dicto primogenito pręsentatio modo, & forma pręmissis ad secundogenitum, si superstes fuerit; sin minus ad maiorem natu masculum ex masculis descendentibus ab eodem, & sic de primogenito masculo, ad primum genitum masculum similiter vsque in infinitum, & deficiente linea masculorum, ex masculis descendentibus, à secundo genitu ius pręsentandi huiusmodi transeat ad tertio genitũ, prędicto ordine seruato,& sic successiuè de vna linea ad aliã, ad omnes descẽdentes à dicto Michaele,& deficientibus omnibus masculis descendentibus masculis à dicto Michaele succedat filia primogenita dicti Michaelis,si fuerit superstes, vel si ea non extabit,ab ea descendentes masculi, donec extabunt, transeundo de primogenito in primogenitum,modo,& forma præmissis, & deficientibus omnibus masculis, ex masculis descendentibus ab omnibus filiabus dicti Michaelis, succedant masculi descendentes ex nepotibus eiusdem Michaelis, Deficieñ. autem omnibus masculis, & feminis à dicto Michaele descendentibus, iuspatronatus, & pręsentandi huiusmodi transeat ad dilectã in Christo filiam Flauiam etiam Perettam dicti Michaelis sororem germanam, si extabit, & post eam, vel si ipsa non extabit, ad filios masculos ipsius,& ab eis masculos descẽdentes vsque in infinitum,& cessantibus masculis, ad feminas à dictis masculis descẽdentes, Et cessantibus omnibus tam masculis, quàm feminis descendentibus à dicta Flauia, succedat Dilecta in Christo filia Vrsina similiter Peretta eiusdem Michaelis etiam soror germana,& post eam,vel si ipsa tunc non extabit, eius filij masculi, & masculi ex masculis descendentes vsque in infinitum, & deficientibus masculis, ex masculis descendentibus succedant feminę ab eis descendentes. Deficientibus autem omnibus,& singulis masculis,& feminis descenden. à dictis Michaele, Flauia, & Vrsina, tunc succedat in dicto Iure patronatus qui nobis fuerit sanguine proximior, seruato semper in omnibus casibus supradictis, ordine primogenituræ, transeundo scilicet de primogenito in primogenitum, & pręferendo lineam primogeniti lineæ secundo geniti, & masculos ex masculis descendentes natis ex feminis, ac masculos ex feminis ipsis feminis, ac aliàs in omnibus ac per omnia prout in linea filiorum, & descendeñ. à dicto Michaele ordinatum est, ita quòd Ius pręsentandi huiusmodi ad vnum solum successorem insolidum, & post illum ad aliũ semper deueniat, absque eo quòd inter plures successores diuidi possit motu & scientia similibus, auctoritate, & tenore prædictis pariter perpetuò reseruamus, concedimus, & assignamus. Decernentes Iuspatronatus, & præsentandi huiusmodi, laicorum Nobilium, & Illustrium existere, ac Michaeli, & alijs futuris patronis prædictis, non ex priuilegio, sed ex veris, primæua, reali, actuali, plena, integra, ac omnimoda fundatione, & perpetua dotatione competere, & ad illos pertinere, illudque vim, effectum, naturam, substantiam, essentiam, qualitatem, validitatem, & roboris firmitatem obtinere ac Michaeli, & alijs futuris patronis prædictis, & eorum cuilibet perpetuò suffragari debere in omnibus, & per omnia, absque vlla prorsus differentia perinde, ac si illis,& eorum cuilibet ratione veræ, realis, actualis, plenæ, & integrę fundationis, ac perpetuæ dotationis per eos de eorum proprijs, & merè patrimonialibus, & laicalibus bonis dumtaxat competeret, & concessum esset, Ac vt tale sub quacunque derogatione etiam cum quibusuis pręgnantissimis, & efficacissimis verbis, clausulis, ac decretis etiam cum clausula. Quorum tenores, in quacunque dispositione, etiã per viam constitutionis, legis, regulę Cancellariæ Apostolicæ, aut aliàs quomodocunque facta nullatenus comprehendi, nec illi vllo vnquam tempore, etiam ratione cuiusuis litis pendentiæ, vel vacationis Præpositure, Capellaniarum, Sacristiæ, & aliorum beneficiorum huiusmodi apud Sedem prędictam etiam ex causa permutationis, vel deuolutionis, seu alio quocunque pretextu, & ex quacunq; causa quantumuis vrgenti, & legitima per nos, seu quoscunq; alios Romanos Pontifices pro tempore existentes, vel sedem prædictam, aut illius Legatos etiam de latere, etiam Motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, seu cuiusuis intuitu, & contemplatione per quascunque litteras Apostolicas etiam in forma Breuis, & quasuis etiam derogatoriarum derogatorias, ac fortiores, & insolitas clausulas, necnon irritãtia, & alia contraria decreta quęcunq; derogari, aut derogatum censeri posse, neque debere, nisi in illis de toto tenore, ac data pręsentium, necnon patroni pro tempore existentis nomine,

Eis autẽ deficiẽtibus, ius patronatus ad Illustrissimã Flauiam Perettã, d. Illustriss. Michaelis sororẽ germanam, illiusq; descẽdentes, & vltimò eis omnib' deficientibus, ad ipsius Põtificis sanguine proximiorem, deuenire decernit.

Ius istud Patronatus, laicorũ nobiliũ & illustrium esse, & dictis patronis, non ex priuilegio, sed vera fundatione, & dotatione competere, declarat.

Clausulas præseruatiuas apponit.

nomine, cognomine, & qualitate, specialis, specifica, & indiuidua mentio facta fuerit, ac eiusdem patroni pro tempore existentis ad hoc expressus accesserit assensus, & aliter factas derogationes, necnon quascunque collationes, prouisiones, Commendas, pręsentationes, institutiones, vel alias dispositiones de Pręposítura, Sacristia, Capellanijs, & alijs Beneficijs pręedictis vt pręfertur, vel aliàs quouismodo etiam apud Sedem eandem pro tempore vacan. quibusuis personis aliàs, quàm ad pręsentationem Michaelis, & aliorum patronorum pręedictorum, seu de eorum expresso consensu, etiam cum speciali, & expressa derogatione Iurispatronatus huiusmodi pro tempore factas, processusq; desuper habitos, ac inde pro tempore sequuta quęcunque, nulla, & inualida, nulliusq; roboris, vel momenti fore, & esse, ac pro nullis, & infectis haberi, & censeri, nec ius, aut coloratum titulum possidendi cuiq; tribuere, vel per illa acquiri posse, sed pręsentationes per Michaelem, & alios futuros patronos pręedictos pro tempore factas, & subsequutas institutiones validas, & efficaces fore, suosq; effectus sortiri, ipsisq; præsentatis, & institutis tale ius in re, & ad rem acquiri debere, quale acquiritur præsentatis, & institutis ad beneficia de vero, & reali Iurepatronatus laicorum, Nobilium, & Illustrium, ratione primææ, & integræ fundationis, ac perpetuæ dotationis ex bonis merè laicalibus & patrimonialibus dumtaxat existentia, necnon Præpositurain, Sacristiam, Capellanias, aliaq; Beneficia, Clericatus nuncupata huiusmodi, sub quibusuis specialibus, vel generalibus reseruationibus, vnionibus, annexionibus, incorporationibus, suppressionibus, extinctionibus etiam perpetuis, vel temporalibus expectatiuis, & alijs etiam præuentiuis gratijs, ac vniendi, annectendi, & incorporandi, necnon conferendi, prouidendi, & alijs facultatibus, concessionibus, litteris, mandatis etiam de prouidendo, & indultis quibuscunq; illorumq;, & illarum reualidation. quibusuis personis etiam prædictæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, etiam Motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, ac cum quibusuis suspensiuis, restitutiuis, ac etiam derogatoriarum derogatorijs clausulis, irritantibusq; & alijs etiam vim contractus inducentibus, decretis, atq; aliàs quomodolibet nunc, & pro tempore concessis, necnon quibusuis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac dictæ Cancellariæ regulis quomodolibet, & cum quibusuis clausulis, & decretis quantumuis amplissimis, ac prægnātissimis etiam cum clausula Quorum tenores, editis, & edendis nullatenus comprehensa esse, aut fore, minimeq; comprehendi posse, aut debere, sed semper ab illis excepta, & exclusa esse, & censeri debere, ac omnia, & singula præmissa, necnon præsentes litteras nullo vnquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis vitio, aut intentionis nostræ, vel alio quouis defectu, etiam ex eo quòd causæ propter quas eadem præmissa facta sunt, coram locorum ordinarijs, etiam tanquam Sedis prædictæ Delegatis examinatæ, verificatæ, & ab eis approbatæ, ac interesse forsan habentes ad id vocati non fuerint, nec desuper suum consensum præstiterint, seu ex quauis alia causa, vel quocunq; prætextu, quæsito colore, vel ingenio notari, impugnari, inualidari, retractari, ad terminos Iuris reduci, seu in ius, vel controuersiam vocare, aut aduersus illa quodcunq; Iuris, facti, vel gratiæ remedium impetrari posse, nec sub vllis similium, vel dissimilium gratiarum, reuocationibus, limitationibus, aut alijs contrarijs dispositionibus comprehendi, sed semper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in pristinum, & eum in quo antea erant statum restituta, reposita, & plenariè reintegrata, ac de nouo etiam sub Datum per Michaelem, & futuros patronos prædictos quandocunq; eligenda, concessa, valida, & efficacia fore, suosq; plenarios, & integros effectus sortiri, ac perpetuò suffragari, Sicq; in præmissis vniuersis, & singulis, per quoscunque Iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, ac eiusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet, quauis aliter iudicandi, ac interpretandi facultate, & auctoritate, in quauis causa, & instantia iudicari, & diffiniri debere, irritum quoque, & inane, si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca Venerabilibus fratribus nostris Ostien. Sabinen. & Tusculan. Episcopis Motu simili mandamus, quatenus ipsi, vel Duo, aut vnus eorum, per se, vel alium, seu alios præsentes litteras, & in eis contenta quæcunq; vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte, pro tempore existentium Protectoris, & Patroni, necnō Præ-

Decretum irritans addit.

Executores deputat.

posti,

poſiti, Sacriſtæ, Capellanorum, & aliorum Beneficiatorum prædictorum, ſeu alicuius eorum fuerint requiſiti ſolemniter publicantes, eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes faciant auctoritate noſtra præſentes litteras, & in eis contenta huiuſmodi ab omnibus ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, inuiolabiliter obſeruari, necnon Protectorem, Patronum, Præpoſitum, Sacriſtam, Capellanos, & Beneficiatos pro tempore exiſten. prædictos, eorumq; ſingulos illis pacificè frui, & gaudere, Non permittentes ipſos, vel quempiam ex eis, per quoſcunque deſuper quomodolibet moleſtari, perturbari, vel inquietari. Contradictores quoſlibet, & rebelles, per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna iuris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo, ac legitimis ſuper his habendis, ſeruatis proceſſibus, ſententias, cenſuras, & pœnas ipſas etiam iteratis vicibus aggrauando. Inuocato etiam ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachij ſæcularis, Non obſtantibus præmiſſis, ac piæ memoriæ Bonifacij Papæ VIII. ſimiliter prædeceſſoris noſtri, etiam qua cauetur, ne quis extra ſuam Ciuitatem, vel diœceſim, niſi in certis exceptis caſibus, & in illis vltra vnam dietam à fine ſuæ diœceſis ad iudicium euocetur, ſeu ne iudices à Sede prædicta deputati extra Ciuitatem, vel diœceſim in quibus deputati fuerint, contra quoſcunque procedere, aut alij, vel aliis vices ſuas committere audeant, ſeu præſumant, & in Concilio generali edita de duabus dietis, necnon quatenus opus ſit noſtris de non tollendo iure quæſito, & vnionem committendo ad partes vocatis quorum intereſt, ac exprimendo vero annuo valore, tam beneficij vniti, quàm illius cui fit vnio, Lateranenſisq; vltimo celebrati, & quorumcunque aliorum Generalium Conciliorum vniones perpetuas niſi in caſibus à iure permiſſis fieri, ac etiam beneficia vnius diœceſis, beneficijs alterius diœceſis vniri prohiben. aliisq; Apoſtolicis, ac in Prouincialibus, & ſynodalibus Conciliis editis, & edendis ſpecialibus, vel generalibus conſtitutionibus, & ordinationibus, necnon Baſilicæ ſanctæ Mariæ Maioris, ac Monaſteriorum, & ordinum prædictorum, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegiis quoque indultis, & litteris Apoſtolicis illis, ac Archipresbytero, & Capitulo prædictis, necnon Abbatibus, Superioribus, Conuentibus, & religioſis ordinum huiuſmodi, illorumq; ac quibuſuis aliis perſonis etiam prædictis Cardinalibus, ac etiam dilectis filiis Populo Romano, ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatoriis, irritatiuis, annullatiuis, caſſatiuis, reuocatiuis, modificatiuis, reſeruatiuis, exceptiuis, declaratiuis, mentis atteſtatiuis, aliisq; efficacioribus, & inſolitis clauſulis, necnon irritan. & aliis decretis per quoſcunque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac nos, & dictam Sedem, etiam Motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine paribus, ſeu etiam ad Imperatoris, Regũ, Ducum, & quorumuis Principum inſtantiam, ſeu eorum intuitu, ac etiam iuramento vallati, & aliàs quomodolibet etiam iteratis vicibus conceſſis, approbatis, & innouatis, etiã ſi in eis caueatur expreſsè, quòd Dignitates, Capellaniæ, & alia beneficia Eccleſiaſtica dictæ Vrbis, non niſi Ciuibus Romanis, ac Ciuium Romanorum filijs originarijs, & aliàs certo tunc expreſſo modo qualificatis conferri poſſint, & aliàs de illis etiam per Sedem prædictam pro tempore factæ collationes, & prouiſiones, ac quæuis aliæ diſpoſitiones nullius ſint roboris, vel momenti: quodq; eiſdem ſtatutis, priuilegijs, indultis, & litteris vllatenus, aut non niſi ſub certis modo, & forma in eis expreſſis derogari poſſit, & ſi illis aliter derogari contingat, derogationes huiuſmodi nemini ſuffragentur. Quibus omnibus etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione alias de illis, eorumq; totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda eſſet tenoris huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſeruata inſerti forent, præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter & expreſſe derogamus, contrariis quibuſcunque, aut ſi aliquibus prædictorum, vel quibuſuis alijs communiter, vel diuiſim ab eadem ſit ſede indultum quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. Volumus autẽ

Clauſulas derogatorias apponit.

B quòd

Monasteriorũ huic Capellæ vnitorum onera consueta supportari mãdat, nõ obstan. vnione prædict.

quòd propter vnionem, annexionem, & incorporationem prædictas, Monasteria huiusmodi, in spiritualibus non lædantur, & in temporalibus detrimenta non substineant, sed eorum congruè supportentur onera consueta. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrarum erectionis, institutionis, vnionis, annexionis, incorporationis, suppressionis, extinctionis, statuti, ordinationis, voluntatum, inhibitionis, interdicti, prohibitionis, exemptionis, liberationis, susceptionis, subiectionis, indulti, posterioris inhibitionis, constitutionis, deputationis, declarationis concessionum, reseruationis, assignationis, decreti, mandati, & derogationis, infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Marcum, Anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo quingentesimo octuagesimo septimo, V. Idus Iunij, Pontificatus nostri Anno Tertio.

Ferdinandus Card. de Medices Summator.

I. Mercado.

Publicatio.

Anno à Natiuitate Domini, Millesimo quingentesimo octuagesimo septimo, die verò vigesima octaua mensis Augusti; Illustrissimus, & Reuerendissimus D. Philippus retroscriptus per eius cedulam &c. Commendæ Monasterij sancti Nicolai, &c. cessioni, &c. Retroscriptis, litterarumq; expeditionis consensit, &c.

Tydeus

II.

Prohibitio admittendi ad beneficia Regni Valentiæ, alienigenas Regnorum Hispaniæ, in quibus ipsi Valentini ad similia non admittuntur.

Aliam prohibitionem fecit idem Pontifex, de non admittendis illegitimis ad dignitates Ecclesiæ Valentin. quam habes infra in constit. 18.



SIXTVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. In Sacrosancto beati Petri Principis Apostolorum solio, nullis nostris meritis, sed sola Redemptoris nostri benignitate constituti, in vniuersi Orbis Regiones & Prouincias, præsertim Infidelibus & Barbaris nationibus adiacẽtes, aciem nostrę meditationis more vigilijs Pastoris Dominici gregis passim reflectimus, & vt ibidem diuini nominis ac Catholicæ Religionis cultus feliciter conseruetur & effloreat, illarumq; Indigenę in fidei & deuotionis erga hanc sanctã Sedem sinceritate Apostolicis fauoribus, ac spiritualibus & temporalibus adiumentis iugiter confoueantur, opem & operam libenter intendimus, ac in his pastoralis officij nostri partes fauorabiliter interponimus, prout Regionum & Prouinciarum huiusmodi publicæ vtilitati, & felici statui ipsorumq; Indigenarum ad Ecclesiastica ministeria & litterarum studia directioni & commoditati cognoscimus in Domino salubriter expedire. Cum itaque, sicut accepimus, Regnum Valentiæ in citeriori Hispania cõsistens angustissimos fines habeat, & nihilominus populi multitudine refertum, & in illius Metropoli Vniuersitas studij generalis celeberrima à fel. rec. Alexandro Papa VI. prædecessore nostro inde Oriundo, ad ipsius Regni Indigenarum & quorumcunq; aliorum ibi confluentium, necnon Theologiæ ac vtriusque iuris, & alijs optimis scientiis vacare affectantium instructionem atq; profectum instituta, & ab eo, ac etiam nuper à nobis varijs amplissimisq; priuilegijs & gratijs ornata existat, & alienigenæ, pręsertim ex alijs Hispaniarum Regnis, Prouincijs, & dominijs, & illis adiacentibus insulis oriundi, Dignitates, Canonicatus, Præbendas, & alia beneficia Ecclesiastica in dicto Regno Valentiæ constituta ambientes, sibi de illis prouideri, ac fructus eorundem, & seu pensiones desuper reseruari procurent, & passim absque vllo obstaculo ad beneficia, fructus, & pensiones huiusmodi recipiantur, & admittantur;

Causæ huius constitutionis.

mittantur; Ipsius vero Regni Valentiæ Indigenæ in alijs Regnis, Prouincijs, dominijs, & Insulis prædictis prætextu quorundam priuilegiorum & indultorum Apostolicorum, seu Constitutionum, aut sanctionum, pragmaticarum nuncupatarum, vel consuetudinum ibidem vigentium ab assecutione quorumcunque beneficiorum, & perceptione fructuũ & pensionum omnino excludantur ac repellantur, & exinde plerique eorum, qui assiduis laboribus & vigilijs, maximisq; impensis in dicta Vniuersitate tanquam ingenuarum artium, ac sacrarum, & aliarum scientiarum vberrimo seminario, virtutis & doctrinæ semina susceperunt, & in agro Dominico, si ad illius culturam vocarentur, salutaria germina, quæ Altissimo lectissimos fructus suo tempore redderent, producere, sibiq; ipsis & alijs ad salutem ac Catholicæ Religionis fideiq; propagationem & Cõseruationem prodesse possent, nequeuntes beneficia Ecclesiastica aut fructus vel pẽsiones pro eorum decenti sustentatione, neque in patriæ solo, propter exterorum illa occupantium frequentiam, minusq; extra illud assequi; exacta iam ætate, & facultatibus suis consumptis, veluti inertes ærumnosam & miserabilem vitam ducere, ac paupertatẽ in senectute (quod durissimum est) tolerare cogantur: alij verò illorum conditione perterriti, & spe assecutionis beneficiorum huiusmodi destituti, se clericali militiæ adscribi, ac in disciplinis & ministerijs Ecclesiasticis, sacrarumq; litterarum studiis se exercere non curent; Et denique Proceres, Nobiles, & alij incolæ eiusdem Regni Valentiæ à beneficiorum fundatione ac iurium eorundem libertatisq; Ecclesiasticæ defensione & tuitione quodammodo retrahantur. Nos statui Indigenarum Regni Valentiæ huiusmodi paterna charitate cõpatientes, ac æquum & rationi consonum esse censentes, vt ipsi in beneficiorum eiusdem Regni assecutione exteris præferantur, aut saltem ad beneficia aliorum Regnorum, Prouinciarum, Dominiorum & Insularum huiusmodi, ad instar incolarum eorundem æquo iure admittantur, ac eandem conditionem experiantur: ac propterea pro pastoralis officij nostri munere, præmissis incommodis occurrere, & desuper opportunè prouidere volentes, Ipsosq; indigenas ac eorum singulos à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisq; Ecclesiasticis sententiis, censuris & pœnis à iure vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt ad effectũ præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutos fore censentes, necnon beneficiorum in dicto Regno Valentiæ consistentium qualitates, quantitates, inuocationes, nuncupationes, denominationes, situationes, & illorum fructuum veros annuos valores præsentibus pro expressis habentes; Motu proprio, non ad indigenarum prædictorum vel alicuius ipsorum, aut alterius seu aliorum pro eis nobis super hoc oblatæ petitionis instantiã, sed ex mera deliberatione, & certa scientia nostra, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, Hac nostra in perpetuum valitura cõstitutione statuimus, & ordinamus, quòd ex nũc deinceps perpetuis futuris temporibus, omnia & singula beneficia Ecclesiastica in vniuerso Regno Valentiæ huiusmodi, nunc & pro tempore consistentia, etiam si Canonicatus & præbendæ, dignitates etiam maiores post Pontificales & principales personatus, administrationes, & officia, etiam curata & electiua in Metropolitana, & aliis Cathedralibus ac Collegiatis Ecclesiis, necnon parochiales Ecclesiæ, seu earum perpetuæ Vicariæ, ac in Romana Curia vel extra eam litigiosa, & de iure patronatus, etiam Regum, Ducum, vel aliorum laicorum, etiam nobilium & illustrium, seu eorum & Clericorum mixtim, etiam ex fundatione vel dotatione aut indulto Apostolico, seu aliàs quomodolibet qualificata sint vel fuerint, quoties illa per cessum, etiam ex causa permutationis, vel decessum, seu quamuis aliam dimissionem, vel amissionem, aut priuationem ea pro tempore obtinentium, seu ius in illis vel ad illa habentium, aut aliàs quouismodo, etiam apud Sedem prędictam, ac etiam in aliquo ex mensibus, in quibus vacantium beneficiorũ Ecclesiasticorũ dispositio nobis & Sedi prædictæ, etiam per constitutiones Apostolicas, seu Cãcellariæ Apostolicæ regulas est, vel pro tempore fuerit reseruata, vel etiam Ordinariis Collatoribus per easdem Constitutiones seu regulas vel litteras alternatiuarum, aut alia priuilegia & indulta concessis hactenus & in posterũ concedendis, simul vel successiuè vacare contigerit, etiam si actu nunc, vt præfertur, vel aliàs quibusuis modis, & ex quorumcunque personis vacent, ac ex eo quòd beneficia ipsa obtinentes, seu in illis vel ad illa ius habentes, nostri, & quorumcunq; aliorũ Roman.

Causæ huius cõstitutionis.

Ad Beneficia Regni Valẽtiæ quouis modo vacatura, Indigenæ eiusdem Regni recoverẽ nati, & nõ alienigenæ aliorũ Regnorum Hispaniæ admittentur.

Hoc autem intellige vt mox infra habetur.

B 2 Ponti-

> Item intellige de Valentinis legitimis, quo ad Canonicat' præbẽdas & dignit. Ecclesiæ Valen. vt infra in const, 18.

Pontificum prædecessorum seu successorum nostrorum, aut S.R.E. Cardinalium, etiam viuentium, & in dicta Curia præsentium familiares, continui Cõmensales, seu dictæ Sedis Notarij, Subdiaconi, Accolythi, Capellani, litterarum Apostolicarum Abbreuiatores, Scriptores, Cubicularij, Scutiferi, prouentuum & iurium Cameræ Apostolicæ debitorum Collectores, & subcollectores, seu quicunque alij Curiæ & Sedis prædictarum officiales, etiam sub diuersis constitutionibus fel.rec. Pauli Papæ IIII. prædecessoris nostri, suorum & pro tempore existentium Romanorum Pontificum familiarium, cõtinuorum Commensalium, declaratorijs comprehensi, præsentes & futuri quocunque nomine nuncupati, seu ex quauis alia causa dispositioni Apostolicæ specialiter, vel aliàs generaliter reseruata, aut ex generali reseruatione Apostolica affecta, seu ad Sedem eãdem deuoluta existant, vel fuerint, solis indigenis dicti Regni, verè, realiter, & non fictè in eo natis, & nasciturís affecta, & debita, prædictaq; alienigenæ ad huiusmodi beneficia in titulum, commendam, administrationem, vel aliàs quomodolibet obtinendum, aut illorum fructus, redditus, prouentus, iura, obuentiones, distributiones, & emolumenta quæcunque, seu super eis pensiones annuas percipiendum, omnino inhabiles ac incapaces, & si vllo vnquam tempore eadem beneficia etiam ad illorum patronorum præsentationem sibi conferri, aut de illis prouideri, seu fructus, redditus, prouentus, & pensiones huiusmodi reseruari obtinuerint, aut collationibus, prouisionibus, præsentationibus, institutionibus, reseruationibus, & alijs dispositionibus ipsis desuper factis, seu etiam motu simili concessis, vti, seu eas ratas & gratas habere præsumpserint, omni & quocunque beneficio & officio Ecclesiastico per eos, etiam extra dictum Regnum vbicunque obtento, eo ipso, absque aliqua declaratione desuper facienda, priuati existant: Necnon quicunque Ordinarij, & alij inferiores collatores, ac etiam patroni, qui contra præmissa quicquam attentare præsumpserint, à quorumcunque beneficiorum collatione, prouisione, electione, præsentatione, institutione, & quacunque alia dispositione, prout cuique cõpetierit, tamdiu suspensi remaneant, donec remissionem à Romano Pontifice pro tempore existente meruerint obtinere: Et nihilominus si sic suspensi conferre, prouidere, eligere, præsentare, instituere, aut aliàs quomodolibet disponere ausi fuerint, excõmunicationis latæ sententiæ pœnam eo ipso incurrant, nec vllus alius quàm Romanus Pontifex pro tempore existens, siue absolutionis siue relaxationis beneficium, excepto mortis articulo, valeat eis impartiri. Notarij vero & Tabelliones, etiam Apostolica vel Imperiali, aut Regia, seu alia quacunque auctoritate creati, qui super adipiscenda possessione cuiuscunque beneficij in dicto Regno Valentiæ pro tempore rogabũtur, nisi prius eis fide dignorum testimonijs, aut aliàs legitimè constiterit, eum cui possessio ipsa fuerit tradenda, verè, realiter, & non fictè in eodem Regno Valentiæ natum fuisse, vllum omnino super actu possessionis huiusmodi instrumentum publicum, aut quamcunque aliam etiam priuatam scripturam conficere, seu in protocollum redigere minimè valeant; & si secus fecerint, crimen falsi eo ipso etiam incurrant, necnon ad huiusmodi, ac quæcunque alia munera & officia publicasq; functiones similiter inhabiles existant. Et quicunque Iudices Ordinarij vel delegati, coram quibus litem contra quemcunque alienigenam in quouis beneficio contra præsentium tenorem intrusum, tam in dicta Curia quàm extra eam moueri contigerit, cum primum sibi legitimè constiterit, beneficium ipsum ab alienigena detineri, possessionem, ac fructus, redditus, & prouentus eiusdem beneficij, donec ijs, ad quos de iure spectabunt, adiudicentur, sequestrare, ac sub arcto & firmo sequestro ponere debeant & teneantur. Ita tamen, vt si in fundationibus beneficiorum de Iurepatronatus laicorum seu illorum & clericorum, mixtim, vt prefertur, existentium caueatur expresse, quòd non nisi per clericos seu presbyteros de ipsorum fundatorum genere & familia oriundos obtineri possint, eo casu etiam alienigenæ de genere seu familia fundatorum huiusmodi ad illa præsentari, ac in eis institui liberè possint, nec sub presenti statuto quo ad assecutionem talium beneficiorum comprehendantur. Et quatenus vllo vnquam tempore licuerit & permissum fuerit predictis indigenis beneficia, fructus, & pensiones in aliquo ex aliis Regnis, prouinciis, dominiis, & Insulis predictis liberè & indifferenter absque aliquo obstaculo, perinde ac si ibidem nati essent, obtinere & percipere, ipsi quoque alienigenæ ex tali Regno seu Prouincia, vel dominio aut Insula orti ad simi-

> Collatoresq; i præmissis contrauenientes, pœnis hic expressis afficientur.

> Notarii quoq; super adipiscenda poss. beneficiorũ d. Regni Valentiæ, pro aliis quam Natiuis d. Regni scripturam aliquam conficientes pœnis hic descriptis plectentur.

> Alienigenæ autẽ prædicti admittẽtur ad beneficia iuris patronatus si in fundationibus caueatur per oriundos de genere fundatorũ dũtaxat illa obtineri posse. Et ẽt alienigenæ alicuius Regni Hispaniæ ĩ quo ipsi Valentini ad beneficia admittẽtur.

ad similia beneficia ac fructus & pensiones in dicto Regno Valentiæ vicissim admitti debeant, & ad illa habiles & capaces censeantur. Decernentes omnes & singulas collationes, prouisiones, commendas, electiones, acceptationes, præsentationes, institutiones, & quasuis alias dispositiones de quibuscunque beneficiis dicti Regni Valentię, vt præfertur, vel aliàs quomodolibet qualificatis, ac reseruationes illorum fructuum, redditum, prouentuum & pensionum super eisdem in fauorem dictorum alienigenarũ, contra pręsentis statuti formam, & tenorem, etiam per nos & quoscunque alios Roman. Pontifices successores nostros, dictamq; Sedem, ac illius Legatos etiam de Latere, & Nuncios, omnesq; & singulos alios ius & facultatem conferendi, prouidendi, commendandi, eligendi, pręsentandi, instituendi, & aliàs quomodolibet de huiusmodi beneficijs disponendi, illorumq; fructus, redditus, prouentus, & super eis pensiones reseruandi ab ipsa Sede habentes, necnon Ordinarios & alios inferiores collatores, etiam ad Patronorum præsentationem, seu de illorum consensu pro tempore factas ipso iure nullas, & inualidas, nulliusq; roboris vel momẽti fore & esse, ac pro nullis & infectis haberi, nec per eas cuiquam ius, vel etiam coloratum possidendi titulum tribui posse; ipsosq; alienigenas illarũ prorsus vsu & commodo carere, nec Cancellariæ Apostolicæ regulas seu constitutiones de Annali & Triennali possessoribus, etiam propter quantumuis diuturnam continuatæ possessionis tolerantiam, aut quodcunque aliud ius vel beneficium vllo tempore illis suffragari; sed beneficia huiusmodi vt prius vacare, & quæ ex illis tempore dispositionis Apostolicę dictis alienigenis factæ eidem dispositioni reseruata seu affecta fuerint, sub eadem reseruatione seu affectione remanere, & tam illa, quàm etiam omnia alia non reseruata neque affecta, de quibus à dicta Sede vel illius Legatis, seu Nuncijs, aut aliis ius & facultatem conferendi à dicta Sede, vt pręfertur, habẽtibus, in huiusmodi alienigenas quandocunque dispositum fuerit, ad nouam Romani Pontificis pro tempore existentis dispositionem dumtaxat pertinere, ab Ordinariis verò & aliis inferioribus collatoribus, cessantibus reseruationibus seu affectionibus Apostolicis, eisdem alienigenis pro tempore collata, ac etiam ea, quę de iure patronatus huiusmodi fuerint, si contingat ad illa quemquam contra præsentis statuti formam præsentari, deuolutioni ad Sedem pędictã immediate eo ipso subiacere, illaq; omnia ab indigenis dicti Regni, & à Sede prædicta dumtaxat impetrari posse, nec ius vllum ad resignantes seu cedentes, etiam si in possessione, etiam diutina remanserint, & resignationes seu cessiones huiusmodi publicatæ non fuerint, redire, vel penes eos remanere. Impetrationes verò, ac Motu proprio concessiones, quæ de eisdem beneficiis pro tempore fient, quibuscunque derogationibus fuerint suffultæ, nunquam sub clausulis generalibus aut vacationum modis conditionalibus vel implicitis comprehendi, sed specialiter & expresse ob non seruatam præsentis statuti formam, cum declaratione nominum & cognominum ipsorum alienigenarum, dispositiue & non conditionaliter, nec per æquipollens omnino fieri debere: eisdemq; pręsentibus litteris per quascunque alias litteras Apostolicas, etiam quasuis generales vel speciales, etiam derogatoriarum derogatorias, aliasque efficaciores & insolitas clausulas & irritantia, & alia decreta sub quibuscunque verborum formis concepta, in se continentes, nullatenus derogari posse, nec derogatum censeri, nisi earundem præsentium tenor de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, insertus, ac vrgens & sufficiens causa expressa, ac per trinas distinctas in forma Breuis litteras earũdem pręsentium tenorem continentes, tribus distinctis vicibus, cum vnius mensis interuallo, Ordinibus trium statuum eiusdem Regni Valentiæ prius legitimè intimata & insinuata, ac derogationes ipsæ Motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, Consistorialiter, & de S. R. Eccl. Cardinalium pro tempore existentium consilio factæ fuerint, & Ordinum trium statuum Regni Valẽtiæ huiusmodi ad hoc expressus accesserit assensus, appareatq; Roman. Pontificem illis expresse derogare voluisse: & aliter factas derogationes nemini suffragari, & clausulam implicitæ derogationis videlicet, quòd eorum vel earum seu præsentium tenores latisimè extendi, & eædem præsentes ac desuper conficiendæ litteræ, earumq; tenores habeantur pro expressis, seu in toto vel parte exprimi possint in quibusuis supplicationibus, concessionibus, gratiis, & litteris, à nobis & successoribus nostris pro tempore emanatis, appositam, nihil penitus operari, nec in litteris

Collationes & prouisiones q̃cũque ad fauorem Alienigenorum cõtra d. formam fiẽdæ, nullæ erunt.

Etiam si clausulæ derogatoriæ & cæt. in eorũ impetrationibus adessent.

Aposto-

Apostolicis desuper conficiendis quicquam, vltra quod in supplicationibus, concessionibus, & gratiis huiusmodi specificè fuerit expressum, narrari posse, nec quemquam ad parendum litteris derogatorijs huiusmodi; & decretis super illis processibus, ac eorũ executoribus & subexecutoribus, illorumq; mandatis & monitionibus minimè teneri, sed illis firmiter resistere, & litterarum earũdem executionem omnino impedire, nec ratione resistentiæ huiusmodi aliquibus censuris, vel pœnis Ecclesiasticis seu pecuniariis, per eosdem executores & subexecutores innodari, Necnon easdem præsentes litteras, etiã ex eo quòd causæ propter quas emanarunt, coram locorum Ordinarijs, etiam tanquam à Sede prędictę delegatis, vel aliàs quomodolibet examinatæ, iustificatæ, verificatæ, purificatæ, & approbatæ, ipsiq; Ordinarij, & alij inferiores, collatores, ac patroni, & alienigenæ, necnon quicunque interesse habentes ad id legitimè vocati non fuerint, neq; prę missis consenserint, seu etiam enormis & enormissimę lęsionis, vel alio quocunque prętextu, aut ex quauis alia causa quantumuis legitima, vrgenti, & iuridica, de subreptionis & obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, vel quocunque alio defectu notari, impugnari, inualidari, retractari, in ius vel controuersiam reuocari, ad terminos iuris reduci, seu aduersus eas quodcunque iuris, facti, vel gratiæ remedium impetrari posse, nec sub quibusuis similium vel dissimilium gratiarum reuocationibus, suspensionibus, limitationibus, aut aliis contrariis dispositionibus, à nobis vel quibuscunque alijs Romanis Pontificibus, ac dicta Sede, etiam Motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus pro tempore emanatis comprehendi, sed semper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in pristinum, & eum in quo antea quomodolibet erant statum, restitutas, repositas, & plenariè reintegratas, ac de nouo etiam sub data posteriori per Ordines trium statuum Regni Valentiæ huiusmodi eligenda, concessas, validasq; & efficaces fore, & esse, ac vim validi & efficacis contractus inter nos & dictam Sedem ex vna, ac Ordines trium statuum Regni Valentię huiusmodi ex altera partibus, ritè & rectè initi, stipulati, ac etiam vtrinq; iurati habere, & perpetuò obtinere, suosq; plenarios & integros effectus sortiri, ac ab omnibus inuiolabiliter obseruari; Sicq; per quoscũque Iudices ordinarios & delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, ac eiusdem S.R.E. Cardinales, sublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate & auctoritate, in quauis causa & instantia iudicari, ac diffiniri debere. Irritum quoque & inane si secus super his à quoquam, quauis auctoritate, scienter vel ignoranter cõtigerit attentari. Quocirca dilectis filiis causarum Curiæ Cameræ Apostolicæ generali Auditori, & Archidiacono Ecclesię Valẽtin. ac Abbati Monasterij Beatę Mariæ Valisdignæ Cistercien. ordinis Valentin. diœc. per Apostolica scripta Motu simili mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum per se, vel alium, seu alios præsentes litteras, & in eis contenta quæcunque vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte indigenarũ prædictorum, seu alicuius eorum fuerint requisiti, solemniter publicantes, eisq; in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra præsentes litteras, & in eis contenta huiusmodi, ab omnibus ad quos spectat, & pro tempore spectabit inuiolabiliter obseruari: Ipsosq; indigenas illis pacificè frui, & gaudere: non permittentes eos, vel quempiam ex illis desuper quomodolibet indebitè molestari. Contradictores quoslibet & rebelles, per sententias, censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaq; opportuna iuris & facti remedia, appellatione postposita compescendo, necnon legitimis super his habendis seruatis processibus, sententias, censuras, & pœnas ipsas, etiam iteratis vicibus aggrauando; Inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij sęcularis. Nõ obstantibus præmissis, ac piæ memoriæ Bonifacij Papæ Octaui, etiam prædecessoris nostri, qua cauetur, ne quis extra suam Ciuitatem, vel diœcesim, nisi in certis exceptis casibus, & in illis vltra vnam dietam à fine suæ diœc. ad iudicium euocetur, seu ne Iudices a Sede prędicta deputati, extra Ciuitatem, & diœcesim in quibus deputati fuerint, contra quoscunque procedere, aut alij, vel aliis vices suas committere audeant, seu præsumant, & in Concilio generali, edita de duabus dietis, dummodo vltra tres dietas aliquis auctoritate præsentium, ad iudicium non trahatur, necnon quatenus opus sit, nostra de non tollendo iure quæsito, aliisq; Apostolicis, ac in Prouincialibus synodalibus, & vniuersalibus conciliis editis, specialibus, vel generalibus constitutionibus, & ordinationibus,

Decretum irritans.

Clausulæ derogatoriæ.

bus, necnon Ecclesiarum in quibus beneficia huiusmodi fuerint, ac Regnorum, Prouinciarum, dominiorum & Insularum huiusmodi iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis & consuetudinibus, etiam quantumuis longissimo tempore obseruatis, ac legibus etiam municipalibus, & pragmaticis, aliisq; sanctionibus, priuilegiis quoque indultis, & litteris Apostolicis, etiam super facultate beneficia prędicta ipsis alienigenis conferendi, seu de illis prouidendi, & aliàs quomodolibet disponendi, ipsosq; alienigenas ad beneficia, fructus, & pensiones huiusmodi recipiendi, & admittendi, eisdem Ecclesiis, illarumq; Pręsulibus & Capitulis, necnon Regnis, Prouincijs, dominijs, & Insulis prędictis, eorumq; Communitatibus, Vniuersitatibus, hominibus, incolis, & personis, sub quibuscunque tenoribus & formis, ac cum quibusuis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisq; efficacioribus & insolitis clausulis, necnon irritantibus, & aliis decretis, etiam vim validi & efficacis contractus, seu statuti perpetui, vel legis habentibus & inducentibus, per quoscunque Romanos Pontifices prędecessores nostros, ac nos & dictam Sedem, etiam Motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, etiam Consistorialiter, seu etiam ad Imperatoris, Regũ, Reginarum, seu aliorum Principum instantiam, vel eorum contemplatione & intuitu, in genere, vel in specie, aut aliàs quomodolibet, etiam iteratis vicibus concessis, approbatis, & innouatis. Quibus omnibus, etiam si de illis, eorumq; totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda esset, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dũtaxat, specialiter, & expresse derogamus, contrariis quibuscũque. Aut si aliquibus communiter vel diuisim ab eadem sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint, per litteras Apostolicas, non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Ceterum, vt statutum, ordinatio, & alia pręmissa, ac eædem pręsentes litterę ad eorum quorum interest notitiam deducantur, nullusq; possit aliquã illorum ignorantiam prętendere, vel excusationem allegare, sed illa perpetuò firma & illibata permaneant; Volumus, vt eædem pręsentes litterę in Basilicę Principis Apostolorum de Vrbe, ac Cancellarię Apostolicę valuis, & acie Campi Florę per aliquem ex Cursoribus nostris affixæ, copia illarum ibidem dimissa, ab eadem die omnes & singulos perinde afficiant, & arctent, ac si illis ipsis fuissent personaliter intimatæ. Quòdque earum exemplis, etiam impressis, manu Notarij publici, & sigillo alicuius personę in dignitate Ecclesiastica constitutę munitis, eadem prorsus fides adhibeatur in iudicio & extra, quæ ipsis pręsentibus originalibus adhiberetur, si forent exhibitę, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrę absolutionis, statuti, ordinationis, decreti, mandati, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctũ Marcum, Anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo quingentesimo octuagesimo septimo, Nonis Septembris, Pontificatus nostri Anno Tertio.

Forma & effectus publicationis huius constitutionis.

Pro Reuerendiss. D. Summ. A. Iustus.

Publicatio.

Anno à Natiuitate Domini, Millesimo quingentesimo octuagesimo septimo, Indictione decimaquinta, Die vero decima sexta Mensis Decembris, Pontificatus sanctiss. in Christo Patris & D. N. D. Sixti diuina prouidentia Papæ Quinti, Anno tertio. Retro & introscriptæ litteræ affixæ & publicatæ fuerunt ad Valuas Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, ac Cancellariæ Apostolicæ, necnon in acie Campi Floræ, vt moris est, per me Franciscum Baron eius S. D. N. Papæ Cursorem.

Alex. Parabiacus Magister Cursorum.

Conces-

III.

Conceſsio Officij Camerariatus S. R. E. Illuſtriſsimo & Reuerendiſſ. Henrico tt. Sanctæ Pudentianæ, Presbytero Cardinali Caetano.

Facultates autem & iuriſdictiones Illuſtriſſ. Camerarii, vide ſup. in Greg. XIII. conſt. 108. fol. 1359. vbi notaui concord.

IXTVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilecto filio Henrico tituli ſanctæ Pudentianæ presbytero Cardinali Caetano nuncupato, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Camerario, Salutem & Apoſtolicam benedictionem.

PRAECLARA tui generis nobilitas, ac eximia doctrina & prouida circumſpectionis induſtria, ſingularisq; integritas, ac prouidentia ſtudio excolendæ iuſtitiæ cõiuncta, multaq; in arduis Rom. Eccleſiæ, cuius honorabile membrũ exiſtis, negotiis, experientia, necnon aliarum multiplicum virtutum dona, à tuis progenitoribus quaſi hæreditatis iure ſuſcepta, quibus perſonam tuam largiter Altiſſimus inſigniuit, ac in noſtro & Sedis Apoſtolicę conſpectu ſplendore dignoſceris, ſpem nobis certiſſimam non immeritò pollicentur, quòd ea quę tibi duxerimus committenda, fideli & exacta diligentia laudabiliter exequeris. Cum itaque officium Camerariatus ipſius Romanę Eccleſiæ, quod bo. me. Philippus Sancti Euſtachij Diaconus Cardinalis, Vaſtauillanus nuncupatus, ipſius Rom. Eccleſię Camerarius, dum viueret obtinebat, per obitum dicti Philippi Cardinalis & Camerarij, qui apud Sedem Apoſtolicam debitum naturę perſoluit, vacauerit & vacet ad pręſens, Nos qui hodie certis vrgentibus & valde neceſſariis ſuadentibus cauſis, annuam ſummam ſex millium ſcutorum monetæ, iulijs decem pro quolibet ſcuto huiuſmodi computatis, ex eodẽ officio Camerariatus illiusq; tam ordinarijs quàm extraordinarijs fructibus, redditibus, prouentibus, iuribus, obuentionibus, & emolumentis, tam occaſione taxæ communium minutorum ſeruitiorum regalium & aliorum iuriũ in expeditione litterarum, prouiſionum Eccleſiarum & Monaſteriorum, aliorumq; ſimilium, necnon occaſione Iocalium, ac etiam ſigilli magni & parui tam Cameræ noſtræ Apoſtolicæ; quàm ipſius Camerarij in expeditionibus Tribunalium ipſius Camerę & Curię cauſarum ipſius Camerę generalis Auditoris pro tempore expediendarum, necnõ ſigilli, quietantiarũ, cenſuum tam Regni Neapolis, & Ducatuum Parmę, Placentię, & Ferrarię, & Vrbini, quàm aliorum quorumcunque; necnon tolerantiarum, & compoſitionum, aliarumq; reſponſionum, & ſolutionum Hebręorum, Bancheriorum, & aliorũ; necnon occaſione duorum pro centenario aut alterius ratæ, & portionis decimarum, & quarumcunque aliarum impoſitionum tam ordinariarum, quàm extraordinariarũ hactenus per Romanos Pontifices prędeceſſores noſtros, ac etiam nos impoſitarum, & pro occurrentibus neceſſitatibus ſeu aliàs imponendarum; necnon ſpoliorum prędicti Regni Neapolis, ac compoſitionis eorundem ſpoliorum totius Italię, ac etiam pannorum lugubrium Sedis Vacantis, & aliorum creationis Romani Pontificis, ac regalium in feſtiuitate Natiuitatis D.N. Ieſu Chriſti, & ex cauſa appaltuum, ac aliorum inſtrumentorum Cameralium, ac etiam occaſione pretij prouiſionis duodecim Notariorum Cauſarũ Palatij Apoſtolici, ac aliorum officiorum Proxenetarum Ripę, ac compoſitionis in prouiſione dictorum officiorum, Notariatuum, & Proxenetarum, & quorumcunque aliorũ tam Sede plena, quàm etiam illa vacante; necnon occaſione extractionum, & tractarum grani, ac cuiuſuis generis frumentorum & leguminum, ac aliarum frugum, aut aliàs quomodocunque & qualitercunque per quoſcunque Romanos Pontifices prędeceſſores noſtros, noſq; & Sedem, ac Cameram huiuſmodi quomodolibet aſſignatorum, & per Camerarium pro tempore exiſtentem tam ex priuilegio, quàm ex vſu, ſtylo, & conſuetudine, aut aliàs quomodolibet percipi ſolitorum, & ſeu aliàs ad officium Camerariatus huiuſmodi ſpectantium & pertinentium: necnon ſalarium ſeu prouiſionem Secretarij domeſtici, & ſigillatoris dicti Camerarij, ac emolumentum mandati ordinarij pro charta, cera, & atramento: ita quòd eadem Camera ſeu illius Miniſtri de cętero ſecretario, & ſigillatori, ac mandato huiuſmodi quacunque conſuetudine contraria nõ obſtante nihil

Henrici Card. Caetani præclara merita enarrantur.

Camerariatus officiũ vacauit per obitũ Philippi Card. Vaſtauillani.

Sanctiſſ. Pont. iſtæ ex prouentibus Camerariatus, annuam ſummã ſex millium ſcutorum ſegregauit, ac Sedi & Cameræ Apoſt. applicauit & Montem vacabilem ad nouẽ pro cẽtenario erexit & vendidit. vt ſup. in cõſt. 71. primæ par. fol. 246.

penitus

penitus soluere, seu contribuere teneantur, Motu proprio perpetuò dismẽbrauimus, diuisimus, separauimus, & segregauimus, ac sic dismembrata, diuisa, separata, & segregata Sedi, & Cameræ huiusmodi applicauimus, & applicata esse, necnon summam sex milliũ scutorum huiusmodi per dilectum filium Ioannem Augustinum Pinellum, quem dictorũ sex millium scutorum, aliorumq; dicti Camerariatus officij fructuum, & emolumentorũ depositarium constituimus, singulis mensibus duodecimo Cameræ prędictæ Clerico, per nos creando, & Montistis Montis Camerariatus per nos erigendi singulis mensibus pro rata respectiuè solui debere volumus, decernimus, & declarauimus, prout in nostri Motusproprij cedula plenius continetur, attendentes huius officij dignitatem, excellentiã, & auctoritatem, ac cupientes hoc præclarum munus tali demandare personæ, per cuius laudabile studium officium ipsum feliciter gubernetur; speramusq; quòd tu, qui ex nobilissima Caetanorum ortus es prosapia, a tanto nominis splendore quo semper hæc familia apud omnes refulsit, diuina gratia cooperante, degenerare non potes; officium prædictum per tuam singularem doctrinam, & prouidentiam, ac a natura insitam benignitatẽ scies, & poteris salubriter, feliciterq; administrare. Motu igitur simili, ac ex certa nostra scientia, deq; Apostolicæ potestatis plenitudine, ad eiusdem Romanæ Ecclesiæ honorem, ipsiusq; officij prosperum regimen, officium præfatum, sic vacans cum omnibus, & singulis illius honoribus, oneribus, iuribus, iurisdictionibus, & emolumentis tibi, quamdiu vitam duxeris in humanis, Apostolica auctoritate tenore pręsentium concedimus & assignamus. Ac te in locum dicti Philippi Cardinalis Camerarij, quoad officium, eiusq; liberum exercitium, necnon honores, onera, iura, iurisdictiones, & emolumenta prædicta substituimus, & surrogauimus. Tibiq; vt corporalem, realem, & actualem possessionẽ officij, exercitij, bonorum, iurium, iurisdictionum, & emolumentorum omnium prędictorum per te vel alium, seu alios propria auctoritate liberè apprehendere, ac prædictę Camerę & vbique dicti officij ratione pręsidere prouentus pecuniæ, res & cętera omnia iura eiusdem Camerę procurare, rationes acceptorum & impensorum habere, credita exigere, debita soluere, arcibus, pręsidiis & munitionibus omnibus pręesse, Ministros quoscunque in omnibus prouinciis, ciuitatibus & locis constituere & reuocare, alios surrogare, Militiam pro vsu status & Reipublicæ nostrę vbicunque opus erit, instituere, Milites conscribere, stipendia assignare, statuta condere, condita immutare, vices tuas in toto, vel parte delegare, & pro libito reuocare, ac prorsus omnia, & quæcunque alia facere, ordinare & exequi, eandemque, ac omnimodam iurisdictionem in omnibus causis, & negotiis ad ipsum officium quomodolibet pertinentibus habere & exercere liberè, & licitè valeas, quę prędictus Philippus Cardinalis & Camerarius, ac omnes alij ante eum Camerarij de iure, statuto, consuetudine, fundatione, ac etiam vigore quorũcunque priuilegiorum, facultatum & indultorum per quoscunque Romanos Pontifices prędecessores nostros eidem officio, illiusq; Camerario pro tempore existenti quomodolibet concessorum, & aliàs quomodocunque facere & ordinare, ac exequi potuerunt, seu etiam debuerunt, etiam si talia forent, quę facultatem, & mandatum exigerent magis specialẽ, quàm præsentibus est expressum, plenam, liberam, absolutam, ac omnimodam auctoritate, & tenore pręmissis tribuimus facultatem, potestatem, & auctoritatem: Decernentes te ex nunc ad officium prędictum eiusq; liberum exercitium: necnon honores, onera, iura, iurisdictiones & emolumenta prędicta in locum eiusdem Philippi Cardinalis & Camerarij recipiendum, & admittendum fore, ac recipi & admitti, tibiq; de emolumentis, & iuribus prędictis integrè respondere debere: necnon easdem pręsentes valere, ac eandem vim idemq; robur obtinere, tibiq, suffragari debere, ac si ille consistorialiter, & de venerabilium fratrum nostrorum eiusdem Romanæ Ecclesiæ Cardinalium consilio & assensu emanassent, ac tibi concessæ fuissent: Volentes, & eadem tibi auctoritate concedentes, vt omnibus, & quibuscunque priuilegiis, facultatibus, pręrogatiuis, exemptionibus, immunitatibus, iuribus, iurisdictionibus, & indultis eiusdem Rom. Ecclesiæ Camerariis, qui hactenus fuerunt in genere, vel in specie aut aliàs quomodolibet concessis, confirmatis, & innouatis, ac quibus ipsi de iure, statuto, priuilegio, consuetudine, & seu dicti officij fundatione, aut aliàs quomodolibet vsi, potiti, & gauisi fuerunt, ac vti, potiri, & gaudere potuerunt similiter, & pariformiter absque vlla prorsus differentia vti, potiri,

Et ex eis aliquos etiã prouentus duodecimo Clerico, & alios, Montistis Montis Camerariatus assignauit.

Et modo officium Camerariatus, Illustrissimo & Reuerẽdiss. Henrico Card. Caetano cum solitis honoribus, emolumentis, iurisdictionibus, &c. confert.

Facultatesq; & priuilegia omnia aliis Camerariis quomodolibet concessa, eidem pariformiter concedit.

C & gau-

& gaudere: necnon omnia, & quæcunque regalia, prouentus, & iura etiam antiqua tam ex sigillo Custodiis, præfecturis, officiis, exactionibus, taxis, & quibuscunque aliis rebus obuenientia (regalibus tamen & emolumentis vnius pro centenario ex impositionibus congregationum Regularium, & dimidij pro centenario ex vigesima Hebræorum, ac etiã dimidij pro centenario, ex subsidio Triennali exceptis) integrè a prædicto Ioanne Augustino Depositario percipere, exigere, & leuare etiam liberè, & licitè possis, & valeas, quẽadmodum Camerariorum quisque illa est plenissimè assecutus. Mandantes in virtute sanctæ obedientię Dilectis Filiis Pręsidentibus, & Clericis dictę Cameræ, cęterisq; personis cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, conditionis, qualitatis, & pręeminentiæ: necnon Communitatibus, Vniuersitatibus, & locis, illorumq; hominibus ad quos spectat & pertinet, ac pro tempore spectabit & pertinebit, quatenus ipsi, & eorum quilibet tibi tanquam membra capiti obsequentes, ac reuerentiam, & obedientiam exhibentes, tuis monitis & mandatis omnino obtemperent, tibiq; in regimine, & administratione ipsius Cameræ, dictiq; officij exercitio vbicunque expedierit adesse, ac omnia officia debita pręstare procurent. Et insuper cùm hęredes bo. me. Vitellotij ipsius Romanę Ecclesiæ Cardinalis, & Camerarij pętenderent officium Camerariatus huiusmodi, quod dictus Vitellotius Cardinalis, dum vixit obtinebat ex persona ipsius Vitellotij Cardinalis prętextu cuiusdam concessionis a fel. rec. Pio Papa IIII. prædecessore nostro per eũdem Vitellotium Cardinalem obtentę non vacare, ac propterea lis & causa, seu controuersia coram certo causarũ Palatij Apostolici Auditore super dicto officio, eiusq; pretio & emolumentis orta fuisset, & indecisa penderet, ac pię memorię Pius Papa V. etiam prędecessor noster securitati, & indemnitati, tunc existentis ipsius Romanę Ecclesiæ Camerarij cõsulere volens, voluerit atque decreuerit, quòd dicta Camera ipsum Camerariũ eiusq; hęredes, ac ab eo causam habentes, non solum a prędicta, sed etiam a quacunque alia lite, & causa per hęredes, creditores & fideiussores dicti Vitellotij Cardinalis tutari & liberare, ac causæ patrocinium propriis impensis suscipere, ac de euictione teneretur, & obligata esset cum irritanti, & aliis decretis obligationibus & cautelis tunc expresis, prout in eis quorum tenores præsentibus haberi volumus pro expresis plenius continetur. Tuq; nobis summam quinquaginta millium scutorum monetæ, de Iuliis decem pro quolibet scuto spontè obtuleris: Nos tuæ quoque ac hæredum & successorum tuorum, ac ab eis causam habentibus securitati, atque indemnitati prospicere volentes, motu, scientia & potestatis plenitudine similibus, te tuosq; hæredes & successores vniuersos & singulos a prædicta quacunque alia lite & molestia, cæterisq; omnibus incommodis eximimus & liberamus, statuimusq; ac decernimus Cameram ipsam ad causam prædictam, vt præfertur, suscipiendam & defendendam, te tuosq; hæredes & successores prædictos ab omnibus & singulis supradictis præseruandum, ac prorsus ad omnia & quæcũque alia ad quæ iuxta ipsius Pij V. prædecessoris voluntatem & decretum, tunc existenti Camerario eiusq. hæredibus & aliis prædictis tenebatur, etiam contractu solemni, & stipulationi omni tempore teneri, & obligatum esse. Sicq; & non aliter in præmissis omnibus, & singulis per quoscunque Iudices ordinarios & delegatos, etiam eiusdem Romanæ Ecclesiæ Cardinales, ac causarum palatii Apostolici Auditores: necnon dictæ Cameræ Pręsidentes & Clericos sublata eis, & eorum cuilibet, quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate & auctoritate vbique & in quacunque instantia iudicari & diffiniri debere, necnon quicquid secus super his, a quoquam, quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum & inane decernimus. Non obstantibus litis pendentia huiusmodi, & aliis præmissis, ac recolendæ mem. Leonis X. necnon aliorum Romanorũ Pontificum similiter prædecessorum nostrorum, etiam cum Collegio Cardinalium, pro illorum vnione & charitate factis, & contractu inuiolabili, seu quasi, a quo nullo tempore resilire, nec illis vllo modo, aut nisi certis modis & formis tunc expresis derogari possit, necnon iuramentis, renunciationibus, aliisq; cautelis firmatis de dicti officii dispositione non perpetuò, sed ad triennium, aut aliud tempus in fauorem Cardinalium ipsorũ vtriusque iuris doctorum, ac de consensu omnium Cardinalium, seu maioris partis eorũ cum decreto irritanti, quicquid secus fieri contigerit; ita quòd de nullitate concessionis omni tempore, absque inobedientiæ culpa, aut alterius censuræ & pœnæ incursu dici valeat,

Prouẽtus quoque omnes hic non exceptos, eidẽ assignat.

Cameralibus, & aliis præcipit, vt ei omnino obediant.

Camerãq; Apost. ad præseruandum ipsum Card. Camerariũ, qui soluit scuta 50. millia obligatam esse declarat.

Decretum irritans apponit.

Clausulas derogatorias adnectit.

leat, ac aliàs certis, modo & forma etiam tunc expressis deinceps in perpetuum facienda, aliisq; constitutionibus & ordinationibus Apostolicis: necnon Cameræ & officii prædictorũ iuramento, cõfirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, consuetudinibus, vsibus, & naturis, quantocũq; tempore pacificè obseruatis priuilegiis quoque indultis, & litteris Apostolicis Collegio Cardinalium, ac dictæ Cameræ, illiusq; Præsidentibus, & Clericis per prædictos, & quoscunque alios Romanos Pontifices, etiã prædecessores nostros, ac nos & dictam Sedem, etiam per modum Statuti perpetui, ac initi, & stipulati contractus, seu quasi, ac aliàs sub quibuscunque tenoribus & formis, ac cum quibusuis efficacissimis, & insolitis clausulis, necnon irritantibus, & aliis decretis, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, ac etiam consistorialiter, & aliàs quomodolibet concessis, confirmatis, innouatis, & extensis; quibus omnibus, etiam si talia & multa sint, quę sub concessionibus generalibus non veniant: sed specialibus omnino indigeant expressionibus, & regulæ implicitè extendi nequeant, præsentibus pro plenè & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat, harum serie specialiter & expressè, motu, scientia, & potestatis plenitudine, similibus derogamus, cæterisq; contrariis quibuscũque. Tu igitur benedictione nostra fretus, eam in demandato tibi à nobis hoc munere operam præstare curabis, vt ij, quos iam annuos præcipimus fructus industria tua quotidie magis augescant, nosq; & prædicta Sedes per te optimè, publicè consuluisse lætemur. Volumus autẽ quòd omnes & singulæ patẽtes, litteræ tractarum, & extractionum, quę tam intra, quàm extra statum Ecclesiasticum pro tempore concedentur sub tuo, & pro tempore existentis Camerarij, sigillo expediri omnino debeant; ita quòd tractæ, extractiones & patẽtes huiusmodi, alio quàm tuo & pro tempore existentis Camerarij, sigillo signatæ, nullius sint roboris vel momenti. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum concessionum, assignationis, substitutionis, surrogationis, tributionis, decretorum, voluntatũ mandati exemptionis, liberationis, statuti, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Marcum, Anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo quingentesimo octuagesimo septimo, quarto Idus Septembris, Pontificatus nostri Anno tertio.

Tractarum omniũ intra & extra Statum concedendarũ sub sigillo ipsius Camerarij litteras de cætero expediri iubet.

E. Card. Prodatarius.

I. Brohue.

Die vigesima tertia Martii. M. D. LXXXVIII. Prainsertę litteræ Apostolicæ, ex decreto in Camera Apostolica hodie facto, citato prius R. P. D. Iofredo Lomellino, eiusdem Cameræ generali Commissario in eadem Camera admissæ, & registratæ fuerunt libro secundo Signaturarum, sanctissimi D.N. Sixti Papæ Quinti, fol. 11. Andreas Martini.

Publicatio.

IIII.

Facultas Oratoribus & Agentibus Prouinciarum & locorum Status Ecclesiastici & aliis particularibus personis concessa, pro quibuscunq; negotiis & causis, adeundi & informandi vnum ex quinq; Illustrissimis Card. Sacræ Consultæ deputatis, vt ijdem in publica Consulta, illa referant, ex voto eiusdem Consultæ quamcitissimè expedienda, pro minori dispendio Subditorum.

Iurisdictionem & facultatem huius Sacræ Consultæ hic idem Pontifex postea diffiniuit & declarauit, infra in const. 7. capite penult.

SIXTVS Papa Quintus Motu proprio &c.

INTER multiplices animi nostri curas, quibus pro nostri Pastoralis officij solicitudine continuò vrgemur; hæc sanè præcipua est, vt ad nos, & Sedem Apostolicam pro Iustitia consequenda recurrentibus, de opportunis remediis

quàm celerrimè fieri posfit falubriter prouideatur. Quare ftatim initio Pontificatus noftri vnam celebrem aliquot dilectorum filiorum S. R. E. Cardinalium, & aliorum Prælatorum doctrina confpicuorum, & in rebus arduis tractandis, & adminiftrandis expertorum Congregationem, folerti ftudio inftituimus, quam Sacram Confultam nuncupauimus, vt illius medio prudentia, confilio, & minifterio, negotia præfertim ftatum noftrum Ecclefiafticum, tam mediatè, quàm immediatè nobis & Sedi Apoftolicæ fubiectum concernentia, fideliter, & accuratè tractarentur, & quamcitifsimè pro minori partium difpendio expedirentur, ac Iuftitia, quæ Regnorum, & dominiorum alma conferuatrix, & pacis fidelifsima tutrix eft, omnibus æqua lance fecundum cordis noftri defiderium, ad vniufcuiufque fatisfactionem debitè miniftraretur. Veruntamen nihil humano iudicio, ita circumfpectè difponi, vel ordinari poteft, quin dies femper aliquid in melius adferat, & experientia rerum magiftra cautius, vel accuratius ftatuendum doceat. Cum itaque nos dilectos filios noftros Dominicum Sancti Laurētij in pane & perna Pinellum, & Hieronymum S. Petri ad vincula de Ruuere, ac Antonium Mariam Sanctæ Agnetis in Agone titulorum Presbyteros, necnon Alexandrum noftrum fecundum carnem Pronepotem S. Euftachij de Monte Alto, & Benedictum S. Agathæ Iuftinianum nuncupatos Diaconos Cardinales, de quorum fumma fide, prudentia, doctrina, & in rebus agendis experientia, plurimum in Domino femper confidimus, dictæ facræ Confultæ præfecerimus, & ad eam deputauerimus, quorum opera hactenus ipfa Congregatio, cum maxima laude & animi noftri fatisfactione feliciter directa fuit. Nos confiderantes immenfam negotiorum molem, quæ dietim magis, ac magis ad nos & prædictam Sedem deferuntur, ac cupientes, vt in futurum negotia ipfa quanto celerius, & fidelius fieri pofsit audiantur, difcutiantur, & terminentur, ac grauioribus impenfis, & fumptibus parcatur, & vnicuique debitum Iuftitiæ complementum pari trutina, & etiam quamcitifsimè impendatur: quod ex animi noftri fentētia fucceffurum fperamus, fi dicta negotia ad fingulos Cardinales prædictos eidem Confultæ nunc, & pro tempore deftinatos vel per rinulos, quo vnufquifque eorum aliquam partem ad fe trahat, deriuentur: Idcirco matura fuper his deliberatione præhabita, in præmiffis pro noftræ folicitudinis vigilantia opportunè prouidere volentes; Motu fimili, non ad alicuius fuper hoc nobis oblatæ petitionis inftantiam, fed ex mera voluntate, & certa fcientia, hac noftra fanctione perpetuò valitura, ftatuimus, ordinamus, mandamus, & præcipimus, vt ex nunc in pofterum futuris temporibus, omnes, & finguli, ac quicumque Oratores, procuratores, negotiorum geftores, Syndici, agentes, & alij deputati omnium, & fingularum, ac quarumcūq; prouinciarum, ciuitatum, oppidorum, terrarum, caftrorum, villarum, & locorum totius prædicti ftatus noftri Ecclefiaftici nobis, & dictæ Sedi Apoftolicæ mediatè & immediatè fubiecti, necnon etiam quæuis aliæ perfonæ cuiufcumque dignitatis, ftatus, gradus, ordinis, fexus, & conditionis exiftant, ac etiam quacumque Ecclefiaftica dignitate, vel feculari poteftate fungantur, ad prædictam facram Confultam pro quibufcunque, tam publicis, quàm particularibus, & priuatis negotijs, rebus, & caufis pro tēpore vndecumque, & quomodocumque recurrentes (vt eorum negotia, res & caufæ huiufmodi celerius & minori difpendio expediantur) poffint & quilibet eorum poffit ad vnum, & quemque maluerint & quilibet ipforum maluerit, ex prædictis Cardinalibus eidem Confultę nunc, & pro tempore præfectis, feu deftinatis, vel ad eam deputatis, & deputandis, prout vnicuique ipforum oratorum, procuratorum negotiorum, geftorum, Syndicorum, agentiū, & aliarum perfonarum prædictarum magis, vel melius videbitur habere recurfum, eundemq; Cardinalem de fuis quifque negotiis, rebus, & caufis particulariter informare ficuti, & quantum quilibet fibi expediens cenfuerit, ipfeq; Cardinalis fic informatus debeat poftmodū, & quamcitiffimè fieri poterit, in publica Congregatione eiufdem Confultæ, negotia res & caufas de quibus eundem Cardinalem informari, & particularem cognitionem, fiue notitiam habere contigerit, fideliter, & clarè referre, terminanda, feu terminandas, & decidenda, vel decidendas poftea ex voto eiufdem Confultæ, de cuius ordine, feu Decreto litteræ iuxta ritum, & morem eiufdem Confultæ expediantur, ficque, vt fupradictum eft, inuiolabiliter perpetuò fieri, & obferuari volumus, & fancimus, ac ita incommutabilis voluntatis, & intētionis noftræ fuiffe, effe, & perpetuo fore atteftamur.

Deputauit ifte Pont. in principio fui Pontificatus aliquot Cardinales & Prelatos ad tractandū & diffiniendū in facra Confulta, negocia ftatus Ecclefiaftici.

Et modo pro faciliori negociorum expeditione, ac Subditorum minori difpendio, mādat, vt recurrentes ad facram Cōfultā, adeāt alterū ex quinque Card. deputatis, & de eorū negociis eum particulariter informēt.

Et Cardinalis fic aditus & informatus, negocia in Sacra Confulta proponat.

Caufæq; & negocia fic propofita ex voto Confultę diffiniantur, & defup litteræ iuxta morē d. Cōfultæ expediantur.

Necnon etiam prędictis Cardinalibus, & cuilibet ipsorum, ac etiā eidem sacrę Consultæ in & super pręmissis omnibus,& singulis plenam, liberam,amplam,& omnimodam facultatem, licentiam, potestatem, auctoritatem, & iurisdictionem perpetuò tribuimus, cócedimus, & impartimur. Decernentes præsentes nostras, & etiam litteras desuper forsan conficiendas de subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis, aut quopiam alio vitio, vel intentionis nostræ, seu quouis alio defectu ex quauis causa notari, argui, vel impugnari nullatenus vnquàm posse. Sicq; per quoscumque Iudices, & commissarios ordinarios, & extraordinarios, &c. etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, & etiam Cardinales sublata, iudicari,&c. debere. Irritum quoque,&c. quicquid secus,&c. contigerit attentari. Non obstan. præmissis,ac etiam quibusuis aliis quorumcunque aliorum dictæ Rom. Ecclesiæ Cardinalium ad præmissa, vel eorum quodlibet etiam per nos, aut prędecessores nostros Rom. Pontifices, qui pro tempore fuerunt, vel Sedem prędictā, seu Cameram Apostolicam, ac aliàs quomodolibet & quauis auctoritate factis, vel introductis,aut vsu receptis deputation. quas ex nunc perpetuò reuocamus,cassamus, annullamus,& penitus abolemus,necnon etiam quacunque consuetudine,vel præscriptione etiam immemorabili; ac etiam quibusuis constitutionibus,& ordinationibus Apostolicis, aliisq; vniuersis, & singulis in contrariū facien. Quibus omnibus & singulis etiamsi de illis, &c. eorum, ac pręmissorum omnium, & aliorum necessariorum quorumcunque tenores, &c. pro plenè, & sufficienter expressis haben. latissimè hac vice specialiter, & expresè derogamus. Cæterisq; contrariis quibuscunq; cum clausulis opportunis.

Clausula præseruatiua.

Decreta irritāti.

Clausula derogatoria.

Fiat Motuproprio F.

Et de statuto, ordinatione, mandato, præcepto, voluntatibus, sanction. attestatione, tributione, concessione, impartitione, decreto, derogatione, aliisq; præmissis omnibus, & singulis, quę pro hic sufficienter, & ad partem repetitis habeantur, vt sup. perpetuò, & ad perpetuam rei memoriam, ac in forma gratiosa latissimè exten. Et quòd sola pręsentium signatura sufficiat, & vbiq; fidem faciat in iudicio, & extra, ac tam in Rom. Curia quàm extra, etiam si videbitur absque data & registratura, quacunque constitutione, seu regula contraria non obstan. Et nihilominus si videbitur litterę desuper etiam per Breue nostrum, etiam cum maiori,& veriori præmissorum omnium, & singulorum, etiam nominum, cognominum inuoc. denominat. qualit. nuncupat. circumstan. aliorumq; necessariorum specificatione, & expressione quandocunque expediri possint. Et cum decreto quòd earundem pręsentium,& etiam litterarum desuper forsan conficien. transumptis etiam impressis manu alicuius Notarij publici subscriptis,& sigillo cuiusuis dictorū ipsius sacrę Consultæ, vel etiam aliorum Cardinalium, aut cuiuscunque alterius personę in dignitate Ecclesiastica constitutę munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra iudicium, ac in dicta Curia & extra eam vbique adhibeatur, quę ipsi originali adhiberetur si exhibitum foret, vel ostensum. Datum Romæ Apud S.Petrum,decimono Cal.Febr. Anno Tertio.

Clausularum repetitio.

Fiat F.

V.

Montis Datariæ vacabilis cum fructibus ad decem pro centenario erectio, & venditio, Priuilegiorumq́, & gratiarum concesio.

Eiusdem Datarię Thesaurarij Officium erexit hic idē Pont. vt sup. in const. 45. fol. 149. in prima par.



SIXTVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. Sollicitvdo Pastoralis officij, & onus humeris nostris diuina dispositione impositum, requirunt, vt Sedis & Camerę Apostolicæ vtilitati, ea qua decet cura inuigilantes, earum iura & redditus, non modò tueri, & conseruare, verùm etiam, quantum cum Deo possumus, augere, & ampliare curemus. Nuper siquidem vtilitati Sedis, & Cameræ prædictarum (vt præfertur) consulere cupientes, decē ducatos auri de Camera pro quolibet centenario similiū ducatorū hactenus ex quadā consuetudine, seu potius inueterato abusu, sollicitatoribus & procuratoribus expeditionum,

Sollicitatorib' expeditionum Datariæ, solebant cōdonari decē ducat. pro centenario in actu solutionis compositionū Sed. Apostolicæ Cam. Apostolicæ applicauit & deinde ex illis quinque ducatos pro cent. officio Thesaurarij Datariæ nup erecto applicauit. vt supra in cōst. 45. pri. par. f. 149.

num per Datarium pro tempore existentem, siue eius depositarium & receptorem in ipso actu solutionis compositionum dimitti, & cōdonari solitorum, ab ipsis sollicitatoribus, & procuratoribus abstulimus, ac Datariæ nostræ cui debentur, & illius redditibus adiecimus, & ex illis quinque ducatos officio Thesaurarij eiusdem Datariæ à Nobis erecto, & instituto pro eius salario, & emolumento; & reliquos quinque eidem Datariæ, per illius Receptorem, seu Depositarium exigendos, & rationibus eiusdem Datariæ, prout alias pecunias illius, accepto ferendos applicauimus. Nos attendentes, quòd emolumētum dictorum quinque ducatorum eidē Datariæ, ac illius redditibus adiectorum & applicatorum, vltra dictos alios totidem officio prædicto sic (vt præfertur) assignatos, Nobis, Sedi, & Cameræ prædictis magno vsui, & commodo esse poterit; quandoquidem, pro imminentibus dictarum Sedis, & Cameræ necessitatibus, & ad ea gerenda, quę pro fidei Catholicæ defensione, & ampliatione, ac vniuersæ Reipublicæ Christianæ beneficio, assiduè cogitamus, pecunias colligere, & comparare cogimur, vt eas in ipsis necessitatibus paratas habeamus: ac propterea minori quàm possumus subditorum nostrorum, & eiusdem Cameræ incommodo, & detrimento id facere Satagentes, vnum Montem vacabilem sexaginta millium scutorum monetæ, super emolumento Gabellæ quatreni carnis, olim Monti Pio assignato, quod post redemptionem, & extinctionem dicti Montis, in manibus Depositarij nostri Generalis per Conductorem dictę Gabellæ quolibet bimestre pro rata solui consueuit, erigere, & instituere; ac eidem Conductori, ne dicta Camera ob id aliquòd detrimentum, vel incommodum patiatur; emolumentum dictorum quinque ducatorum ex dictis decem (vt supra) restantium per Depositarium, seu pecuniarum Datariæ huiusmodi Receptorem, & Exactorem soluendum, vt ex eodem emolumento dictus Conductor eidem Cameræ, vel Depositario nostro generali dictam summam eidem Monti pio assignatam quolibet bimestre, vt antea, soluere possit, assignare, & applicare decreuimus. Motu igitur proprio, & ex certa nostra scientia, ac de Apostolicæ nobis attributæ potestatis plenitudine, vnum Montem (quem Datariæ Montem nuncupari volumus) sexcentorum locorum, seu portionum vacabilium ad instar Rom. Curiæ officiorum, ac aliorum Montium vacabilium, non tamen per quinquennium proximum (vt infra); nec per promotionem, vel translationem ad Cathedrales etiam Metropolitanas, vel Patriarchales Ecclesias, & monasteria ad rationem scutorum centum, monetæ pro quolibet loco, seu portione, à die prima Ianuarij proximè præteriti inchoandum, Apostolica auctoritate, tenore præsentium perpetuò creamus, erigimus, & instituimus; illiq; sic erecto, & instituto, ac personis quæ in eo suas pecunias posuerint, pro dicti Montis congrua dote, ac annuis fructibus, & emolumentis ad rationem scutorum decem similium pro quolibet loco, & quolibet bimestre in fine soluendorum, summam sex milium scutorum similium, ex reditibus, & introitibus Gabellæ quatreni carnis, & ex eodem emolumento Monti Pio nuper extincto assignato, Depositario nostro generali annuatim quolibet bimestre pro rata solui solito, per dilectum filium Tiberium Ceulum modernum, & successiuè per quoscunque alios eiusdem Gabellæ pro tempore Conductores, & Appaltatores annuatim, & quolibet bimestre ratam illorum dicto Monti Datariæ, ac illius Depositario soluendam, etiam perpetuò concedimus, applicamus, appropriamus, & assignamus, applicatamq; & appropriatam, ac assignatam esse volumus, & mandamus; ipsumq; Montem, & illius creditores in nostrum Sedis, & Cameræ prędictarum locum quoad summam sex millium scutorum monetę huiusmodi, super redditibus dictę gabellę quatreni carnis ex eisdem pecuniis Monti Pio extincto olim assignatis, eorumq; liberam perceptionem, exactionem, & consecutionem ponimus, substituimus, & surrogamus; dictaq; sex millia scuta ab oneribus, tributis, subsidiis, & collectionibus, ex quacunque vrgenti, & publica, ac etiam fidei Catholicę tuendę causa impositis, & imponendis, ac omnibus, & quibuscunque alijs grauaminibus ordinarijs, & extraordinarijs, præsentibus & futuris eximimus & liberamus, exemptaq; & libera esse volumus. Ac pro maiori eorundem Montis, & personarum in eo pecunias ponere volentium cautela, & securitate omnia, & singula alia Sedis, & Cameræ prędictarum mobilia, & immobilia bona, res, actiones, & iura præsentia & futura vbiq; locorum existentia, prędicto Monti Datarię, illiusq; singularibus personis insolidum, ac integraliter generaliter, & specialiter,

Et super aliis quinq; vnum Montem vacabilem Datariæ nuncupatū sexaginta milliū scutorum nunc erigit.

Emolumētaq; scutorum decē pro centenario Montis his assignat.

Bona omnia Sedis & Cam. Apost. pro securitate d. Mōtis obligat.

liter,

liter, ita tamen quòd generalitas ſpecialitati non deroget, nec è contra, obligamus, & hypothecamus, obligataq; & hypothecata eſſe volumus, & decernimus. Necnon eadẽ auctoritate Apoſtolica ſtatuimus, quòd quæcunque vtriuſque ſexus perſonæ cuiuſcunque ſtatus, gradus, ordinis, conditionis, dignitatis & præeminentiæ exiſtentes, etiam ſi Cardinalatus honore præfulgeant, & eccleſiis cathedralibus, etiam Metropolitanis, & Patriarchalibus, ſeu Monaſteriis præſint, & quæcunque, & qualiacunque beneficia eccleſiaſtica cum cura, & ſine cura obtineant, in ſacris, etiam presbyteratus ordinibus conſtitutæ, necnon ſancti Ioannis Hieroſolymitani, vel aliorum hoſpitalium, & militiarum, ac quorumcunque (non tamen Mendicantium) ordinum religioſæ, quibus a iure aut per priuilegium conceſſum eſt proprium retinere poſſe, cuiuſcunque nominis, qualitatis, & conditionis, & qualitercunque, præterquàm ratione regularis profeſſionis in aliquo ordine mendicantium inhabiles, & incapaces exiſtant, in Monte Datariæ prædicto quæcũque pecuniarum quantitates (non tamen infra dictam ſummam ſcutorum centum in ſingulas perſonas) vſque ad ſummam dictorum ſexcẽtorum locorum, ſeu portionem ponere; & tam ipſæ perſonæ, quàm alij ab eis cauſam habentes quoad vixerint pro pecuniis ſic poſitis ad rationẽ decem ſcutorũ ſimilium pro quolibet loco ſingulis annis, & quolibet bimeſtre eorũ ratã, ſine aliquo cõſcientię ſcrupulo, & ſortis principalis diminutione, vel aliquo reſtitutionis onere, etiã ſi aſſaſsinij, ſacrilegij, lęſæ maieſtatis, aut alia quæcunq; grauiſsima, etiam de neceſſitate exprimenda crimina (præterquàm in perſonam Romani Pontificis pro tempore exiſtentis, aut alicuius S.R.E. Cardinalis) commiſerit, ac propterea ſiue legitimè conuictæ, ſiue in eorum non comparentium contumaciam, in pœnã vltimi ſupplicij condemnatæ, ſeu condemnãdæ, & pœnæ huiuſmodi per eas perſoluẽdæ, atque omnia eorum bona fiſco ipſo iure, vel ipſo facto applicata, ſeu applicanda fuerint, tam pro ſorte principali, quàm pro eorum emolumentis locorum, ſeu portionum Montis huiuſmodi, quæ, ſeu quas nullatenus confiſcari, aut ad inſtantiam quorumcunq; ſuorum creditorum, vel aliàs modo aliquo ſequeſtrari, aut impediri poſſe decernimus, integrè omni prorſus impedimento ceſſante, percipere, & habere; ac loca ſeu portiones huiuſmodi, corpore tamen ſanæ, & aliàs, prout in reſignationibus dictæ Curiæ officiorum, & aliorum Montium vacabilium obſeruatur, in vnius vel plurium, prout eis placuerit, etiam filiorum ſuorum illegitimorum, & ex quocunque, & quantumuis damnato coitu prouenientium, aut aliarum etiam magis incapacium perſonarum fauorem, in manibus dilecti filij Guidonis Pepuli moderni, & pro tempore exiſtentis Theſaurarij noſtri & dictæ Cameræ generalis, (quem Protectorem & adminiſtratorem dicti Montis Datariæ cum libera, & abſoluta poteſtate litteras patentes dicti Montis ſub eius nomine, & ſigillo expediendi, & concedendi, ac omnia alia peragendi, quæ ad eiuſdem Montis vtilitatem pertinere cognouerit, conſtituimus, & deputamus) reſignare, & de locis ſeu portionibus huiuſmodi, dummodo in perſonam vnius de minori quantitate vnius loci non diſponatur, nulla alia deſuper obtenta diſpenſatione, in toto vel parte, ſimul vel ſeparatim, per viam reſignationis huiuſmodi liberè diſponere poſſint, ita vt reſignatarij in pecuniis per eos, a quibus cauſam habuerint, poſitis, ac locis ſeu portionibus & emolumentis prædictis per eandem reſignationem ſuccedere, & ad illam admitti debeant: Eidemq; Monti, & perſonis in eo pecunias habentibus officiales creandi, & deputandi, ordinationes, & ſtatuta quæcunque, licita tamen, & honeſta, ac ab eadem Camera examinanda, & approbanda, condendi facultatem concedimus. Necnon ijs, vt omnibus, & ſingulis aliis priuilegiis, facultatibus, exemptionibus, immunitatibus, libertatibus, prærogatiuis, gratiis, & indultis, quibus cæteri creditores aliorum montium vacabilium, & præſertim Montis Sixti, & Montis Camerariatus, nuper a Nobis erectorum, vtuntur, potiuntur, & gaudent, ac vti, potiri, & gaudere poſſunt, & poterunt quomodolibet in futurum, pariformiter, & abſque vlla prorſus differentia, etiam perinde ac ſi omnia hic de verbo ad verbum inſerta forent, vti, frui, & potiri liberè & licitè valeant indulgemus. Volentes quòd Mons Datarię huiuſmodi, illiuſque perſonæ ratione pecuniarum in eo poſitarum ab omni etiam menſatę, ac aliorum onerum per nos & pro tempore exiſtentes Romanos Pontifices, etiam pro defenſione fidei, & augumento Cultus diuini, & alia ſubleuatione, & conſeruatione ſtatus Rom. Eccleſiæ, quomodolibet impoſitorum ſolu-

tione,

Perſonas quaſcũq; etiam religioſas, non tamen Medicantes, pecunias in hoc Monte ponere poſſe declarat.

Easq; & earũ fructus cõfiſcari aut ſequeſtrari poſſe prohibet.

Reſignari poſſe etiã ad fauorẽ illegitimorum concedit.

Theſaurarium generalẽ huius Mõtis adminiſtratorẽ deputat.

Priuilegia omnia conceſſa aliis Montibus Mõtium vacabiliũ & ſignanter Mõtis Sixti & Mõtis Camerariatus, Montiſtis huius Mõtis concedit.

Montis Sixti erectionem & priuilegia vide ſupra in huius Pont. cõſt. 61. pri. par. f. 316. Montisq; Camerariatus vide ſup. i eiuſd. Pont. cõſt. 71. fol. 346.

tione, liberè immunes, & exemptæ existant, & censeantur; nec super annuis redditibus & emolumentis eis assignatis, illorumq; perceptione, & exactione, etiam per nos & successores nostros prædictos quouis modo perturbari, inquietari, vel molestari; aut aliquo grauamine seu onere, etiam si euidens vtilitas & vrgens necessitas id suaserit, onerari possint, & ad probandum quòd pecuniæ in dicto Monte Datariç positæ, vel aliqua earum pars in vtilitatem, aut necessitatem Romanæ Ecclesiæ, vel Sedis, & Cameręprędictarum, aut catholicę fidei defensionem conuersę fuerint, minimè teneantur. Quòdq; pręsentes vim & robur veri, & validi contractus & obligationis inter nos, Sedem, & Cameram prædictas ex vna, & eos qui pecunias super ipso Monte posuerint, vel ab eis causam habuerint, ex altera partibus, legitimè initi & stipulati obtineant, & obtinere; dictusq; Mons Datariæ, & illius Montistę in pacifica, libera & quieta dictorũ emolumentorum eis, vt pręfertur, assignatorum, exactionis, & perceptionis possessione, perpetuò manuteneri, & conseruari; Quòdq; ipsius Montis Depositarius, introitus & emolumenta prædicta exigere ac inter personas, quæ suas pecunias in dicto Monte Datarię posuerint pro rata locorum, & portionũ cuiuslibet, quolibet bimestre in fine distribuere, & diuidere debeant. Decernentes Montẽ Datarię huiusmodi, illiusq; loca, & portiones præfatas respectu fructuum, & emolumẽtorum pro rata locorum seu portionum huiusmodi, eidẽ Monti assignatorũ nullis omnino reductionibus, aut aliis contrariis dispositionibus, etiam prætextu enormissimæ læsionis, vrgentis necessitatis, seu etiam euidẽtis vtilitatis, aut alia quacunq; causa, siue in specie, siue in genere faciẽda, obnoxia esse, sed firma perpetuò, & inuiolata persistere, nec quemq; ex ipsius Montis Datariæ descriptis creditoribus, aut ab eis causam, & ius habẽtibus super integris fructibus, & emolumẽtis prædictis quocũq; modo turbari vel impediri posse; Ac Depositario, Receptori, seu Exactori pecuniarũ Datarij nostri nunc, & pro tempore existentibus, seu alijs ad quos spectat, & in futurũ spectabit, vt prædicto Conductori, & Appaltatori dictę Gabellæ nunc, & pro tẽpore existenti, omnes pecunias ex emolumento dictorũ quinque ducatorũ auri in auro ex dictis decem (vt præfertur) restantium, prouenientes, quolibet mense in fine, dictisq; Conductoribus, & Appaltatoribus, nunc, & pro tempore existentibus, vt ex pecuniis, quas pro assignamẽto Montis Pij nuper extincti in manibus Depositarij nostri generalis anno quolibet singulis bimestribus ratam soluebant, Depositario dicti Mõtis Datarij, per nos, vt infra, deputando scuta sex millia prędicta annuatim videlicet pro rata quolibet bimestre in fine, etiam si dictum emolumentum quinque ducatorum ad dictam summam sex millium scutorum nõ ascenderet: Residuum verò, quod ex dicto emolumento quinque ducatorum a Dataria nostra, vt supra, exigendorum, ac ex assignamento prædicto Montis Pij extincti, vltra dicta scuta sex millia superesit, Depositario nostro generali, quolibet bimestre, vt antea, respectiuè soluant, præcipimus, & mandamus. Volentes, quòd prædictus Tiberius ad dictam summam sex millium scurorum ex eisdem pecunijs dicto Monti Pio, olim assignatis, Monti Datarię huiusmodi, & illius Depositario, modis & tẽporibus prędictis, illius appaltu, & conductione dictę Gabellę durante, soluendum, ac quascunque obligationes, etiam in forma Cameræ, & quęlibet instrumenta ad fauorem dicti Montis necessaria, & opportuna faciendum; Et successiuè omnes alij eiusdem Gabellę futuri Appaltatores, & conductores in contractibus eorum appaltuum, & conductionum sese pariter ad dictam solutionem, vt supra, faciendam obligare teneantur, & ad id iuris & facti remediis omnino cogi, & compelli possint; Quas omnes pecunias sic vt supra tam Conductori Gabellæ prędictę, quàm Depositario Montis huiusmodi respectiuè soluendas, etiam absque alio nostro, vel dictæ Cameræ mandato, sed præsentium vigore dumtaxat, in eorum computis ex nunc, prout ex tunc, & è contra, admittimus, & acceptamus, admittique, & acceptari; & nihilominus, quatenus opus sit, & ad maiorem eorundem cautelam, quęcunque mandata desuper necessaria, & opportuna, & ad omnem ipsorum requisitionem, & instantiam per Cameram nostram fieri, & expediri mandamus. Vt autem personæ pecunias suas in dicto Monte Datarię ponentes aliquod commodum ex nostra liberalitate consequantur; volumus, & dicta auctoritate statuimus, eisq; indulgemus, quòd ipsius Montis loca, seu portiones, quæ, seu quas personę ipsę emerint, per quinquennium a Data pręsentium computandum per mortem ciuilem.

Exemptionẽ a solutione quorumcunq; onerum concedit.

Has litteras Apost. vim contractus obtinere decernit.

Emolumenta quolibet bimestri solui mandat.

Mõtem istum reductionibus & aliis contrariis dispositionibus non subiacere declarat.

Conductores quoscunq; Gabellæ carnis, ad fauorẽ Mõtistaru obligatos esse decernit.

Loca huiꝰ Mõtis p quinquennium non vacare indulget.

lem, aut naturalem personarū ipsarum, vel ab eis causam dicto quinquennio durante, habentiū non vacēt, sed ad hęredes, & successores quoscunq; morientiū, eodē quinquēnio durante, deueniant, ipsiq; hęredes, & successores loca, seu portiones huiusmodi retinere, vel resignare, illorumque, seu illarū pretium recipere possint, & resignationes huiusmodi admitti debeant, & ex nūc eas liberè & omni cōtradictione remota admitti mandamus; Quodq; perpetuis futuris temporibus quicunque tam eiusdem Montis Datarię Creditores, quàm etiam aliqua ex illius locis per cessionem vel aliter, etiam per primęuam pecuniarum in illo positionem acquirentes, ad loca, seu portiones ipsius Montis Datariæ quasuis alias personas sub quarum nominibus loca, & portiones huiusmodi ponantur, nominare, & sibi ipsis quoad personę nominandæ vixerint, tam locorum, seu portionum huiusmodi, quàm eorum fructuum, & emolumentorum omnimodam dispositionem, illa interim personis sic nominatis penitus interdicta, & cum aliis sibi beneuisis, aliàs tamen licitis pactis, & conditionibus reseruare possint; ita tamen quòd per obitum sic nominatarum personarum post quinquennium prædictum, nisi prius resignauerint, omnino vacent. Postremò, vt pretium dicti Montis Datariæ sic a nobis erecti & instituti nobis citius, & facilius vnica tantum vice reprę sentetur, dictum Montem Datarię, ac eius portiones, & loca cum dictis redditibus, & emolumentis (vt prę fertur) assignatis, & applicatis, ac omnibus illius iuribus, priuilegiis, & facultatibus prædictis, & cum fructibus a dicta die prima Ianuarij proximè præteriti, ad rationē decem scutorum huiusmodi pro quolibet loco, decursis, & in futurum decurrendis, Dilecto filio Ioanni Augustino Pinello nobili Ianuen. nostro, & Cam. Apostolicæ generali Depositario, qui ad facien. nobis rem gratam cum pactis, & conditionibus, & pro pretio infra expressis, se empturum obtulit, ac illius hæredibus, & successoribus quibuscunque, damus, concedimus, vendimus, & transferimus; ipsumq; in omne ius, locum & priuilegium nostrum, & dictæ Camerę quoad Montem Datariæ prædictum, & illius iura substituimus, ponimus, & subrogamus; dictiq; Montis Datariæ, & illius fructuum, & iurium possessionem ex nunc concedimus, & interim eius nomine illam tenere constituimus; Eundemq; Ioannem Augustinum ex causa, & titulo huius venditionis, dicti Montis Datariæ Depositarium, eius vita durante, & cum facultate personam sibi beneuisam, in Depositarium prædictum nominandi, cuius pariter vita durante, ita tamen quòd per decenniū dicta Depositaria non vacet, etiam si intra decennium ipsius Ioannis Augustini, vel personæ ab eo nominandę mors sequeretur, facimus, constituimus, & deputamus: Cum onere fructus dicti Montis Datariæ de bimestri in bimestre, in fine pro rata Creditoribus & Montistis persoluendi; & cum facultate à dicto Tiberio & alijs pro tempore dictę Gabellæ quatreni carnis Cōductoribus, & Appaltatoribus, dicta scuta sex millia quolibet anno & quolibet bimestre illorum ratam exigendi, & de illis quietandi, liberandi, & quascunque quietantias, & liberationes, tam per publicas, quàm per priuatas scripturas faciendi: ipsi verò Tiberio, ac omnibus aliis pro tempore existentibus dictæ Gabellæ Conductoribus, vt dictā summam modis & temporibus supradictis, Ioanni Augustino prędicto donec vixerit, vel alteri ab eius hęredibus, & successoribus si eum vel personam ab eo nominandam intra decennium proximum obire contingat, deputando, & post eius & personę nominandę obitum, (elapso tamen dicto decennio) cuicunque alteri Depositario ab ipsis Montistis cōstituendo, liberè, & integrè, omni contradictione remota perpetuò, etiam sine aliquo mandato Sedis, vel Camerę huiusmodi desuper expediendo, sed earundem præsentium vigore tantummodo, persoluant; ac de soluendo, vt præfertur, sese ad illius fauorē obligent; Nos enim solutiones prędictas sic faciendas in eorum computis, vt supra, admittemus & acceptabimus, admittiq; & acceptari faciemus, & ex nunc prout ex tunc quando soluerint, admittimus, & acceptamus, admittiq; & acceptari mandamus: Eidemq; Ioanni Augustino, ac illius hęredibus, & successoribus Secretarium, & Computistam dicti Montis Datariæ cum salariis, & emolumentis Secretario, & Computistę Montis Camerariatus assignatis, deputandi, & ad eius, vel eorum beneplacitum & nutum ponendi, & amouendi, semel, vel pluries, & quoties eisdem videbitur, etiam ad vitam deputandi; ipsiq; Ioanni Augustino dicta sexaginta loca quibusuis personis in vna vel pluribus vicibus, & partitis, & pro quocunque pretio minori, vel maiori, ad sui beneficium, & dam-

Mōtem istum sic erectū nunc d. Io. Augustino Pinello generali Depositario pro pretio sexaginta millium scutorum vendit.

num respectiuè, absque alia nostra Sedis, & Cameræ prędictarum, vel alterius requisita, & obtenta licentia, & sine aliqua solutione cuiuscunque compositionis, ac regaliorum facienda, vendendi, alienandi, & disponendi facultatem, & auctoritatem concedimus. Hanc autem venditionem, translationem, concessionem, deputationem, aliaq; præmissa, facimus pro pretio dictorum scutorum centum monetæ pro quolibet loco, seu portione, quę in totum summam scutorum sexaginta millium similium constituunt dilecto filio nostro S.R.E. Cardinali Camerario, aut cui, vel quibus, à Nobis ordinatum fuerit in fine Aprilis proximè futuri, omni & quacunque exceptione remota, per ipsum Ioannem Augustinum soluendam; Ad quod pretium sic (vt pręfertur) soluendum, & Creditoribus dicti Montis Datarię de Redditibus de bimestre in bimestre, & in fine cuiuslibet bimestris, pro rata vnicuique satisfaciendum, in executionem earundem præsentium ipsum Ioannem Augustinum in Camera Apostolica se, & suos hęredes, & bona in forma eiusdem Cameræ per acta publici Notarij obligari, illiusq; obligationem in eadem Camera recipi debere; Necnon easdem præsentes litteras de subreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis nostræ, vel alio quouis defectu notari, argui, vel impugnari, aut reuocari, restringi, vel limitari nullatenus posse, & si secus id fiat, quoties id fiet, toties illas in pristinum statum restitutas, & plenariè reintegratas; validasque, & efficaces, etiam perinde ac si consistorialiter, & de venerabilium fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium consilio, & assensu emanassent, perpetuò fore, & esse, ac censeri; Vimq; validi contractus inter nos Sedem, & Cameram prædictas ex vna, & dictum Ioannem Augustinum ex causa venditionis prædictæ ex altera partibus initi, & stipulati habere, easq; ad omnia, & singula plenè probandum omnino sufficere, nec ad id alterius probationis adminiculum requiri; ipsumq; Ioannem Augustinum eius vita, ac illius hæredes & successores vita personæ vt supra nominandæ, dicto decennio respectiuè durante, in pacifica, & quieta dicti Montis Datariæ & illius Depositariæ, ac iurium prædictorum possessione manutenendos, & conseruãdos esse, & desuper nunquã molestari posse, vel debere, etiam sub prætextu cuiuscunque enormis, vel enormissimæ læsionis, vel quòd ab aliis maius pretium, vel meliores conditiones, & pacta reperta fuerint, vel reperiri potuissent, aut reperiri contigerit, cuiuscunque quantitatis, & summæ fuerit, quã etiam *si dimidiã*, vel quantumuis iusti pretij maiorem partem excedat, eidem Ioanni Augustino & eius hæredibus & successoribus, etiam donatione inter viuos remittimur, & gratiosè donamus; Et in omnem casum molestiæ, siue de iure, siue de facto inferatur, Cameram prędictam ad litem suscipiendam, & tollendam molestiam, ad omnem ipsius Ioannis Augustini, & suorum hęredum, & successorum simplicem requisitionem, etiam extraiudicialem faciendam, & ad omnem, & quamcunque euictionem teneri, & obligatam esse decernimus. Nec non pro omnium, & singulorum præmissorum obseruatione, & executione, Nos, successoresq; nostros, ac omnia, & singula Sedis, & Cameræ prædictarum iura, res, actiones, & bona quęcunque, tam pręsentia quàm futura generaliter, & specialiter, & expressè, in amplissima eiusdem Cameræ forma, cum clausulis, decretis, & cautelis solitis, & necessariis latissimè extendendis, ita quòd specialitas generalitati non deroget, nec econtra, obligamus, ac obligata, & hypothecata esse; ipsosq; Ioannem Augustinum, & hæredes, & successores ad probandum quòd dicta summa pro pretio dicti Montis Datariæ (vt præfertur) soluendo, vel aliqua illius pars in vtilitatem, vel necessitatem S. R. E. seu Cameræ, & Sedis prædictarum, vel fidei Catholicæ defensionem conuersa sit, minimè teneri, aut obligatos esse volumus. Sicque, & non aliter, per quoscunque Iudices, & Commissarios, quauis auctoritate fungentes, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & anctoritate, iudicari, & diffiniri debere; Irritum quoque decernimus, & inane, si secus super his a quoquã quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Mandantes propterea Dilectis filiis modernis, & pro tempore existentibus S.R.E. Camerario, Vicecamerario, Thesaurario, necnon Clericis, & Præsidentibus dictę Cameræ, vt easdem præsentes in eadem Camera admittant, & in libris illius describi, & registrari faciant, & inuiolabiliter obseruent, & obseruari mandent, ac etiam ad maiorem cautelam dictorum Ioannis Augustini, & hęredum, ac successorum desuper patentes litteras, mandata,

Eundemq; Io. Augustinum & ei' successores etiam sub prætextu enormissimæ læsionis super præmissis molestari non posse decernit.

Et pro eius securitate Sedis & Cameræ Apost. bona omnia obligat.

Decretum irritans.

Executorum deputatio.

data, & alias scripturas opportunas expediant, & expediri curēt. Non obstan. præmissis, ac fel. recor. Symmachi, Benedicti XII. Calisti III. Pauli II. Innocentij VIII. & Pauli IIII. ac quoruncunque aliorum Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum de rebus Ecclesiæ non alienandis, ac malè alienatis recuperandis, aliisq; constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon dictæ Cameræ etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, decretis, & reformationibus, earumq; innouationibus, priuilegiis quoque indultis, & litteris Apostolicis, per prædictos, & quoscunque alios Rom. Pontifices prædecessores nostros, ac Nos, & dictam Sedem, etiam Motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, etiam per viam generalis legis, & statuti perpetui, etiam consistorialiter, & de fratrum consilio, ac ex causis quantumuis grauibus, & onerosis, ac cum quibusuis, etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus, & insolitis clausulis, etiam vim contractus inducentibus, ac etiam irritantibus, & aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliàs quomodolibet etiam iteratis vicibus concessis, approbatis, & innouatis, etiā præmissa fieri specialiter, & expresse prohibētibus, aut quòd super locationibus, & alienationibus prouentuum, membrorum, bonorum, & rerum dictæ Cameræ solemnes licitationes, præuiis debitis tractatibus, cum interuallo temporis, & edictis publicis emissis, candela accensa, & certis diligentiis solemnitatibus, & formis seruatis, & sub excommunicationis maioris, & aliis grauissimis pœnis fieri debeant, & aliter factæ cum inde secutis quibuscunque nullius roboris, vel momenti existant; necnon etiam Iulij Secundi, Pauli Tertij, & Pij Quarti Romanorum Pontificum, etiam prædecessorum nostrorum, seu alijs quibuscunque litteris, & constitutionibus, quibus prohibetur quòd personæ Camerales, seu dictæ Cameræ officiales non participent in contractibus rerum Cameralium (cum idem Ioannes Augustinus noster & dictæ Cameræ generalis depositarius sit) necnon quibuscunque aliis quæ quomodolibet præmissorum validitati obstarent, vel ea infringerent; necnon priuilegiis, & indultis eidem Cameræ, & Fisco nostro quomodolibet concessis, ac Cancellariæ Apostolicæ regulis, etiam de non tollendo iure quæsito, aut aliàs quomodolibet, etiam per Nos, & prædecessores nostros, cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs clausulis, in genere, vel in specie editis, approbatis, vel innouatis; quibus omnibus etiam si de illis eorumq; totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, ac forma in illis tradita obseruata, inserti forent, præsentibus pro sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat harum serie specialiter, & expresse motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus, derogamus, eaq; omnia in quantum præmissis obesse, aut illorum executionem & effectum retardare possent, omnino tollimus, & abrogamus, ac pro sublatis & abrogatis haberi volumus, cæterisque contrariis quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ creationis, erectionis, institutionis, concessionum applicationis, appropriationis, assignationis, positionum, substitutionis, surrogationis, exemptionis, liberationis, statuti, indulti, præcepti, dationis, venditionis, translationis, facti, constitutionum, deputationis, admissionis, acceptationis, remissionis, donationis, obligationis, hypothecæ, mandatorum, voluntatum, decretorum, derogationis, sublationis, & abrogationis, infringere, vel ei ausu temerario contraire: Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem Omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo octuagesimo septimo, Calen. Februarij. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Clausulæ derogatoriæ.

Pauli IIII. & aliorum constitutiones de nō alienandis bonis Ecclesiasticis idicaui sup. in ipsius Pauli 4. cōst. a. f. 570.

Iul. II. constitutio ista habetur in Bull. magno fol. 157 Pauli iii. habetur fol. 474. Pii iiii. habetur fol. 822.

A. de Alexijs.

VI.

Montis Vrbis Veteris non vacabilis ad ſex pro centenario erectio & venditio, priuilegiorumq; & gratiarum conceſsio.



IXTVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad futuram rei memoriam. INTER multiplices Paſtoralis officij noſtri curas, quibus aſsiduè premimur, ea nos vrget præcipuè, vt Sedis & Cameræ noſtræ Apoſtolicæ, ac inſimul populorum nobis, & ſanctæ Sedi prædictæ ſubditorum vtilitati, & commoditati, quantum cum Deo poſſumus, conſulamus. Dudum ſiquidem felicis recordationis Gregorius Papa XIII. prædeceſſor noſter, terras, ſeu tenutas Clanarum nuncupatas in territoriis Ciuitatis noſtræ Vrbis Veteris, & caſtrorum Montis Leonis, Caſtri plebis, & Ficulli reſpectiuè conſiſtentes, exiccatas, ſeu exiccari cœptas, ab hæredibus Philippi Perutij pretio octuaginta duorũ millium ſcutorum monetæ, emit, ad effectum illas vlterius exiccandi, & ad culturam pro eiuſdem Sedis, & Cameræ, necnon dictæ ciuitatis, & locorum beneficio reduci faciendi. Cum autem, ſicut accepimus, ob eorum quibus id negocij demandatum fuit incuriam, & negligentiam ſiue ob locorum diſtantiam, vel quia dicta Camera aliis & quidem grauioribus diſtenta negociis, exiccationi prædictæ incumbere minime valebat, vel alias ob cauſas exiccatio, & ad culturam reductio præfata non modo ad ſuum minimè perducebatur effectum, ſed eædem tenutæ Clanarum deteriores in dies & incultiores, in maximum eiuſdem Cameræ Ciuitatis, & locorum præfatorum damnum, & præiudicium redderentur. Nos attendentes, quòd ſi eiſdem Ciuitati, & Vniuerſitatibus, in quorum territorijs exiſtunt, venderentur ob vicinitatem, & opportunitatem colendi, facilius, ac commodius per eaſdem Communitates, & Vniuerſitates & earum particulares perſonas conſeruari, meliorari, & ad culturam reduci, & exinde tam eidem Cameræ noſtræ, quàm dictis Ciuitati, & Vniuerſitatibus, ac toto ſtatui noſtro Eccleſiaſtico, ob frumenti aliarumq; fructuum copiam, ex eis colligendam, maximum commodum prouenire potuiſſet, illas eiſdem Ciuitati, & Vniuerſitatibus pro eodem precio ſcutorum octuaginta duorum millium monetæ vendidimus, dedimus, & conceſſimus, cũ pactis conditionibus & capitulis in inſtrumento venditionis prędictæ per acta dilecti filij Pontij Seuę eiuſdem Cameræ Notarij die vigeſima ſexta menſis Iunij proximi præteriti inter ipſam Cameram, & eaſdem Communitates celebrato contentis, & inter cætera, quòd pro maiori earundem Communitatis, & Vniuerſitatum commoditate, & facilitate reperiendi precium prædictum Mons non vacabilis locorum octingentorum viginti pro dicta ſumma ſcutorum octuaginta duorum millium, erigi deberet: In cuius pacti executionem, & vt dictum precium, citius, & facilius nobis repręſentari poſſit, & integrè, ſine longioris morę interuallo Cameræ noſtræ perſoluatur, requiri fecimus dilectum filium Ioannem Auguſtinum Pinellum noſtrum, & dictæ Camerę Depoſitarium generalem, vt totum dictum Montem ſic per nos erigendum emere, ac illius precium breuibus quibuſdam terminis ſoluere vellet: qui ad faciendum nobis rem gratam, ſe id facturum obtulit: & propterea nuper dilecti filij noſtri Camerarius, Theſaurarius, Decanus, & eiuſdem Cameræ noſtræ Pręſidentes Clerici in Palatio Apoſtolico, & loco ſolito in quo, pro negociis eiuſdem Cameræ pertractandis, congregari ſolent (vt moris eſt) congregati, & coadunati ipſam Cameram repręſentantes, & facientes, aſſiſtentibus ibidem dilectis, filijs cauſarum Curiæ dictæ Cameræ generali Auditore Præſidentibus, Commiſſario Fiſci, & pauperum Aduocatis, & eiuſdem Fiſci noſtri Procuratore generali, inſequẽtes tenorem chirographi ſeu capitulorum manu noſtra ſub die decima ſeptima Februarij proximè præteriti ſubſcriptorum, dictum Montem locorum octingẽtorum viginti ad rationem ſcutorum centum monetæ pro quolibet loco, cum fructibus à die prima Nouembris proximè præteriti, & in antea decurrendis, pro dicto precio ſcutorum octuaginta duorũ millium medietatem in fine menſis Martij tunc proximè ſequentis, & reliquam medietatem in fine menſis Aprilis immediatè ſequentis, ſoluendorum, & cum pactis, conditionibus, & capitulis præfatis per nos ſubſcriptis, & aliàs in omnibus & per omnia, iuxta illorum

Greg. xiii. tenutas Clanarũ emit ad effectũ illas ad culturã pro Sedis & Came. Apoſt. vtilitate reducẽdi: ſed Camera aliis diſtẽta negociis, id minime perfecit, & propterea tenutæ illæ in dies deteriores efficiebantur.

Hic igitur Pontifex eas tenutas ciuitati Vrbis veteris, & Vniuerſitatibus caſtrorum Mõtis Leonis, Plebis, & Ficulli pro eodẽ pretio vẽdidit, cũ pacto inter alia, quod pro facilitate reperiẽdi d. pretiũ, Mons iſte erigeretur.

Ideo in executione dicti facti, Camera Apoſtolica Montem Vrbis veteris nuncupatum 8 . miliũ ſcutorũ, d. Ioãni Auguſtino Pinello vendidit.

torum formã, & continentiam, eidem Ioanni Augustino Pinello pro se, ac hæredibus, & successoribus suis quibuscunque cesserunt, vendiderunt, & transtulerunt, prout in Instrumento inter dictam Cameram ex vna, & præfatum Ioannem Augustinum ex altera partibus, per acta dilecti filij Tydei de Marchis dictæ Cameræ Notarij dicta die decima septima Februarij proximè præteriti celebrato, cum obligatione Camerali, & iuramento per vtramque partem præstito roborato latius continetur. Nos igitur volentes ea quæ de mandato, & ordine nostris processerunt, & gesta sunt perpetuo inuiolabiliter seruari, & vt firma & illibata permaneant prouidere, & contrahentium cum eadem Camera securitati, vt par est, consulere, ac dictum Instrumentum, & Chirographum, & capitula, omniaque & singula in eis contenta de expressis mandato, & ordine nostris processisse, & gesta esse attestantes, & illorum tenorem hic pro expresso, & de verbo ad verbum pro inserto habentes, Motu proprio, & ex certa nostra scientia, & de Apostolicæ potestatis plenitudine dictum Instrumentum Chirographum, & capitula, omniaque & singula in eis contenta iuxta illorum formam, & tenorem in omnibus, & per omnia Apostolica auctoritate tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illisque Apostolicæ firmitatis robur adijcimus, supplentes omnes, & singulos tam Iuris, quàm facti & solemnitatum quantumlibet necessariarum, etiam ex forma & tenore quarumcunque litterarum, seu constitutionum Apostolicarum, vel aliarum requisitarum, etiam substantialium & similia Instrumenta annullantium defectus, si qui forsan interuenerint in eisdem; eaq; omnia inconcussa firmitate subsistere, & inuiolabiliter obseruari debere, ac in fide & verbo Romani Pontificis nostro, & successorum nostrorum nomine inuiolabiliter obseruare, & attendere promittimus, & ad id nos Sedem, & Cameram Apostolicam, & omnia illius bona obligamus, Et nihilominus iterũ quatenus opus sit, Montẽ prædictum sic per nos erigendũ, cum omnibus suis iuribus, fructibus, priuilegijs, immunitatibus, & exemptionibus tam in dictis capitulis, & instrumento contẽtis, & expressis, quàm inferius in illius erectione describẽdis, eidem Ioanni Augustino pro se suis hæredibus, & successoribus quibuscunq; vendimus, damus, concedimus, & transferimus; ipsumq; in omne ius, locum & priuilegium nostrum & dictæ Cameræ quoad dictum montem, & illius iura substituimus, ponimus & subrogamus; dictiq; montis ac illius fructuum, & iurium possessionem ex nunc concedimus, & interim eius nomine illam tenere constituimus; eundemq; Ioannem Augustinum, vel personam ab eo nominandam dicti Montis Depositarium, cum facultate etiam deputandi dicti montis Secretarium, & Computistam, ac aliis necessariis, & opportunis facimus, constituimus & deputamus; ipsumq; ad illius liberum exercitium, & administrationem, & possessionem admittimus, & hoc pro dicto precio scutorum octuaginta duorum millium, dictis terminis soluendo, & cum omnibus aliis pactis, & conditionibus in eisdem relatis instrumento, & capitulis latius contentis. Et vlterius pro præmissorum omnium obseruatione, & executione habita cum fratribus nostris in Cõsistorio nostro Secreto deliberatione matura, ac de illorum consilio & assensu, deq; eiusdem nobis traditæ Apostolicæ potestatis plenitudine, Montem prædictum, Vrbis veteris Montem nuncupandum, portionum, seu locorum octingentorum viginti, non vacabilium ad instar Fidei, Religionis, aliorumq; Vrbis nostræ Montium non vacabilium, ad rationem scutorum centum monetæ pro quolibet loco a die prima Nouembris proximè præteriti inchoandum Apostolica auctoritate tenore præsentium creamus, erigimus, & instituimus, Illiq; sic erecto, & instituto, ac personis, quæ nostram & Romani Pontificis fidem sequutæ in eo suas pecunias posuerunt, annuam summam scutorum quattuor millium noningentorum viginti similiũ, per easdem Communitatem, & Vniuersitates Ciuitatis Vrbis veteris, Montis Leonis, Castriplebis, & Ficulli, ac Dohanerium Patrimonij, ex introitibus dictæ Dohanæ (vt infra) Quotannis pro eiusdem Montis fructibus, & emolumentis ad rationem scutorum sex similium, pro quolibet loco, & portione, quolibet anno, de bimestri in bimestre, & in fine cuiuslibet bimestris soluendam, concedimus, applicamus, appropriamus, & assignamus; Eandemq; annuam summam quattuor millium noningentorum viginti scutorum, titulo venditionis; & alienationis eidem Monti, illiusq; futuro Collegio vti singulis, & vniuersis assignamus, ac in illos omne ius, potestatem, atque auctoritatem nostram,

Et Pótifex modo pdicta omnia approbat, & defectus omnes supplet.

Venditionẽq; prædictam eid. d. Ioãni Augustino de nouo facit.

Montẽ prædictũ iterum ipse Pótifex erigit & pro eius redditibus, annuã summam scutorũ 4920. Montistis assignat.

Exemptionē à quibuscunque collectis eisdē Montistis concedit.

ſtram, & dictæ Cameræ, quoad dictam ſummam transferimus; ipſosq; in noſtrum, & Cameræ præfatæ locum ius & actionem quo ad dictam ſummam, illiusq; exactionem, & perceptionem ponimus, ſubſtituimus, & ſurrogamus; Præfatamq; ſummam (vt præfertur aſsignatam ab omnibus tributis, collectionibus, ex quacunque vrgenti, & publica, ac etiam defenſionis fidei cauſa, impoſitis, ac omnibus, & quibuſcunque grauaminibus ordinariis, & extraordinariis pręſentibus, & futuris eximimus, & liberamus, ac exemptam, & liberam perpetuò fore, & eſſe decernimus; Et pro Montis prædicti, & perſonarum in eo pecunias ponere volentium cautela, & ſecuritate, volumus & mandamus, quod ipſæ Communitas, & Vniuerſitates ad dictam ſummam, quotannis & quolibet bimeſtre in principio ratam, à dicta die prima Nouembris proximè pręteriti incipien. Depoſitario dicti Montis in Vrbe, ſine aliqua impenſa, aut damno ipſius Depoſitarij, vel Montiſtarum ſoluendum, ſeſe efficaciter obligare, ac ſuper eorum introitibus, certa, & ſecura aſsignamenta dare teneantur, omneſq; alij earum redditus & bona generaliter ad id obligata remaneant, necnon bonorum, & reddituum eorundem huic Monti ſpecialiter aſsignatorum appaltatores, conductores, & affictuarij, & eorum fideiuſſores ſe pariter ad fauorem dictorum Montiſtarum, & eorum Depoſitarij pro dictis ſolutionibus (vt pręmittitur) faciendis, obligare debeant, & ad id iuris, & facti remediis compellantur. Et pro maiori etiam dicti Montis ſecuritate ſeſe pariter obligent omnes particulares perſonæ Conſilij earundem Communitatis, & Vniuerſitatum in ſufficienti numero congregati, tam nomine publico & Communitatis, quàm ſuo proprio particulari & priuato pro ſe ipſis, ac ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus in ſolita forma dictæ Cameræ ad dictas ſolutiones vt ſupra faciendas, & quoad appaltatores, & affictuarios reddituum vt præfertur aſſignatorum nunc, & pro tempore exiſtentes debeant ſe ad fauorem dictorum Montiſtarum, & depoſitarij obligare in Inſtrumentis appaltuum, ſeu affictuum per eos celebrandis. Deficientibus autem Communitate, & vniuerſitatibus ac alijs ſupradictis in ſolutionibus de Bimeſtri in bimeſtre (vt ſupra) anticipatè faciendis, poſſint ipſi Montiſtæ, & eorum Depoſitarius ad exactionem prædictam contra illos procedere cum eiſdem priuilegijs et facultatibus, quibus in exactione ſubſidij Triennalis fieri ſolet; Ipſęq; Communitas, & vniuerſitates habeant procuratorem vel Agentem in Vrbe cui fieri poſsit intimatio, qua etiam eorum domi dimiſſa copia facta, procedi poſsit, vt ſupra, in omnibus & per omnia prout in dicta exactione ſubſidij Triennalis; dumtamen hac de cauſa in Vrbe non fiant nec fieri poſsint repręſaliæ, & pro maiori etiam eorundem Montis, & Montiſtarum cautela volumus, quòd vltra dictam ſummam ſic (vt pręfertur) aſsignatam, præſatus Mons pro eius annuo fructu & aſsignamento æquè principaliter, & inſolidum habeat alia ſcuta quatuor millia noningenta viginti ſimilia, ſingulis annis ſuper redditibus Dohanarum, ſeu Vectigalium Patrimonij noſtri, & eorũ appaltuum, quę à Dohanerio, ſeu dictarum dohanarum, & Vectigalium Conductore, nũc & pro tempore exiſtẽte eidem Depoſitario, & Montiſtis de Bimeſtri in bimeſtre anticipatè (vt ſupra) ſolui iubemus; dummodo tamen Communitas, & vniuerſitates prędictæ, aut earum aliqua in toto vel parte in ſolutione præfata deficiat, & pro ea Communitate quę defecerit, de quo quidem defectu ipſius Depoſitarij relationi credatur. Si autem propter exigendi ab eiſdem Communitate, & Vniuerſitatibus difficultatem (de qua pariter ipſius Depoſitarij aſſertioni fidẽ adhiberi volumus) mallent ipſi Montiſtæ & Depoſitarius pręfatam ſummam à dicta Dohana Patrimonij conſequi, & exigere, id eorum arbitrio facere poſſint; & ex nunc eiſdem Dohaneriis, & conductoribus pręcipimus & mandamus, vt ſeſe in eadem Camera pro dictis ſolutionibus modo, & forma, & in caſibus præmiſſis faciendis ſe obligent; & ſucceſſiue abſq; alio noſtro & dictæ Cameræ mandato, modis & terminis præfatis ſoluant; & quòd futuri dictarum Dohanarum conductores, & appaltatores in contractibus appaltuum, & conductionum pręfatarum, ſe pro dictis ſolutionibus (vt præmittitur) faciendis, ſe pariter obligare teneantur; & ex nunc in omnibus ſupradictis caſibus eiſdem Depoſitario, & Montiſtis contra dictos appaltatores, & conductores nunc & pro tempore exiſtentes, ac dictarum Dohanarum emolumenta quæcunque pro dicta ſumma ſcutorum quatuor millium noningentorum viginti cedimus, & transferimus omnes actiones, & iura nobis, & dictæ Cameræ competentia, & competitura.

titura: Et vice versa in tales casus, & euentus volumus quòd ipsi Dohanerij à dictis Cõmunitate, & vniuersitatibus, ac earum qualibet ratam illius quod ipsis Montistis, & Depositario soluerint exigant & consequantur: si autem assignamenta prędicta ex qualibet causa diminuerentur, aut exigi in toto vel parte non possent, pro ea parte, quę non exigeretur etiam in totum, dicta Camera de suo proprio eisdem Montistis, & eorum Depositario soluere teneatur, reseruata actione contra Communitatem, & vniuersitates huiusmodi pro eo quod non soluerent (vt prefertur). Necnon de eisdem consilio, & assensu, & potestatis plenitudine statuimus, quòd quęcunque vtriusque sexus personę cuiuscumque status, gradus, ordinis, ætatis, conditionis, dignitatis, & præeminentię existentes, etiam si Cardinalatus honore pręfulgeant, & Ecclesiis Cathedralibus etiam Metropolitanis & Patriarchalibus seu monasteriis huiusmodi pręsint, ac quæcunque quotcunque, & qualiacunque beneficia Ecclesiastica cum cura, & sine cura obtineant, ac in sacris etiam presbyteratus ordinibus cõstitutę, necnõ sancti Ioannis Hierosolymitani, vel aliorum hospitalium, & militiarum, ac quorumcunque (non tamen mendicantium) ordinum, religiosæ, quibus à iure, aut per priuilegium concessum est proprium retinere posse, cuiuscunque nominis, qualitatis, & conditionis, ac qualitercunque pręterquam ratione regularis professionis in aliquo ordine mendicantium inhabiles, & incapaces existant, in monte præfato quascunque pecuniarum quantitates, non tamen infra dictam summam scutorum centum monetæ in singulas personas, vsque ad summam dictorum octingentorum viginti locorum, seu portionum ponere, & tam ipsę personæ, quàm alij ab eis causam habentes, pro pecuniis sic positis ad rationem scutorum sex pro quolibet loco singulis annis, & quolibet bimestri eorum ratam, sine aliquo conscientię scrupulo, & sortis principalis diminutione, vel aliquo restitutionis onere, integrè omni prorsus impedimento cessante percipere, & habere, & loca ipsa siue ex prædictis siue ex aliis, & quibuscunque fructibus ac pecuniis confecta vnum, vel plura, & quantacunque habuerint, illa tanquam bona patrimonialia paterna auita, & prophana obtineant, & in eis eorumq; fructibus, & emolumentis ipsorum filij, & hęredes vtriusque sexus quicunque fuerint etiam illegitimi & aliàs quomodocunque inhabiles, tam ex testamento quàm ab intestato succedere, deque eis simul, vel successiuè, ac quotiescunque siue donationis inter viuos, vel causa mortis, siue legati, cessionis, venditionis, siue alio quocunque titulo iure, & modo, ac etiam simplici scriptura manu sua scripta, vel subscripta, nullisq; adhibitis testibus, etiam si in fauorem suorum vel aliorum illegitimorum prohibitorum, & incapacium, etiam si illa in plures illegitimos, incapaces & prohibitos ordine successiuo transferint, ac aliàs vti cuiq; libuerit, disponere; dummodo in personam vnius de minore quantitate vnius loci non disponatur; quin etiam loca prędicta quocunque modo obtinentes si illa in alios cedere, aut transferre, ac etiam illi, qui loca huiusmodi alijs acquirere voluerint tales in huiusmodi cessionibus, translationibus, vel acquisitionibus, sibi ipsis, vel aliis etiam quoad vixerit, omnimodam dictorum locorum sic cessorum vel acquisitorum administrationem, eorumque fructuum & emolumentorum perceptionem, necnon plenam, liberam, & absolutam potestatem, illa quandocunque voluerint, nulla etiam subsistente causa, ad se recipiendi, & reuocandi, seu alij vel aliis vendendi, alienandi, donandi, relinquendi, obligandi, & pignori apponendi, super eis paciscendi, & contrahendi, & prorsus omnem aliam ipsorum dispositionem, ius, & facultatem, nullo obtinentium consensu desuper requisito, aut alia solemnitate seruata, ac etiam cum prohibitione huiusmodi administrationis, fructuum perceptionis, cessionis, venditionis, obligationis, fideiussionis, aut alterius cuiuslibet dispositionis per ipsos obtinentes faciendæ, necnon decreto irritanti: quęcunque secus facta fuerint ab eisdem reseruare & obtinere liberè & licitè valeant; nulla alia licentia à nobis aut alio Roman. Pontifice pro tẽpore existente impetrata, aut compositione pro his cum Datario vel quoquam alio facta, vel soluta, seu confirmatione, aliaue solemnitate, aut scriptura desuper requisita, nulla etiam loca prædicta nulliue eorum fructus & emolumenta etiã causa rebellionis, proditionis, assassinij, homicidij, sacrilegij, læsæ maiestatis, aut aliorum criminum quantũcunque grauium, & enormium, per loca ipsa obtinentes, non tamen in personam Romani Pontificis, aut alicuius ex sanctæ Rom. Ecclesię Cardinalibus, commissorum etiã confes-

Personas quascunque etiam religiosas non tamen Mendicantes, pecunias ĩ hoc Mõte ponere posse declarat.

In eisq; eorũ hæredes etiam illegitimos & incapaces succedere posse decernit.

Confiscariq; & sequestrari posse prohibet.

confeſſorum, & probatorum, vſpiam publicari, nec aliàs Fiſco applicari, aut publicata fiſcoue applicata declarari, ſeu deliberari, nec ſub vllis generalibus, vel ſpecialibus omnium bonorum, rerum, & iurium confiſcationibus, perſcriptionibus, aut alijs adiudicationibus propterea factis,& decretis, ſeu aliis etiam ipſo iure deuolutionibus,etiamſi ſententia capitalis, & mors ſecuta eſſet comprehendantur; Sed ſemper ab illis excepta ſint & eſſe cenſeantur; eiſq; non obſtantibus talium delinquentium filij & hęredes in huiuſmodi locis & fructibus (vt pręfertur) ſuccedere,& illa ad eos deuenire omnino debeant; ſeu ipſimet delinquentes de eiſdem, perinde diſponere modis omnibus ſupradictis valeant, ac ſi criminum huiuſmodi expertes, & inſontes exiſterent,nec etiam loca prędicta,

Montiſtis, officiales creandi, & ſtatuta licita pro Mõtis conſeruatione faciendi facultatem concedit.

vel eorum fructus, ad inſtantiam quorumcunque illa obtinentium, creditorum, vel aliàs modo aliquo ſequeſtrari, aut impediri poſſint. Eidemq; Monti, & perſonis in eo pecunias habentibus Collegium conſtituendi, officiales creandi, & deputandi, ordinationes, & ſtatuta quęcunque ad ipſius Montis conſeruationem pertinentia,licita tamen & honeſta, ab eadem Camera examinanda, & approbanda, condendi facultatem concedimus;

Priuilegia aliorũ Montiũ nõ vacabilium & maxime Mõtis Fidei, Alumeriarum, & Religionis concedit.

Necnon ijs, vt omnibus & ſingulis aliis priuilegiis, facultatibus, exemptionibus, immunitatibus,libertatibus, prærogatiuis, gratiis, & indultis, quibus cęteri creditores aliorum Montium non vacabilium, & præſertim Montis fidei, Alumeriarum, & Religionis vtuntur, potiuntur, & gaudent, ac vti, potiri, & gaudere poſſunt, & poterunt quomodolibet in futurum pariformiter, & abſque vlla prorſus differentia, etiam perinde ac ſi ea omnia hic de verbo ad verbum inſerta forent, vti,frui,& potiri liberè & licitè valeant, indulgemus.

Montis Fidei priuilegia vide ſupra in huius Pont. cõſt. 68. fol. 233.

Montiſq; Alumeriarũ vide ſup. in Pauli 4. cõſt. 46. f. 634.

Mõtis Religionis vide ſup. in Pii V. cõſt. 130. ſol. 1122.

Et vt Montis prædicti regimen, exercitium,& adminiſtratio rectius, & fidelius geratur & dirigatur, Dilectum filium noſtrum Henricum Cardinalem Caetanũ ſanctę Romanæ Eccleſiæ Camerarium, & ſucceſſiuè omnes alios pro tempore exiſtentes eiuſdem S.R.E. Camerarios dicti Montis Protectores, & adminiſtratores cum libera, & abſoluta poteſtate litteras patentes dicti Montis ſub eius nomine & ſigillo expediendi, & concedendi, ac omnia alia peragendi quæ ad eiuſdem montis vtilitatem pertinere cognouerint, conſtituimus & deputamus; Concedimus quoque monti, & futuro Collegio prædictis vt vnum, duos, vel plures ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, vel alium, ſeu alios montis, Collegij, perſonarum, rerum, & iurium omnium prædictorum, vltra ſupradictum à nobis protectorem & adminiſtratorem deputatum, protectores Conſeruatores & defenſores, ac Communitatis, & vniuerſitatum, vel earum arendatariorum, conductorum, & affictuariorum, ſeu particularium perſonarum, Dohaneriorum patrimonij & aliorum omnium prædictorum, tam coniunctim, quàm diuiſim compulſores, & denique Montis Iudices contra illos & quoſcunque alios,cum omnibus ſupradictis & quibuſcunque aliis facultatibus & iuriſdictionibus ordinariis & delegatis ad id requiſitis neceſſariis, & opportunis, quotieſcunque eis videbitur aſſumere, cęteraque omnia ad præfatæ ſummæ ſcutorum quatuor millium nonagintorum viginti exactionem, & ſalubrem montis & collegij directionem illiuſque perſonarum commodum & fauorem opportuna, gerere & exercere liberè & licitè valeant, etiamſi talia ſint quæ facultatem aut mandatum magis ſpecialia requirant, quàm præſentibus ſit expreſſum. Quodq; ipſius Montis Depoſitarius, introitus & emolumenta præfata exigere,& recuperare ac inter perſonas, quę ſuas pecunias in dicto monte Vrbis Veteris poſuerint, pro rata locorum, & portionum cuiuſlibet, quolibet bimeſtre in fine diſtribuere, & diuidere teneatur. Ac decernentes Montem huiuſmodi, illiuſque loca, & portiones prædictas reſpectu fructuum, & emolu-

Mõtem iſtum reductionibus & cõtrariis diſpoſitionibus non ſubiacere decernit.

mentorum, pro rata locorum ſeu portionum huiuſmodi eidem Monti aſſignatorum nullis omnino reductionibus, aut aliis contrariis diſpoſitionibus, præterquàm redemptioni & extinctioni infradicendæ, etiam prætextu enormiſſimæ læſionis, tam cameræ quàm Communitatis, Vniuerſitatum, & particularium perſonarum prędictarum, vel prętextu vrgentis neceſſitatis, ſeu etiam euidentis vtilitatis, aut alia quacunque cauſa, ſiue in genere, ſiue in ſpecie facientibus obnoxias eſſe, ſed firmas & inuiolatas perſiſtere, nec quęquam ex ipſius Montis deſcriptis Creditoribus, aut ab eis cauſam & ius habentes ſuper integris fructibus, & emolumentis prędictis quocunque modo turbari vel impediri poſſe. Cæterum quia Mons prędictus pro dictarum Communitatis & Vniuerſitatum commodo & beneficio, & iuxta capitula & conuentiones inter ipſam Cameram, & dictas

Commu-

Communitatem & Vniuersitates initas extinguibilis, & redimibilis esse debet, teneantur eædem Communitas, & Vniuersitates annuam summam, vel annuum redditum infra duos menses per easdem Cōmunitatem, & vniuersitates in actis eiusdem Tydei Notarij declarandum, & quolibet bimestri anticipatè soluendum pro dicta extinctione, & redemptione facienda dare, & assignare: quæ tamen extinctio, seu redemptio fieri non possit, nisi tribus annis elapsis à die qua pro ipsa extinctione, & redemptione prima solutio fiet incipiendo, ipsa vero redemptio, & extinctio fiat de tot locis ipsius Montis, quot importabunt pecuniæ pro dicta extinctione ex dicto annuo reddituu, sic vt præmittitur assignando, perceptæ ad rationem scutorum centum monetæ pro quolibet loco extrahendo; quæ extractio fiat per sortem eodem modo quo in Monte Populi Romani, vel aliis sub simili forma, extinguibilibus, fieri solet, & deinde dictis tribus annis elapsis vnoquoque biennio in fine similiter pro rata pecuniarum, quę ad hunc effectum in manibus eiusdem Depositarij solutæ fuerint, dicta extinctio fiat, & sic deinceps de biennio in biennium procedatur, vsque ad integram dicti Montis extinctionem; & ad omne dubium, & fraudis suspicionem euitandum, huiusmodi extractio fiat coram S.R.E. Camerario, nunc, & pro tempore existente, cum interuentu dictæ Cameræ Commissarij, Fructus autem dictæ ratæ locorum vt præmittitur, extinguendorum soluatur ab ipsis Communitate, & Vniuersitatibus, aut Dohaneriis, dicto Depositario, & cedant in augumentum extinctionis deinceps biennio quolibet, vt supra, faciendæ. Ita tamen quòd quicquid exigetur semper intelligatur ad extinctionem faciendam conuerti, solutis prius fructibus dicti montis: & huiusmodi extinctio semper cedat in beneficium vniuscuiusque Communitatis, & Vniuersitatis, dummodo soluerint ratam pecuniarum pro ipsa extinctione per vnamquamque dictarum Communitatum assignatam; alioquin nisi id omne soluerint, non gaudeant nisi pro rata solutionis; & ea quæ nihil soluerit nihil de extinctione participet, sed id omne cedat ad beneficium earum quæ soluerinr, & quò tardius ipsæ Communitas, & Vniuersitates summam pro dicta extinctione, & redemptione assignatam soluerint, eò tardius tam primi biennij quàm sequentium bienniorum extractio, & redemptio fiat, in damnum tamen Communitatis non soluentis. Decernētes easdem præsentes litteras de surreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis nostræ, vel alio quouis defectu, notari, argui, vel impugnari, aut reuocari, restringi, vel limitari, nullatenus posse: & si secus id fiat, toties illas in pristinum statum restitutas, & plenariè reintegratas, vimque validi contractus inter nos, & sedem, ac Cameram præfatas, ex vna, & eos qui pecunias super ipso Monte posuerint ex altera partibus initi, & stipulati habere, easque ad omnia & singula plene probandum omnino sufficere, nec ad id alterius probationis adminiculum requiri, & tam ipsum Ioannem Augustinum dicti Mōtis emptorē ac Depositarium, vel personam ab eo nominandā, & illius hęredes, & successores, quàm omnes alios eiusdem Montis futuros creditores in pacifica, & quieta dicti montis fructuum perceptionis, ac assignamentorum pręfatorum exactionis, & consecutionis, necnon iurium præfatorum respectiuè possessione, manu tenendos, & conseruandos esse, & desuper nunquam molestari posse vel debere, etiam sub pretextu cuiuscunque enormis, vel enormissimę lęsionis, vel quod ab aliis maius pretium, vel meliores conditiones, & pacta reperta fuerint, vel reperiri potuissent, aut reperiri contigerit cuiuscunque quantitatis, & summę fuerit, etiam si dimidiam vel quantumuis iusti precij maiorem partem excedat, eidem Ioanni Augustino, & eius hæredibus, & successoribus, aliisq; dicti Montis Creditoribus etiàm donatione inter viuos remittimus, & gratiosè donamus; & in omnem casum molestiæ siue de iure, siue de facto inferatur Cameram præfatam ad litem suscipiendam, & tollendam molestiam ad omnem eorundem simplicem requisitionem, etiam extra iudicialiter faciendam, & ad omnem & quamcunque euictionem teneri, & obligatam esse; Nec non pro omnium, & singulorum præmissorum obseruatione, & executione, nos, successoresq; nostros, ac omnia, & singula sedis, & Cameræ prædictarum iura, res, & bona quæcunque, tam præsentia, quàm futura generaliter, ac specialiter & expresse in amplissima eiusdem Cameræ forma, cum clausulis, decretis, & cautelis solitis, & necessariis latissimè extendendis. Ita quòd specialitas generalitati non deroget, nec econtra, obligamus, ac obligata, & hypothecata esse; Ipsosq; Ioannem Augustinum,

Extinctionem huius Montis, modis hic expressis fieri mandat.

Clausulæ præseruatiuæ.

Obligatio bonorū Sedis & Cameræ Apostol. pro securitate d.Mōtis.

guſtinum, vel montiſtas præfatos, ac eorum hęredes, & ſucceſſores, ad probãdum quòd ſumma pro pretio dicti Montis, vt præfertur ſoluenda vel in eo ponenda, vel aliqua illius pars in vtilitatem, vel neceſſitatem ſanctæ Rom. Eccleſiæ, ſeu Cameræ, & ſedis præfatarum, vel fidei Catholicæ defenſionem, conuerſa ſit, minimè teneri, aut obligatos eſſe volumus. Sicq; & non aliàs per quoſcunque Iudices ordinarios, & delegatos, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, vbique iudicari, & diffiniri debere, irritum quoque, & inane ſi ſecus ſuper his à quoquã quauis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Mandantes propterea dilectis filiis modernis & pro tempore exiſtentibus S. R. E. Camerario, Vicecamerario, Theſaurario, nec non Clericis, & Præſidentibus dictæ Cameræ, vt eaſdem præſentes in eadem Camera admittant, & in libris illius deſcribi & regiſtrari faciant, & inuiolabiliter obſeruent, & obſeruari mandent; ac etiam ad maiorem cautelam dictorum Ioannis Auguſtini, & hæredum ac ſucceſſorum, deſuper patentes litteras, mandata, & alias ſcripturas opportunas expediant, & expediti curent. Non obſtantibus præmiſſis, ac felicis recordationis Symmachi, Benedicti XII. Caliſti VIII. Pauli II. Innocentij VIII. & Pauli IIII. ac quorumcunque aliorum Roman. Pontificum prędeceſſorum noſtrorum de rebus Eccleſiæ non alienandis, ac male alienatis recuperandis, aliiſq; conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, nec non dictę Cameræ etiã Iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis & conſuetudinibus, decretis, & reformationibus, earumque innouationibus, priuilegiis quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis per prędictos & quoſcunque alios Roman. Pontifices prædeceſſores noſtros, ac nos & dictam ſedem etiam motu, ſcientia & poteſtatis plenitudine ſimilibus, etiam per viam generalis legis, & ſtatuti perpetui, etiam conſiſtorialiter, & de eorundem fratrum conſilio, ac ex cauſis quantumuis grauibus, & onerosis, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum, derogatoriis, aliiſq; efficacioribus, etiam inſolitis clauſulis, etiam vim contractus inducentibus, ac etiam irritantibus, ac aliis decretis in genere, vel ſpecie, & aliàs quomodolibet etiam iteratis vicibus conceſſis, approbatis, & innouatis, etiam præmiſſa fieri ſpecialiter, & expreſſe prohibentibus, aut quòd ſuper alienationibus prouentuum, membrorum, bonorum, & rerum dictæ Cameræ, licitationes præuiis debitis tractatibus cum interuallo temporis, & edictis publicis emiſſis, candela accenſa, & certis diligentiis ſolemnitatibus, & formis ſeruatis, etiam ſub excommunicationis maioris, & aliis grauiſſimis pœnis, fieri debeant, & aliter factæ cum inde ſecutis quibuſcunque nullius roboris, vel momenti exiſtant, necnon etiam Iulij II. Pauli III. & eiuſdem Pij IIII. Pontificum etiam prædeceſſorum noſtrorum ſeu aliis quibuſcunque litteris, & conſtitutionibus, quibus prohibetur, quòd perſonæ Camerales, ſeu dictæ Cameræ officiales, non participent in contractibus rerum Cameralium, cum idem Ioannes Auguſtinus noſter, & dictæ Cameræ generalis Depoſitarius ſit; & quibuſcunque aliis, quę quomodolibet pręmiſſorum validitati obſtarent, vel ea infringerent, necnon priuilegiis, & indultis eidem Cameræ, & Fiſco noſtro, vel eidem Communitati, & Vniuerſitatibus quomodolibet conceſſis, & Cancellariæ Apoſtolicæ regulis etiam de non tollendo iure quęſito, aut aliàs quomodolibet etiam per nos, & prædeceſſores noſtros cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatoriis in genere, vel in ſpecie editis, approbatis & innouatis. Quibus omnibus etiam ſi de illis eorumq; totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret, tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita, obſeruata, inſerti forent, pręſentibus pro ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, eaque omnia in quantum præmiſſis obeſſent, aut illorum executionem, & effectum retardare poſſent, omnino tollimus, & abrogamus, ac pro ſublatis, & abrogatis haberi volumus, cęteriſq; contrariis quibuſcunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ approbationis, confirmationis, adiectionis, ſuppletionis, promiſſionis, venditionis, dationis, facti, conceſſionum, conſtitutionum, deputationum, admiſſionis, creationis, inſtitutionis, applicationis, appropriationis, aſſignationum, tranſlationum,

Decretum irritans.

Executorum deputatio.

Clauſulæ derogatoriæ.

Pauli 4. & aliorum conſt. de nõ alienan. bonis Eccleſ. indicaui ſup. in ipſius Pauli iiii. conſt. 2. f. 570.

Iul. ii. conſtitutio iſta habetur in Bull. magno fol. 155. Paul. iii. habetur fol. 4'4. Pii iiii. habetur fol. 822.

-tionum; substitutionum, positionum, subrogationum, exemptionis liberationis, decretorum, iussionis, mandatorum, præcepti, statuti, indulti, remissionis, donationis, obligationum, derogationis, sublationis, abrogationis, & voluntatum, infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare prǽsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicę millesimo quingentesimo octuagesimo septimo: Vndecimo Calendas Martij, Pontificatus nostri Anno Tertio.

✠ Ego Sixtus Catholicæ Ecclesiæ Episcopus subscripsi.

✠ Ego A. Card. Farnesius Episc. Ostien. Vicecancellarius.
✠ Ego Io. Antonius Eps Card. S. Georgij.
✠ Ego Alphonsus Card. Gesualdus Episcopus Tusculanus.
✠ Ego Innic. Aualus Card. de Arag. Episcopus Sabinen.
✠ Ego Marcus Ant. Card. Columna Episcopus Prænest.
✠ Ego Ptolemæus Card. Comensis Episcopus Albanen.
✠ Ego Marcus Siticus Card. ab Altaemps tit. S. Mariæ Transtiberim.
✠ Ego P. Card. Sanctacrucius tit. Sancti Clementis.
✠
✠
✠ Ego Ludouicus Card. Madrutius tituli S. Anastasiæ.
✠ Ego N. Card. de Pelleue tt. S. Praxedis.
✠ Iul. Ant. Card. tt. S. Bartholomæi in Insula, Presb. Card. Sanctæ Seuerinæ.
✠ Hieronymus Card. Rustic. tt. S. Susannę.
✠ Io. Hier. Card. Albanus.
✠ Ego Hier. Card. Simoncellus.
✠ Ego P. Card. Deza.
✠
✠ Ego Ant. Card. tt. SS. Io. & Pauli presbyter Card.
✠ Io. Ant. Card. SS. Quatuor.
✠ Io. B. Card. Sancti Marcelli.
✠
✠
✠
✠ Franciscus Card. de Ioyeuse, tit. S. Trinitatis in Monte Pincio.
✠ Ego Iulius Card. Canan. tit. S. Eusebij.
✠ Ego Nicolaus tit. S. Cæciliæ Card. Cremonen.
✠ Ego Antonius M. Card. Saluiatus, tit. S. Mariæ de Pace.
✠ Ego Aug. Card. Veronæ, tit. S. Marci.

✠ Ego Vinc. tit. S. Mariæ in Via Card. Mont. Reg.
✠ Ego Phil. Card. Spinula tt. S. Sabinæ.
✠
✠
✠ Ego Scipio Card. Lanc. tit. S. Saluatoris in Lauro.
✠ Vinc. Card. Gonzaga, tit. S. Alexij.
✠ Ego Henricus tit. S. Pudentianę Card. Caetanus, S. R. E. Camerarius.
✠ Ego Io. Bapt. tit. S. M. in Ara cęli Cardinalis Castruc.
✠ Ego F. Corn. tit. S. Steph. in Monte Cælio Presb. Card.
✠
✠ Dominicus tit. S. Laurentij Card. Pinellus subscripsi.
✠ Ego Hip. tit. S. Pancratij Card. Aldobr. maior Pęnit.
✠ Ego Hieronymus tt. S. Petri ad Vincula Card. de Ruuere.
✠
✠ Ego F. Hieronymus tit. S. Tho. in Parione Card. Asculanus.
✠ Ego Antonius Mar. tt. S. Agnet. in Ag. Presb. Cardinalis Perusin.
✠ Ego F. Constantius Card. Sarnanus, tit. S. Petri in Monte aureo.
✠ Ego G. Alanus tituli S. Martini Card. Anglican.
✠
✠
✠ Ego Scipio tt. S. Marię de Populo presbyter Cardinalis Gonzaga.
✠
✠ Ego Euāgelista Card. Cusen. tt. S. Matthæi in Merulana.
✠
✠ Ego F. Stephanus, tt. SS. Marcellini, & Petri, Presb. Card. Aretinus.
✠
✠

✠ Ego F. Cardinalis Sfortia, tituli Sancti Nicolai.

✠

✠ Ego A. Diac. S. Eustachij Cardinalis Montaltus.

✠ Ego Hieronym. S. Mariæ in Cosmedin Diac. Card. Matthæius.

✠ Ego Benedictus S. Agathæ Diac. Card. Iustinian.

✠ Ego Ascanius SS. Viti Modesti, & Crescentiæ, S.R.E. Diac. Card. Columna.

✠

✠ Ego Federicus S. Mariæ in Domnica Diaconus Card. Borrhomæus.

VII.

Congregationum Quindecim in Vrbe Institutio, ac vniuscuiusq; Congregationis facultatum & functionum explicatio, & S. R. E. Cardinalium deputatio, pro faciliori Rom. Curiæ, Statusq; Ecclesiastici, ac vniuersæ Reip. Christianæ, negociorum & causarum expeditione.

Sap. 8. IXTVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. IMMENSA æterni DEI omnium opifex sapientia à fine vsque ad finem fortiter attingens, sic cuncta inter se admirabili concordiæ nexu copulauit, suauiterq; disposuit, vt vicissim ad suorum se munerum functiones exercẽdas,
Iud. 5. Iob. 38. mutuis auxiliis subleuarent. Ipsa in cælesti Hierusalem varios beatorum spirituum ordines distinxit, quorum superiores, de diuinæ prouidentiæ rebus, inferiores illuminarent.
Rom. 12. 1. Corint. 12. Eph. 4. Ipsa militantis Ecclesiæ, quæ triumphãtis illius imago est, corpus variis membris discreuit, quæ capiti suo glutino charitatis compacta, & connexa, mutuò se adiuuarent, ex
Ephes. 1. Coloss. 1. quo totius corporis salus, & conseruatio existeret. Quare iure optimo Rom. Pontifex,
1. Corint. 11. 10. 12. quem CHRISTVS Dominus corporis sui, quod est Ecclesia, visibile caput constituit, omniumq; Ecclesiarum solicitudinem gerere voluit, multos sibi tam immensi oneris adiutores aduocat, atque adsciscit, cum Venerabiles Episcopos fratres suos, quos toto terrarum orbe, ad singulos greges pascendos mittit, tum amplissimum ordinem S.R.E. Cardinalium, qui tamquam nobilissima membra capiti propius cohærentia, eidem sum-
1. Reg. 1. mo Pontifici, sicut CHRISTO Domino Apostoli, semper assistunt: quiq; primi laborũ, & consiliorum socij sunt, & participes, vt partita inter eos, aliosq; Rom. Curiæ Magistratus, ingenti curarum, negociorumq; mole, ipse tantę potestatis clauum tenens, diuina gratia adiutrice, non succumbat.

Exo. 18. Nos igitur magni illius Moysi exemplo adducti, qui cum Deo loquens, soceri sui Ie-
Num. 11. thro consilium de variis iudiciis constituendis non repudiauit, quiq; Dei iussu, insignem Senatum septuaginta seniorum conscripsit, qui cum eo onus populi sustinerent,
Luc. 22. ne solus ipse grauaretur: Pontificium hoc onus, angelicis planè humeris formidãdum, inter Senatores orbis terræ fratres nostros Cardinales, apta quadam distributione pro temporum conditione, negociorum multitudine, & varietate, ipsaq; vtilitatis ratione,
1. Tim. 3. salubriter partiri decreuimus. Ea in primis cogitatione permoti, vt qui ex omnibus nationibus ad hanc matrem, magistram, perfugiumq; fidelium, Apostolicam Sedem, deuotionis, salutisq; studio, iuris persequendi, gratię impetrandæ, aliasvè multiplices ob causas frequentissimi confugiunt, ij quidem, & tutò, & commodè (quantum in Prouinciis nostris pręstare possumus) Romam perueniant: & vt facilius, celeriusq; expediantur, distinctos Cardinalium conuentus, & Congregationes, ad certas rerum, negociorumq; tractationes paratas habeant, Cardinalesq; ipsi distributi muneris partem leuius ferant, diligentius administrent, commodius nos consulant, & denique viri primarij publicis in rebus exercitati nullo vnquam tempore desint. Itaque motu proprio, & ex certa nostra scientia, ac de eorundem fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium consilio, & assensu, ex eodem sacro collegio, quod per Dei gratiam viris pietate, doctrina, rerumq; vsu pręstantibus, ex omni natione abundat, Congregationes XV. constituimus, singulisque certa negocia assignauimus, ita vt grauiores, difficilioresque consultationes, ad nos

Sanctiss. Pontifex iste ex rationabilib' causis hic expressis, Quindecim Congregationes Card. pro faciliori negociorum ad Apost. Sedẽ recurrẽtium expeditione deputat.

ad nos referant, ac vnicuique earum suas facultates, & auctoritatem in eum modum, qui infra descriptus est, dedimus, atque attribuimus.

CONGREGATIO PRIMA.
Pro sancta Inquisitione.



N primis igitur, quoniam fides, sine qua impossibile est placere Deo, totius spiritualis ędificationis fundamentum est: cupientes hoc preciosum depositum, quod nobis potissimum à Christo Domino in Beato Petro Apostolo est creditum, aduersus omnes inferorum portas integrum, inuiolatumq; custodire; Congregationem Sanctę Inquisitionis hęreticę prauitatis, magna prædecessorum nostrorum prouidentia, tanquam firmissimum Catholicę fidei propugnaculum in Vrbe institutum, cui ob summam rei grauitatem, Romanus Pontifex pręsidere solet; nos qnoque confirmamus, & corroboramus, illiusq; omnia instituta, omnesq; & singulas facultates à Romanis Pontificibus prędecessoribus nostris Cardinalibus ad eam Congregationem pro tēpore delectis concessas, omnemq; auctoritatem & potestatem eis communicatam, scilicet inquirendi, citandi, procedendi, sententiandi, & definiendi in omnibus causis tam hęresim manifestam, quam Schismata, Apostasiam à fide, Magiam, Sortilegia, Diuinationes, Sacramentorum abusus, & quęcunque alia, quę etiam pręsumptam hęresim sapere videntur, concernentibus, non solum, in Vrbe, & Statu temporali nobis, & huic sanctæ Sedi subiecto, sed etiam in vniuerso terrarum orbe, vbi Christiana viget Religio, super omnes Patriarchas, Primates, Archiepiscopos, Episcopos, & alios inferiores, ac Inquisitores, quocunque priuilegio illi suffulti sint, quorum, ac aliorum pręedictorum series his nostris litteris ad verbum expressa censeatur, confirmamus: ea denique omnia, veluti per eosdem Prędecessores circa eandem Congregationem, illiusq; iurisdictionem, & auctoritatem decreta fuerunt, nos itidem statuimus, atque decernimus: exemptiones quoque immunitates, priuilegia, atque indulta etiam eiusdem officij ministris, vel in hūc vsque diem concessa, vsuq; recepta, pariter approbamus; Obnixè in Domino hortantes, & per viscera misericordiæ IESV CHRISTI, & per eius tremendum iudicium obtestantes charissimos in Christo filios nostros in Imperatorem electum, omnesq; Reges, ac dilectos filios nobiles viros Rerumpublicarum, aliosq; Duces, illisq; regendis, & administrandis præpositos, ac singulos orbis terrarum Principes, & Magistratus, quibus gladij sęcularis potestas ad malorum vindictam à Deo est tradita, per eam ipsam quā se tueri promiserunt Catholicam fidem, vt sic suas quisq; partes siue in præstando ministris prędictis auxilio, siue in criminum post Ecclesiæ sententiam animaduersione interponat (quod eos pro eorum pietate libenter facturos confidimus) vt eorum quoque præsidio Ministri ipsi tantum munus, tamque salutiferum pro Regis æterni gloria, ac religionis incremento feliciter exequantur, cuius pij, Christianiq; obsequij Principes ipsi, & Magistratus amplissimum à Domino præmium recepturi sunt in æternę beatitudinis consortio, Catholicæ fidei assertoribus, & defensoribus præparatum. In his autem omnibus nostra est intentio, ne in officio Sanctæ Inquisitionis, in Regnis & Dominiis Hispaniarum, Sedis Apostolicæ auctoritate superioribus temporibus instituto, ex quo vberes in agro Domini fructus in dies prodire conspicimus, nobis, aut successoribus nostris inconsultis, aliquid innouetur.

Hebr. 11. & 1. Cor. 3.

1. Tim. 6. & 2. 1. Matth. 16.

Cant. 4. & 8.

Confirmatio omnium institutorum Congregationis pro Inquisitione, ac omniū facultatū & iurisdictionum a Prædecessoribus ei cōcessarum.

De his facultatib⁹ Inquisitorum, vide sup. in Pii 4. const. 88. f. 784. & Pii 5. const. 175. f. 3179. & Greg. 13. const. 73. f. 1305. & ibi notaui.

Exēptionūque & priuilegiorū omniū approbatio.

Roman. 13. & 1. Pet. 2.

Hortatio ad Principes & Magistratus, vt Inquisitoribus faueant &c.

Declaratio intentionis Papæ ne aliqoid innouetur in officio Inquisitionis Hispaniæ.

Huius autem Congregationis Cardinales hi sunt.

Cardinalium deputatio.

Ludouicus Madrutius tituli Sanctæ Anastasiæ Presbyter Cardinalis.
Iulius Antonius tituli Sancti Bartholomæi in Insula Presbyter Cardinalis Sanctæ Seuerinæ.
Petrus de Deza tituli Sancti Hieronymi Illyricorum Presbyter Cardinalis.
Io. Antonius tituli SS. Quatuor Coronatorum Presbyter Cardinalis.
Io. Baptista tituli Sancti Marcelli Presbyter Cardinalis.
Frater Hieronymus tituli Sancti Thomæ in Parione Presbyter Cardinalis Asculan.
Frater Constantius Sarnanus tituli S. Petri in Monte Aureo Presbyter Cardinalis.

CON-

CONGREGATIO SECVNDA, Pro Signatura Gratiæ.

Cap. 1. de cõst. § 6. S. fi. i Auth. de Consulib.

Explicatio muneris Cardinalium Sign. Gratiæ adscriptorum.

Ad materiam huius Signaturæ vide P9j 4. const. 81 f.76, & cõst. 84. fol. 774.

Declaratio circa Cardinales pro tempore deputandos in hac congregatione.

ET quoniam ad eam, quæ Signaturæ gratiæ appellatur, & in qua nos etiam prędecessorum nostrorum Romanorum Pontificum more præsidemus, ex diuersis orbis terrarum partibus, ob multiplices gratias obtinendas, magni concursus fiunt, supplicesq; libelli referuntur: vt quæ ex Iudicum ordinaria facultate expediri nequeunt, potestate Principis, qui viua est lex, iustis de causis explicentur, & concedantur: sanè pro loci dignitate, & rerum ratione, magna circumspectio adhibenda est, vt, & honestę supplicationes (quantum cum Domino licet) exaudiantur, & multorum petentium importunitas coerceatur. quamobrem Cardinales infrascriptos Signaturæ nostræ gratiæ adscribimus, ad hoc, vt omnes Signaturam nostram quauis de causa adeuntes, benignè audiant, porrectasq; oblatarum petitionum informationes excipiant: nobis verò, aut successoribus nostris, dum supplices libelli referuntur, assistant, opportunumq; consilium afferant, omniq; deposito humano affectu, sincerè suam quisque sententiam, etiam non rogatus ex conscientia dicat. Declaramus autem in dictam Congregationem semper eos Cardinales adscriptos esse, qui infrascriptis muneribus, & officijs præfecti erunt, videlicet, Maior Pęnitentiarius: Præfectus Signaturæ Gratię Præfectus Signaturæ Breuium: Præfectus Signaturæ Iustitię: & qui Datarij munere fungetur, si Cardinalis fuerit; qui simulatq; eas præfecturas & officia adepti erunt, statim in ipsam Signaturam adnumerati censeantur.

Huius Congregationis Cardinales hi sunt.

Cardinaliũ deputatorum nomina &c.

Antonius Carafa tituli SS. Ioannis & Pauli Presbyter Cardinalis, Signaturæ Gratiæ Præfectus.
Scipio Lancelottus tit. S. Saluatoris in Lauro Presbyter Card. Signaturæ Breuium Præfectus.
Io. Baptista Castrucius tit. S. Mariæ in Aracæli Presbyter Card. Signaturæ Iustitiæ Præfectus.
Hippolytus Aldobrandinus tituli S. Pancratij Presbyter Cardinalis, Maior Pœnitentiarius.
Euangelista Pallottus tituli Sancti Matthæi Presbyter Cardinalis, Datarius.

CONGREGATIO TERTIA. Pro Erectione Ecclesiarum, & prouisionibus Consistorialibus.

Rom. 12. 1. Corinth. 29.

Matth. 20.

Institutio huius Congregationis, & quinque Cardinaliũ deputatio.

Facultates & auctor. eiusdẽ Cõgregationis

ILLA prętęrea cura ad pastoralis nostri officij solicitudinem, & Ecclesię vniuersalis gubernationem maximè pertinet, vt ad fidelium Populorũ vtilitatem, Ecclesijs iam erectis, aut in posterum iustis de causis erigendis, de Episcopis, & Pastoribus idoneis, & fidelibus ac fructuosis, in vinea magni Patris familias operarijs, salubriter in Domino prouideamus. Quare aliam constituimus Cardinalium Congregationem, qui in primis cognoscant de legitimis causis erectionum nouarum Ecclesiarum quarumcunque, Patriarchalium, Metropolitanarum, & Cathedralium, ac de cuiusque earum dote, capitulo, clero, populo, & alijs, quę ad eiusmodi erectiones, iuxta pręscriptum Sacri Concilij Tridentini, & Sanctorum Patrum decreta, necessaria erunt. Examinent prętęrea omnes difficultates de his incidentes, controuersias quoque inter eas, quę iam erectæ sunt, necnon dictarum Ecclesiarum, Diœcesum, vel Monasteriorum vniones, dismembrationes, cessiones, permutationes, translationes, pensionum super illarum redditibus assignationes, Monasteriorum pluralitatem, dignitatũ incompatibilitatem, præsentationes, & nominationes, Electionum, siue postulationum confirmationes, seu admissiones, suffraganeorum, coadiutorumque deputationes cum futura successione, siue absque eadem successione, curamque adhibebunt solertem, circa ætatem, & qualitatem promouendorum, eaque discussa, & examinata ad nos, successoresque nostros referant, vt pro nostro, eorumuè arbitrio, in Consistorio secreto iuxta formam in hunc vsque diem seruatam, proponantur.

Huius

Huius Congregationis Cardinales hi sunt.

Alexander Farnesius Episcopus Ostien. S. R. E. Vicecancellarius.
Gabriel Paleottus tituli sancti Laurentij in Lucina Presbyter Cardinalis.
Ludouicus Madrutius tituli sanctæ Anastasiæ Presbyter Cardinalis.
Petrus de Deza tituli sancti Hieronymi Illyricorum Presbyter Cardinalis.
Franciscus de Gioiosa tituli sanctissimæ Trinitatis in Monte Pincio Presbyter Cardinalis.

Card. deputatio.

CONGREGATIO QVARTA.
Pro Vbertate Annonæ.

CVMQVE ad prouidentiam nostram pertineat curare, vt Populi Ecclesiasticæ ditioni subiecti, non solum pane verbi Dei reficiantur, sed hoc quoque terreno, quem etiam cum illo à Patre cælesti nobis dari quotidie petimus, abundent, pauperes præsertim, & egeni, quibus parentis loco sumus: idcirco vt in omnibus Prouinciis nostris, & in hac potissimum Alma Vrbe, ad quam tanta hominum frequentia vndique confluit, res frumentaria benè curata sit, & annonæ publicæ copia (benedicente Domino) semper suppetat: Congregationem Cardinalium constituimus, quæ omni studio curet non solum in Vrbe, sed in vniuerso Statu Ecclesiastico temporali copiam haberi frumenti, atque aliarum huius generis frugum, quibus ad vitam humanam sustentandam indigemus: quæ si peccatis populi id promerentibus ob terræ sterilitatem in ditione Ecclesiastica aliquando (quod Deus auertat) deerunt, aliundè commeatum pro locorum opportunitate, conuehi comportariq; studeat, ciuitatibus, oppidis, locis, personis quibuscunque, quauis etiam Ecclesiastica atque Cardinalatus dignitate fulgentibus, ea omnia, quæ ad abundantiam parandam, atque conseruandam erunt opportuna, præcipiat. Commissarios vbiq; locorum, prout exegerit necessitas, aut suaserit vtilitas, deputet: contra impedientes, aut negligentes, siue annonam extrahi, vel abduci per se ipsos, aut per alios palàm, vel occultè procurantes, procedat, aliaq; faciat, quę ad annonæ vbertatem omnino pertinere videbuntur. Præcipuam verò curam, & diligentiam adhibeat, vt pecuniæ summa, scutorum scilicet ducentorum millium à nobis tam salubri, ac necessario operi pauperum in primis causa paternè assignata, atque attributa, nec in alium vsum conuertatur, & integra conseruetur: quòd si in caritate annonæ aliquid ex dicta summa decesserit, illius recuperandæ, ac reintegrandæ ratio quamprimum ineatur, vt hoc publicum præsidium, & tanquam patrimonium pauperum eorundem Cardinalium prudentia, & sedulitate perpetuò asseruetur, & prout in alia constitutione super hoc à nobis edita latius explicatur.

Thren. 5. Matth. 4. Matth. 6. Deuter. 28. Psal. 64. & 144. Deuter. 28. 3. Reg. 21. & 4. 8. Institutio huius Congregationis, Et quinque Card. deputatio. Facultates & auctor. eiusdé Congregationis. De hoc præsidio ducentorú millium scutorum pro vbertate Annonæ, vide infra à const. xi.

Huius Congregationis Cardinales hi sunt.

Io. Antonius Sorbellonus Episcopus Portuen. Card. sancti Georgij.
Ant. Maria Saluiatus tit. sanctæ Mariæ de Pace Presb. Cardinalis.
Henricus Caetanus tit. sanctæ Pudentianæ Presbyter Cardinalis S.R.E. Camerarius.
Federicus Cornelius tit. sancti Stephani in Monte Cælio Presb. Cardinalis.
Benedictus Iustinianus sanctæ Agathæ Diaconus Cardinalis.

Card. deputatorum nomina &c.

CONGREGATIO QVINTA.
Pro Sacris ritibus, & Cæremonijs.

IAM verò, cum sacri ritus, & cæremoniæ, quibus Ecclesia à Spiritu sancto edocta ex Apostolica traditione, & disciplina vtitur, in Sacramentorum administratione, diuinis officiis, omniq; Dei, & Sanctorum veneratione magnam Christiani populi eruditionem, verę; fidei protestationem contineant, rerum sacrarum maiestatem commendent, fidelium mentes ad rerum altissimarum meditationem sustollāt, & deuotionis etiam igne inflamment, cupientes filiorum Ecclesiæ pietatem, & diuinum cultum

Io. 14. & 16. 2. Thess. 2.

Institutio huius Congregationis & quinque Card. deputatio. cultum sacris ritibus, & cæremonijs conseruandis, instaurandisq; magis augere: Quinque itidem Cardinales delegimus, quibus hęc pręcipuè cura incumbere debeat, vt veteres ritus sacri vbiuis locorum, in omnibus Vrbis, orbisq; Ecclesijs, etiam in Capella nostra Pontificia, in Missis, diuinis officiis, Sacramentorum administratione, cæterisque ad diuinum cultum pertinentibus, à quibusuis personis diligenter obseruentur cæremoniæ: si exoleuerint, restituantur: si deprauatæ fuerint, reformentur, libros de sacris ritibus, & cæremoniis in primis Pontificale, Rituale, Cæremoniale, prout opus fuerit, reforment, & emendent; officia diuina de Sanctis patronis examinent, & (nobis prius consultis) concedant. Diligentem quoque curam adhibeant circa Sanctorum Canonizationem, festorumque dierum celebritatem, vt omnia ritè, ac rectè, & ex Patrum traditione fiant: & vt Reges, & Principes, eorumq; Oratores, aliiq; personæ, etiam Ecclesiasticæ ad Vrbem, curiamq; Romanam venientes, pro Sedis Apostolicæ dignitate, ac benignitate honorificè (more maiorum) excipiantur, cogitationem suscipiant, seduloq; prouideant: Controuersias de pręcedentia in processionibus, aut alibi, cęterasq; in huiusmodi sacris ritibus, & cæremoniis incidentes difficultates cognoscant, summariè terminent, & componant.

Facultates & auctor. eiusdé Congregationis.

Huius autem Congregationis Cardinales hi sunt.

Card. deputatorum nomina &c.

Alphonsus Gesualdus Episcopus Tusculanus.
Nicolaus Sfondratus tit. S. Cæciliæ Presbyter Cardinalis Cremonen.
Augustinus Valerius tit. sancti Marci Presbyter Cardinalis Veronen.
Vincentius Laurus tit. sanctæ Mariæ in Via Presbyter Cardinalis Montis regalis.
Federicus Borromæus sanctæ Mariæ in Domnica Diaconus Cardinalis.

CONGREGATIO SEXTA,
Pro Classe paranda, & seruanda.



PRAETEREA posteaquàm Dei benignitate, nec sine magno nostro labore, & sumptu perditorum hominum licentia compressa, publica tranquillitas in locis mediterraneis restituta est, vt iam vnicuique absque timore vllo sub vite sua, & sub ficu sua quiescere liceat, cupientes vt littora quoque, & ore maritimæ ditionis nostræ superi, inferiq; maris à piratis, ac pręedonibus (quantum fieri potest) tutę sint, nedum ad nostrorum subiectorum securitatem, verùm vt exterę quoque nationes ad hanc fidei petram, communemq; fidelium matrem securè (pro eo quod in nobis est) accedât, ne à piratis in miseram seruitutem, quod aliàs persępè accidit, abducantur. ob eas causas Cardinales quinque pręficimus triremibus numero decem parandis, ædificandis, ornandis, omniq; necessario nautico, & militari apparatu instruendis, curaque diligentissima conseruandis, quarũ ope, & pręsidio, Deo adiutore, piratæ, & prædones coerceantur, & à nostris littoribus longè repellantur. quare & earũ triremium idoneos Duces, ac Pręfectos (nobis tamen & pro tempore Rom. Pont. consultis) deligant, & cætera omnia ad ea quę diximus celeriter, vtiliterq; efficienda, pro ipsorum prudentia, & sedulitate disponant, atque expediant. Deinde operã adhibeant, vt subsidium pecuniarium quodcunque ab iis, qui nostro mandato huic tam necessario operi contribuere tenentur, fideliter, integrè, matureq; exigatur, exactum verò ac receptum ad supradicta tantummodo opera perficienda ex voluntatis nostrę pręscripto fructuosè impendatur. Illud autem Cardinales ipsos magnoperè admonemus, curent diligenter, vt in his triremibus Apostolicis nautæ omnes & milites non solum ex nautica militarique, sed multò magis ex Christiana disciplina piè, & modestè viuant. Quare viros religiosos animarum, corporumq; curatores deligant, qui valentes ad pietatem instruant, ægrotos multæ charitatis affectu, quouis necessario adiumenti genere, spirituali in primis recreent, atque reficiãt. Denique omni loco à Præfectis, militibus, nautis, ea piè viuendi ratio, & institutio obseruetur, vt verè illos Christianos, ac Pontificios esse omnes agnoscant.

3. Reg. 4.

Matth. 16. Cant. 8.

Institutio huius Congregationis, & quinque Card. deputatio.

Facultates & authorit. eiusdem Congregationis.

De hoc subsidio vide infra in const. 34.

Luc. 3. Phil. 4. Tit. 2.

Huius

Huius Congregationis Cardinales hi sunt.

Inicus Aualos Episcopus Sabinen. Cardinalis de Aragona.
Marcus Siticus tituli sanctæ Mariæ Transtiberim Presbyter Cardinalis ab Altaemps.
Antonius Saulius tituli sancti Vitalis Presbyter Cardinalis.
Franciscus Sfortia sancti Nicolai in Carcere Diaconus Cardinalis.
Frater Vgo Lubenx Verdallæ S.M. in porticu Diaconus Card. Magister Hospitalis S.Io.Hierosolymit.

Card. deputatorum nomina &c.

CONGREGATIO SEPTIMA.
Pro Indice Librorum.

QVIA verò hæresis morbus animæ perniciosissimus vt cancer serpit, & filij tenebrarum arcem Catholicæ veritatis omni machinationis genere oppugnant, libris præsertim hæresis veneno infectis promulgandis, aliisque noxia doctrina aspergendis, corrumpendisque; postulat à nobis pastoralis officij sollicitudo, vt vulpes dolosas, & lupos rapaces ab ouili Christi omni vigilantia arceamus. Quare vt Cardinales, qui ad libros prohibendos, expurgandosve delecti sunt, in ea cura diligenter, ac maiori cum fructu versentur, has illis facultates tribuimus, vt librorum eiusmodi catalogos, & indices, aut olim, aut proximè confectos, eorumq; regulas editas recognoscant, atque examinent: certorum auctorum libros prohibitos, aut quouismodo in prioribus indicibus suspensos diligenter excutiant, & prout expedire iudicauerint, permittant libros, qui post indicem Tridentini Concilij iussu editum prodierunt, Catholicæ doctrinæ, Christianorumq; morum disciplinę repugnantes, expendant, & recognoscant: ac (vbi nobis retulerint) nostra auctoritate reiiciant: hominũ verò iniuria, & dolo deprauatos emendent: eos libros, qui paucis erroribus reiectis, alioquin vtiles studiosis esse possent, expurgandi, atque corrigendi modum ineant, indicesq; expurgatorios conficiant: nouos prętereà libros approbandi, & imprimendi rationem prę scribant. Vniuersitatum Parisien. Bononien. Salamantin. Louanien. aliarumq; probatarum studia, ad librorum expurgationem, & correctionem excitent, earumq; diligentem operam, & industriam requirant. Permittimus quoque eidem Congregationi vt Theologis, Canonistis, aliisq; peritis viris, pijs, atque idoneis, etiam aliunde accersitis, ad hoc omne negocium Reipublicæ Christianæ tam in his temporibus necessarium adhibitis: eam ob rem tantùm, nec verò aliis, libros vetitos tenendi, legendique etiam absque nostra licentia impertiatur facultatem.

2. Timoth. 2.
Iud. 15. Cãt. 2. Matth. 7. Io. 10
Explicatio muneris Cardinalium huius Cõgregationis.
Ad materiã huius Indicis, vide sup. Pii 4. cõst. 29. f. 801. & Greg. 13. cõstit. 30. f. 1203. Et ad materiã librorũ prohibitorum habes sup. Leon. 10. cõst. 10. f. 190. Iul. 3. const. 7. f. 500. Paul. 4. cõst. 39. f. 625. Pii 4. const. 98. fol. 102.

Huius Congregationis Cardinales hi sunt.

Marcus Ant. Columna Episcopus Prænestin.
Hieronymus de Ruuere tit. S. Petri ad Vincula Presbyter Cardinalis.
Philippus de Lenoncourt tit. sancti Honuphrij Presbyter Cardinalis.
Gulielmus Alanus tit. sancti Martini in Montibus Presbyter Cardinalis.
Ascanius Columna S. Viti, Modesti, & Crescentiæ Diaconus Cardinalis.

Card. deputatorũ nomina &c.

CONGREGATIO OCTAVA.
Pro interpretatione, & executione Concilij Tridentini.

DEO autem Patri misericordiarum gratias agentes, qui in Oecumenico Concilio Tridẽtino Spiritus sancti lumine diffuso, catholicam veritatem omnibus patefecit, hęreses nostrorum temporũ confutauit, mores & disciplinam restituit: eiusdemq; Concilij decreta, ab omnibus obseruari volentes, cum ad singularem Romani Pontificis auctoritatem tantummodo spectet Generalia Concilia indicere, confirmare, interpretari, & vt vbique locorum seruentur, curare, ac pręcipere: eorum quidem decretorum, quę ad fidei dogmata pertinent, interpretationem nobis ipsis reseruamus:

2. Corinth. 1.
2. Corinth. 4.
Explicatio muneris Cardinalium huius Congregationis.

Cardinalibus verò præfectis interpretationi, & executioni Concilij Tridentini, si quando in his, quę de morum reformatione, disciplina, ac moderatione, & Ecclesiasticis iudiciis, aliisq; huiusmodi statuta sunt, dubietas, aut difficultas emerserit, interpretandi facultatem (nobis tamen consultis) impartimur. Et quoniam eodem Concilio Tridentino decretum est, Synodos Prouinciales, tertio quoque anno, Diœcesanas singulis annis celebrari debere, id in executionis vsum ab ijs, quorum interest, induci eadem Congregatio prouidebit: Prouincialium vero, vbiuis terrarum illę celebrentur, decreta ad se mitti præcipiet, eaq; singula expendet, & recognoscet. Patriarcharum præterea, Primatum, Archiepiscoporum, & Episcoporum (quibus Beatorum Apostolorum limina certo constituto tempore visitare alia nostra sanctione iussum est) postulata audiat, & quę Congregatio ipsa per se poterit, ex charitatis, & Iustitię norma expediat, maiora ad nos referat, qui fratribus nostris Episcopis (quantum cum Domino licet) gratificari cupimus. Item ab ijsdem Præsulibus Ecclesiarum exposcat quę in Ecclesijs eorum curę, ac fidei commissis Cleri, Populiq; morum disciplina sit, quæ Concilij Tridentini decretorum, cùm in omnibus, tum præsertim in residentiæ munere, executio: quę item pię consuetudines, & qui omnium denique in via Domini sint progressus, ipsisq; det litteras ex formula pręscripta in testimonium obitę per eos visitationis liminum Sanctorũ eorundem Apostolorum. Habeat itidem Congregatio auctoritatem promouendi reformationem Cleri, & Populi nedum in Vrbe, & Statu Ecclesiastico temporali, sed etiam in vniuerso Christiano Orbe in ijs, quę pertinent ad diuinum cultum propagandum, deuotionem excitandam, & mores Christiani populi ad pręscriptum eiusdem Concilij componendos, atque ad rationes difficillimis his, perturbatisque temporibus necessarias conformandos, quò vberius diuinę misericordię vim in nobis sentiamus, iustamq; iram, atque animaduersionem effugiamus.

Conc. Triden. sess. 24. c. 2.

Istà cõstitutio de visitandu liminib' Apost. habetur sup. in pri. par. fol. 45.

Huius Congregationis Cardinales hi sunt.

Cardinaliũ deputatorum nomina &c.

Ptolemæus Gallius Episcopus Albanẽ. Cardinalis Comẽ.
Hieronymus Rusticucius tituli sanctę Susannæ Presbyter Cardinalis.
Antonius Carafa tituli SS. Ioannis & Pauli Presbyter Cardinalis.
Frater Stephanus Benuccius tituli SS. Marcellini & Petri Presbyter Cardinalis Aretinus.
Hieronymus Matthæius sanctę Mariæ in Cosmedin Diaconus Cardinalis.

CONGREGATIO NONA.
Pro Grauaminibus subleuandis.



NEC verò paternus noster affectus, quem erga populos nobis, & huic sanctæ Sedi subiectos, tanquam erga peculiares filios gerimus, eo contentus est, quod Deo auctore, nostraq; solicitudine publica pace, & tranquillitate perfruuntur, quòdq; de eorum vtilitate, & quiete multis aliis modis præstanda, & augenda assiduè cogitamus: sed eos etiam ab exactionum oneribus ob temporum interdum difficultates, variasq; publici boni rationes à pręde cessoribus nostris impositis, magnoperè (quantum fieri poterit) cupimus subleuare. Quocirca nouam instituimus Cardinalium Congregationem, vt quęcumque grauamina vectigalium, pedagiorum, & tributorum cuiuscunq; generis illa sint, eorumq; exigendi rationes, quæstorum iniurias, si quas adesse compererint, Commissariorum extorsiones, iudicij forma planè postposita, maturè audiat, & cognoscat: atque si fieri posse videbitur, controuersias moderetur, & componat: quod si rationibus hinc inde allatis accuratè expensis, res transigi nequiuerit, eam totam ad nos deferat, vt quod ęquum, & pium erit, eius Congregationis consilio, prudenter definire valeamus: causas verò in quibus iudicialis ordo requiritur, propriis iudicibus de iure decidendas relinquat. Qui autem à Iudicibus senserint se grauatos, ad Tribunalia, quæ his sunt ex antiqua institutione præposita, ac ad alia (vt moris est) iuris remedia confugiant.

1. Cor. 4. Phil. 1. 1. Pet. 5. Iac. 1. Rom 12.

Heb. 13.

Rom. 13.

Institutio huius Congregationis, & quinque Cardinaliũ deputatio.

Facultates & auctor. eiusdẽ Cõgregationis Hic idem Põt. in pricipio sui Põt. tres Card. deputauit ad subleuãdũ grauamina Subditorum vt habetur sup. in eius const. 2. §. 3. in pr. par.

Huius Congregationis Cardinales hi sunt.

Prosper Sanctacrucius tituli sancti Clementis Presbyter Cardinalis.
Io. Hieronymus Albanus tituli sancti Io. ante portam Latinam Presbyter Cardinalis.
Vincentius Gonzaga tituli sancti Alexij Presbyter Cardinalis.
Henricus Caetanus tituli sanctę Pudentianæ Presbyter Cardinalis, S. R. E. Camerarius.
Hieronymus Matthæius sanctæ Mariæ in Cosmedin Diaconus Cardinalis.

Cardinaliū deputatorum nomina &c.

CONGREGATIO DECIMA.
Pro Vniuersitate Studij Romani.

ILLVD etiam cogitantes, quòd litterarum cognitio, liberalesq; doctrinæ, & disciplinæ, quibus * iuuentus in publicis Gymnasiis instruitur, & eruditur, magnā Christianæ Reip. (si cum pietate coniungantur) afferunt vtilitatem: tunc enim * ciuitates, & Regna optimè administrantur, cum sapientes, atque intelligentes gubernacula possident: ob eam sanè causam Romani Gymnasij, eiusq; vniuersitatis ornandæ, & amplificandæ curam * meritò gerimus, vnde & ipsam vniuersitatē ab ære alieno XXII. millium scutorum & aliis pluribus oneribus subleuauimus, ac planè liberauimus. Itaque vt illius rationibus quamoptimè prospiciamus, Cardinales quinque eidem Gymnasio, & vniuersitati, illiusq; reformationi præficimus, quibus facultatem concedimus, vt cum opus fuerit, præclaros Theologiæ Magistros, Iurisconsultos egregios, & liberalium artium professores eximios vndecumque ad iuuentutem erudiendam euocent, qui morum integritate, eruditione, atque elegantia litterarum non minus præstent, quàm peritia, vsuq; docendi, assiduisq; prælectionibus iuuenes instruant, vtq; singulis scientiarum Magistris pro meritorum ratione, re tamen nobiscum, aut cum successoribus nostris participata, stipendium constituant. Insuper, cum in hac Alma Vrbe nostra singulari Dei beneficio inter alias discentium scholas Græcorum, Maronitarum, & Neophytorum, ingenti Pontificum liberalitate, atque munificentia, erecta sint collegia, congruisq; redditibus dotata, in quibus Sacra Theologia, liberalesq; artes Hebraicè, Græcè, Arabicè, & Chaldaicè edocentur, eisdem Cardinalibus iniungimus, vt horum Collegiorū Alumnos ad litterarum studia ardentiori animo complectenda, quod ad fidei Catholicæ propagationem, & litterarum ornamentum, & ingenia excolenda maximè pertinet, opportunè pro eorum pietate, & prudentia, omni adhibito studio, excitari curent. Denique cùm in præcipuis Christiani orbis partibus Sancta hæc Apostolica Sedes, vt pia mater, insignes quasdam vniuersitates, in quibus sacrarum litterarum, legum, & artium præstantissima studia florent, olim in tutelam, & clientelam receperit suam, nimirum Parisiensem, Oxoniensem, Bononiensem, Salamantinam, vt in eis scilicet ex Apostolicæ Sedis protectione bonarum artium studia, tanto maiori cum fructu excolerentur, nos & illas ipsas, & cæteras Catholicas Vniuersitates paterna beneuolentia complectentes, nec ipsam Oxoniensem (quantum in nobis est) deserentes, sed ex intimo animi affectu ad matris gremium, & ad viam salutis reuocantes, omnesq; intimo cordis affectu, & summa beneuolentia prosequentes, ac sub nostra, & Beati Petri Apostolorum Principis protectione iterum suscipientes, eidem Congregationi imponimus, vt earundem vniuersitatum, atque ad eas pertinentium negociorum apud Sedem Apostolicam curam gerat, illarumq; necessitates nobis, successoribusq; nostris ordine exponat, vt eis ex paterna charitate opem, & auxilium afferre valeamus, easq; interdū per litteras visitet, nostroq; nomine Catholicis viris Apostolicā benedictionem impertiatur, illisq; vt prospera cuncta eueniant, aliis verò spiritum consilij sanioris, à Deo optimo maximo deprecetur.

Prou. 19. & 29. Sap. 7. Oseæ 4. 2. Pet. 1.
* Eccl. 6. & 47. & 51. Isa. 11. 1. Cor. 8. & 13. 1. Tim. 6.
Prouer. 1. & 20. Eccl. 4. Sap. 6.
* Ierem. 1.
Institutio huius Congregationis, & quinque Card. deputatio.
Facultates & auctor. eiusdē Congregationis.
Ad materiam Studij Romani & Scholarium, vide supra Bonifacij viii. const. 2. fo. 33. vbi notaui.
2. Paralip. 20.

Huius Congregationis Cardinales hi sunt.

Prosper Sanctacrucius tituli sancti Clementis Presbyter Cardinalis.
Antonius Maria Saluiatus tituli sanctę Mariæ de Pace Presbyter Cardinalis.
Scipio Lancelottus tituli sancti Saluatoris in Lauro Presbyter Cardinalis.
Henricus Caetanus tituli sanctæ Pudentianę Presbyter Cardinalis, S.R.E. Camerarius.
Alexander Perettus sancti Eustachij Diaconus Cardinalis Montaltus.

Card. deputatorum nomina &c.

CONGREGATIO VNDECIMA
Pro Consultationibus Regularium.


NEC sanè minus de Regularium ordinibus soliciti sumus, qui Ecclesię Dei magnum adiumentum, atque ornamentum omni tempore prestiterunt; immo verò summoperè cupientes eorum salutaria studia, progressusq; ad pietatem promouere, qui è fluctibus sęculi in portum regularis vitę confugerunt: ob eam causam, vt remotis impedimentis, & inanibus contentionibus amputatis, sub suaui Religionis iugo, & suorum institutorum obseruantia, quietè viuant, gratumq; Altissimo famulatum exhibeant, Quinque alios Cardinales delegimus: quibus facultatem eoncedimus, vt Regularium Claustralium, Mendicantium, non Mendicantium, Hospitalariorum, & Militarium, possidentium, & non possidentium, cuiussis demùm ordinis sint, controuersiis, dubitationibus, consultationibusq; propositis respondeant: causas verò quas inter ipsos religiosos oriri contigerit, iuxta quarumcunque religionum instituta, eorumq; dispositionem superiores illorum definiant, atque terminent. Dum autem inter Episcopos & Regulares dubitationes inciderint, quę sub decretorum Concilij Tridentini dispositione, aut interpretatione comprehendantur, eas ad eandem Congregationẽ Concilij remittant: Audiant itidem, ac decidant prędicti Cardinales causas, & controuersias inter prędictos ordines vertentes, siue in vniuersum, siue ratione particularium locorũ, dummodo formam iudiciariam non requirant. Concedimus etiam, vt dictis Regularibus non ad laxiorem, nec ad parem, sed ad arctiorem Religionem transeundi ijs, quos feruore spiritus inecnsos ad perfectioris vitę statum transire velle constiterit, (non obstantibus quibuscunque prędecessorum nostrorum decretis) licentiã dare possint: Apostatarum quoque eiectorum, & pręterea extra Monasteria degentium, aut vagantium causas ijdem Cardinales audiant, & cognoscant, eosq; coercendi potestatem habeant. Curent pręterea visitationis Apostolicæ iussa, & constitutiones editas à Romanis Pontificibus circa ipsos Regulares exequendas, & in vsum introducendas. Prouideant insuper Regulares laudatę vitæ, zelo Dei, & salutis animarum, & prudentia spiritus prædītos, institutorumq; regularium ordinis, & laudabilium consuetudinnm peritissimos, qui (cum necessitas exegerit) Prouincias sui ordinis, & non alterius, receptis à nobis litteris ad omnipotentis Dei laudem, & locorum vtilitatem salubriter visitare valeãt. Sub nomine autem Regularium etiam Moniales cuiussis sint regulę, & obseruãtiæ comprehendi volumus. Omne denique studium Cardinales ipsi impendant, vt ab inferioribus erga superiores debita humilitas, & obedientia, ac vicissim à superioribus erga illos paterna beneuolentia in multa charitate & disciplina, in spiritu lenitatis adhibeatur, nevè dominentur inter fratres, sed Superiores ipsi Patres se esse meminerint. Postremò eosdẽ Cardinales quasi religiosorum omnium tutissimum perfugium esse volumus, vt eorum auctoritate, & auxilio recreati, stadium religiosæ vitæ, & regularis perfectionis sine impedimento strenuè percurrant.

Psal. 44. Eccl. 49. Ps. 106 Matth. 8. Pro. 20. Eccl. 51 Thre. 3. Matt. 11. Thess. 4. & 1. Timoth. 2.

Institutio huius Congregationis, Et quinque Card. deputatio: Hic idem Pont. aliàs deputauit sex Card. ad audien. Regulares vt sup. in eius cõst. 61 in pri. par. fol. 221.

Circa hæc decreta, vide Pau li iiii. cõst. 29. f. 610. vbi notaui.

Facultates & auctor. eiusdẽ Congregationis.

Gal. 6. Eccl. 31. Matth. 20. 1. Pet. 5. Luc. 22.

Huius Congregationis Cardinales hi sunt.

Card. deputatorum nomina &c.

Frater Michael Bonellus tt. S. Mariæ supra Mineruam Presbyter Cardinalis Alexandrinus.
Iulius Antonius Sanctorius tt. S. Bartholomæi in Insula Presbyter Cardinalis S. Seuerinæ.
Ioannes Antonius tt. Sanctorum Quatuor Coronatorum Presbyter Cardinalis.
Philippus Spinula tituli Sanctæ Sabinæ Presbyter Cardinalis.
Frater Constantius Sarnanus tt. Sancti Petri in Monte aureo Presbyter Cardinalis.

CONGREGATIO XII.
Pro Consultationibus Episcoporum, & aliorum Prælatorum.


ET nos quidem ex Apostolicæ seruitutis officio, omnibus Christifidelibus ad ędificationem debitores sumus, sed tamen præcipuo charitatis affectu, in CHRISTO complectimur Venerabiles fratres nostros Ecclesiarum Præsules, & Pastores, qui ex præcepto Apostoli vigilant, in omnibus laborant, ministeriumq; suum implent. Quare

Rom. 1. 2. Cor. 13. Galat. 6. Act. 20. Eph. 4. 2. Tim. 4.

Quare vt ab Apostolica Sede, à qua, tanquam à matre honorem, & iurisdictionem acceperunt, sibi (cum opus erit) auxilium, præsidiumq; paratũ esse intelligant, vt greges suos tanto fructuosius pascant, Quinq; itidem Cardinales præponimus Episcoporum, & aliorum Prælatorum consultationibus audiendis, quorum erit facultas, vt Patriarcharum, Primatum, Archiepiscoporum, Episcoporum, Prælatorum, & ordinariorum quorumcumq; etiam inferiorum (non tamen Regularium) petitiones audiant, propositisq; difficultatibus, quæstionibus, ac controuersijs, alijsq; super quibus consulti fuerint, etiam per litteras sedulò, humaniterq; respondeant, dubia, rationes, & causas Ecclesiarum, earumq; dignitatis, iurisdictionis, exemptionis, immunitatis iurium, priuilegiorum, & laudabiliũ consuetudinum conseruationem concernentes summariè cognoscant, atque tam ex partium petitione, quàm ex officio componant, prout honestum, opportunumq; eis videbitur. Causas item, & controuersias inter eosdem Prælatos de iurisdictione, aliavè de causa exortas, item inter capitula, aut obtinentes dignitates, ac inter quascunq; singulares personas, & vniuersitates, aut locorum in temporalibus Dominos, præter eas, quæ Concilij Tridentini interpretationem exigunt, vel ordinem iudiciarium re ipsa requirant, examinent, atque amicabiliter desuper transigere etiam per alios, (si ita consultum videbitur) etiam extra Diœcesum curent: Ac præterea ad Ecclesias visitandas vbiq; locorum in quibus Christiana viget religio, visitatores nobis præsentent, vt exemplo Beati Gregorij Magni, Sancti Leonis, & aliorum Summorum Pontificum prædecessorum nostrorum (cum in Domino expedire videbitur) destinare valeamus. Visitationis item formam illis præscribant, vt multo cum spirituali fructu, & fidelium ædificatione munus suum obeant, negociorũq; omnium tractationis modum assignent, ac negligentiam (si quando opus erit) emendent. Insuper (vbi necessitas exegerit) viros vsu, & doctrina idoneos, rectos, & timentes DEVM diligant, qui nostrarum litterarum auctoritate suffulti, Ecclesias vt Vicarij Apostolici regant. Deniq; eosdem Cardinales immunitatis Ecclesiarum defensores, ad tuendum ipsorum Prælatorum personas, res, & bona quæcunq; Ecclesiarum prædictarum, ab omnium iniurijs, atque oppressionibus aduersus quoscunq; quauis auctoritate præfulgentes constituimus.

1. Pet. 5.

Deputatio quinque Cardinalium pro hac Congregatione.

Facultates & auctor. eiusdẽ Congregationis.

1. Cor. 5. Act. 15

Dist. 61. c. Obitum, & c. Quoniam Festus, & 12. q. 2. c. Charitatem.

Huius Congregationis Cardinales hi sunt.

Nicolaus tituli sanctæ Praxedis Presbyter Cardinalis Senonensis.
Hieronymus Simoncellus tituli sanctæ Priscæ Presbyter Cardinalis.
Ioannes Baptista tituli sancti Marcelli Presbyter Cardinalis.
Iulius Cananius tituli sancti Eusebij Presbyter Cardinalis.
Scipio Gonzaga tituli sanctæ Mariæ de Populo Presbyter Cardinalis.

Card. deputatorum nomina &c.

CONGREGATIO XIII.
Pro Vijs, Pontibus, & Aquis curandis.



ET quoniam curæ, & cogitationes nostræ ita in communis boni procuratione defixæ sunt, vt dum grauiora maioraq; disponimus, eorum etiam, quę minora videntur, non obliuiscamur, considerantes, quòd ad Almæ Vrbis, locorumq; ditionis nostræ Ecclesiasticæ ornamentum, aeris salubritatem, ciuium, incolarumq; vtilitatem, ac ad Peregrinorum, iterq; agentium commoditatem, eorum præsertim, qui ad hanc Apostolicam Sedem, & Apostolorum limina, totq; sancta loca innumerabiliũ Martyrum sanguine consecrata piè visitanda concurrunt, permagni intersit Viarum, Pontium, & Aquarum curatio: Nos idcirco huic rei consulentes, Cardinales sex infranominatos deputauimus, quibus facultatem damus vias curandi, aperiendi, muniendi, dirigendi, factasq; tuendi, coarctatas dilatandi, veteres iam occupatas iterum in publicum vsum vindicandi, & redigendi: Pontes item tuendi, & vbi opus est, nouos extruendi, veteresq; ruinosos instaurãdi, & iam collapsos, si ita necessitas tulerit, reficiendi: Aquarum præterea curam gerendi, illarum præsertim, quas nos tanta impensa, & labore in Vrbem adduximus, illasq; certa mensura ad publicum vsum, commoditatemq; melius distri-

Act. 6.

Deputatio sex Card. pro hac Cõgregatione.

Hic idẽ Pont. alias deputauit Cõmissarium pro restauratione & conseruatione Pontium, Fontiũ, & Viarũ Status Ecclesiastici, vt sup. in eius const. 64. f. 234 in pr. par.

Facultates & authorit. eiusdem Congregationis. distribuendi, & vbi maiori Aquarum copia opus esse viderint, fontes Aquarum magis vberes vnde deduci possint, inuestigandi, deductiones, substructiones, castella, formas, Aquæductus, receptaculaq; earundem sarcta tecta conseruandi, omne impedimentum tollendi, Cameræ nostræ Apostolicæ Præsides, & ministros, quibus ea specialis cura data est, dirigendi, & ab contradictoribus protegendi, aliaq; in his necessaria, & opportuna exequendi. Si qua verò difficultas, aut causa tam contra domicellos, communitates, & vniuersitates, quàm contra quoscunque alios, etiam immunes, atque exemptos super his omnibus iam exorta sit, vel in posterum inciderit, eam omnem summariè sola facti veritate inspecta, ac re primum ad nos, & successores nostros relata, demum definiendi potestatem facimus. Qua facultate ijdem Cardinales ne dum in Alma Vrbe, verùm in vniuersa Ecclesiastica ditione temporali vti posse statuimus.

Huius Congregationis Cardinales hi sunt.

Card. deputatorum nomina &c.
Io. Hieronymus Albanus tituli sancti Ioannis ante portam Latinam Presbyter Cardinalis.
Hieronymus Simoncellus tituli sanctæ Priscæ Presbyter Cardinalis.
Iulius Cananius tituli sancti Eusebij Presbyter Cardinalis.
Philippus Spinula tituli sanctæ Sabinæ Presbyter Cardinalis.
Henricus Caetanus tituli sanctæ Pudentianæ Presbyter Cardinalis, S. R. E. Camerarius.
Franciscus Sfortia sancti Nicolai in Carcere Diaconus Cardinalis.

CONGREGATIO XIIII.
Pro Typographia Vaticana.



Aeterum, cum ex omni antiquitatis memoria notum sit, quantum semper detrimenti attulerint hæreticorum, aliorumq; veritatis hostium insidiæ, & doli sacris libris, Sanctorumq; Patrum monimentis multis modis corrumpendis, quam (1. Pet. 3.) tamq; hoc potissimùm sæculo animarum perniciem importauerint, eorundem librorum mendosæ impressiones, atque editiones impuro, & pestifero hæresum fermento, aliisq; (1. Cor. 5. Gal. 5. 2. Corint. 11. Rom. 12. 1. Tim. 6.) erroribus coinquinatæ, & corruptæ: Nos volentes pro nostra Pontificia solicitudine, vt hæc præclara & salutaris nostra hæreditas à maioribus accepta inuiolata conseruetur, nuper eius rei causa non mediocri nostra impensa Typographiam Vaticanam ereximus, (Institutio huius Congregationis.) nunc autem pro rei, & negocij grauitate infrascriptorum Cardinalium Congregationem statuimus, quibus imponimus, vt sacra Biblia Latinæ vulgatæ, Græcæ, & Hebraicæ editionis, decretales Epistolas, Concilia generalia, Sanctorum præcipuorum Ecclesiæ Doctorum opera, cæteros denique libros, quibus fidei Catholicæ doctrina, traditionesq; Ecclesiasticæ continentur, & explicantur quamemendatissimè curent imprimendos. Quare mandamus, vt vetustis manuscriptis, emendatisq; codicibus adbibitis, præsertim ex nobili, & optimis libris referta Pontificia Vaticana Bibliotheca, adiumento etiam, studio atque opera doctissimorum hominum ex omnibus Christiani orbis nationibus (Facultates & auctor. eiusdē Congregationis.) per nos aut successores nostros selectorum, qui linguarum peritissimi sint, libros imprimendos accuratè, diligenterque conferant, & recognoscant, vt eorum editio (quantum fieri poterit) integra, atque incorrupta prodeat. Si quæ verò grauiores dubitationes, & difficultates in veterum codicum auctoritate, librorum correctione, & emendatione inciderint (rebus prius in congregatione examinatis) ad nos referant, vt in lectionum varietate id quod orthodoxæ veritati maximè consonum erit, ex speciali Dei pri- (Matth. 16. Luc. 22.) uilegio huic sanctæ Sedi concesso, statuamus. Demùm eadem Congregatio Typographos, & librorum recognitioni Præfectos in quibusuis Christiani orbis Regnis, & Prouinciis admonebit, vt diligentem, opportunamque operam ad sua quæque officia fideliter atque integrè exequenda præstent, in librorumque huiusmodi editione accuratissimè versentur, & ad Vaticanæ impressionis præscriptum, ac normam omnino se conforment.

Huius

Huius Congregationis Cardinales hi sunt.

Antonius Carafa tituli sanctorum Ioannis & Pauli Presbyter Cardinalis.
Franciscus de Gioiosa tituli Sanctissimæ Trinitatis in Monte Pincio Presbyter Cardinalis.
Frater Constantius Sarnanus tituli Sancti Petri in Monte aureo Presbyter Cardinalis.
Scipio Gonzaga tituli Sanctæ Mariæ de Populo Presbyter Cardinalis.
Benedictus Iustinianus Sanctæ Agathæ Diaconus Cardinalis.

Card. deputatorum nomina &c.

CONGREGATIO DECIMAQVINTA
Pro Consultationibus negociorum Status Ecclesiastici.

DENIQVE cum valde consentaneum sit, vt qui longinquos, & externos in Domino complectimur, eorumq; negocia breuiter expediri curamus, domesticis, & propinquis, qui sub nostra, & Apostolicæ Sedis peculiari tutela sunt, hac quoque in re propensius consulamus: idcirco, vt fideles Ecclesiæ Romanæ filij ditioni nostræ temporali subiecti, ad varia negocia, causas, necessitatesq; suas proponēdas perfacilem aditum inueniant, remediumq; ex iustitiæ, & ęquitatis pręscripto, opportunè, celeriterque obtineant. Cardinales itidem quinque eorum cōsultationibus pręficimus, ac præponimus, quorum iuris sit, consultationes, dubitationes, querelas super causis ciuilibus, criminalibus, & mixtis ad forum sęculare dumtaxat spectantes, audire, illasq; inter se statis diebus conferre, quod ęquum esse, quodq; omnibus diligenter consideratis de maioris partis sententia expedire censuerint, statuere, & deliberare: iustitiam expeditè administrare, quę decreta, ac definita erunt, executioni tradi curare. Ipsisque facultatem concedimus, vt in omnibus negociis, & causis cuiuscunque generis illæ sint, etiam inter Fiscum & priuatum, & inter priuatos, Communitates, Vniuersitates, collegia, eorumq; Rectores, aut alios quoscunque etiam coram Ditionis Ecclesiasticæ Magistratibus, & Ministris introductis, & pendentibus quod iustum, & æquum videbitur, pręcipiant, causas ab eis, vbi id ius, & ratio postulauerit, auctoritate nostra auocent, aliisq; Iudicibus committant, Gubernatoribus, Prætoribus, cęterisque omnibus officia ex Sedis Apostolicæ auctoritate gerentibus, vt iussa, & imperata eius Congregationis exequantur, significent, impositas pœnas, siue mulctas, bonorum proscriptiones, seu confiscationes, corporis pœnas, etiam capitis, vltimiq; supplicij (nobis tamen prius de ea re consultis) moderentur & commutēt, ac eos qui in carcere erunt de loco ad locum, vbi id ita expedire iudicauerint, transferri mandent, cęteraq; pro iustitiæ conseruatione, subditorumq; nostrorum quiete, & tranquillitate deliberent, ac prouideant.

1.Tim.5.

Deputatio quinque Cardinalium pro hac Congregatione.

Facultates & auctor. eiusdē Congregationis.

Ad materiam istā habes eiusdē Pont. const. 4. sup. proxime fol. 19.

Huius Congregationis Cardinales hi sunt.

Dominicus Pinellus tituli sancti Laurentii in Pane & Perna Presbyter Cardinalis.
Hieronymus de Ruuere tituli sancti Petri ad Vincula Presbyter Cardinalis.
Antonius Maria Gallus tituli sanctæ Agnetis in Agone Presbyter Cardinalis Perusinus.
Alexander Perettus sancti Eustachij Diaconus Cardinalis Montaltus.
Benedictus Iustinianus sanctæ Agathæ Diaconus Cardinalis.

Card. deputatorum nomina &c.

DENIQVE, quò dictarum Congregationum expeditiones validæ existant, Cardinales in qualibet Congregatione non sint pauciores tribus: Ad iudiciorum verò confusionem euitandam, volumus, vt vnaquæque Congregatio, quando aliqua causa, quęstio, vel consultatio ad eam delata fuerit, diligenter perpendat, an ad ipsam propriè eius causę cognitio, & expeditio pertineat: & si ad se minimè spectare cognouerit: eandem ad iudices ordinarios, vel ad propriam Congregationem remittat. Itidem Cardinales dictarum congregationum proprios singillatim habeant Secretarios, ab eisdem liberè deputandos, & ad res, quæ in dies geruntur, annotandas, & in publicam formam, si opus fuerit, redigendas. Et quoniam diuinis oraculis admonemur, vbi multa consilia, ibi salutem adesse: eædem Congregationes pro earum arbitrio viros Sa-

Matth. 18.

Expeditiones in pdictis Congregationibus, fiendæ validæ existant, si tres saltim Card. adfuerint.

Prou. 11.

Secretariū habeat quælibet Congregatio, pro adnotatione gerēdorum in ea.

cræ

Congregationes aduocet in Coosultationibus pro eorum arbitrio Theologiæ, & I.v.p. 1. Corint. 10. 2. Corint.12. Sap.1. Exo.18. 1.Cor.6.& 10. Decretũ irritans.

cræ Theologiæ, Pontificij, Cæsareiq; iuris peritos, & rerum gerendarum vsu pollentes in consultationibus aduocent, atque adhibeant, vt causis, quæstionibus, & negociis quàm optimè discussis, quę Dei gloriæ, animarum saluti, & iustitiæ, atque æquitati consentanea maximè erunt, decernantur: grauiora verò quæcunque ad nos, vel successores nostros deferantur, vt quid secundum Deum expediat, eius gratia adiuuante, maturè statuamus, Sicque, & non aliter per quoscunque iudices ordinarios, & delegatos, etiam dictos Cardinales, ac causarum Palatij Apostolici Auditores, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, iudicari, & diffiniri debere, irritumque, & inane quicquid secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel

Clausulæ derogatoriæ.

ignoranter contigerit attentari, decernimus. Non obstantibus pręmissis, ac quibusuis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, priuilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis quibuscunque formulis illa sint concepta: Quibus omnibus, etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, aut quæuis alia expressio habenda esset, eorum tenores, ac si ad verbum insererentur, pręsentibus pro expressis, atque insertis habẽtes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, expresse, ac latissimè derogamus, cæterisq; contrariis quibuscunque.

1.Cor.4.Phil.1 Matt.16. 10.21. Prou.8. Hortatio ad Principes Christianos. Zach.9. 23. q. 5. c. Principes, & c. Administratores. 1.Reg.15.Matt. 18. Hebr.13. Monitioq; ad quascunq; Ecclesiasticas personas, vt in præmissis faueant & obediant. Matt.16.10.21.

Demùm per paternam nostram charitatem, & auctoritatem, quæ nobis à Christo Dominò data est, admonemus, & per ipsum, per quem Reges regnant, obtestamur charissimos in Christo filios nostros in Imperatorem electum, omnesq; Reges, ac dilectos filios nobiles viros Rerumpublicarum, aliosq; Duces, ac cęteros sęculares Principes, quos Deus in excelso loco constituit, & temporali potestate communiuit, vt fidei Catholicæ propugnatores, & defensores sint, de quorum pietate, & erga Apostolicam Sedem obseruantia, atque obedientia magnoperè in Domino confidimus, & quam etiam multis argumentis perspectam habemus: alios verò Ecclesiastica dignitate prędítos per hęc Apostolica scripta, ac per debitæ obedientiæ vinculum, statusq; sui sublimem conditionem, qua Deo arctius religati existunt, obstringimus, vt his nostris conatibus ad Dei laudem, fidei propagationem, fidelium commoditatem, & salutem assistant, ac auctoritatem, quæ Ecclesiæ Præsidibus in beati Petri persona à Christo Domino credita, & collata fuit, ad fidei Catholicæ exaltationem, & augmentum, prout ex eorum munere tenentur, nosq; eos piè facturos speramus, tueantur, & defendant: ac operam dent, studiumq; demum omne conferant, vt eadem auctoritas Ecclesiastica omnino illæsa conseruetur, ac Ecclesię Dei ministris opem, & auxi-

Dist.63.c.Tibi domino.& dist. 97.c.Ecclesiæ, & Clem.Vnica de iureiur.

lium in his omnibus impendant, & de Sede Apostolica, ex sua, maiorumq; suorum pietate, benemereri non desinant, memores se in susceptione Imperialis, ac Regij diadematis, & Principatus ad id pręcęteris deuinctos esse, vt inde in hac mortali vita felicitatem, nostramq; & Sedis eiusdem benignitatem, ac gratiam vberius valeant promereri: post exactum verò mortalis huius vitæ curriculum, à Deo æternam gloriam, & beatitu-

Rom.2. 1.Pet. 5.

dinem consequantur. Quòd si secus ab eorum aliquo (quod minimè credimus) factum erit, diuinam iram, donec sub potenti manu Dei humilientur, qui tarditatem pœnę supplicij interdum grauitate compensat, se minimè effugere posse certò sciant. Vt autem hę nostrę litterę quamprimum vbique locorum, & gentium innotescant, quas inter alias

Hæc cõstitutio sit perpetua, & inter Apostolicas constitutiones annumeretur.

Apostolicas, perpetuasq; Constitutiones annumeramus, illas publicis in locis de more affigi, earumq; exemplis, vel etiam impressis sigillo obsignatę alicuius personæ Ecclesiastica dignitate præditæ, ac quibus Notarius publicus subscripserit, eandem fidem haberi volumus, quæ his exhibitis maxima cum reuerentia omnino esset adhibenda. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum decretorum, constitutionum, assignationis, dationis, attributionis, confirmationum, corroborationis, statutorum, approbationis, declarationis, delectionum, præfectionum, tributionis, permissionis, reseruationis, impartitionis, institutionis, concessionum, iniunctionis, impositionis, voluntatũ, mandati, præpositionis, derogationis, admonitionis, obtestationis, obstrictionis, & annumerationis infringere, vel ei ausu temerario cõtraire. Si quis autẽ hoc attẽtare pręsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Dat. Romę apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ, M. D. LXXXVII. XI. Kal. Febr. Pontificatus nostri Anno Tertio.

Anno

Anno à Natiuitate Domini, Millesimo quingentesimo octuagesimo octauo, Indictione prima, die vero Mercurii vigesima tertia mensis Martii, Pontificatus sanctissimi in Christo Patris, & Domini Nostri Domini Sixti diuina prouidentia Papæ V. Anno eius tertio. Retroscriptæ litteræ Apostolicæ, affixæ, lectæ, & publicatæ fuerunt in valuis, seu portis sancti Ioannis Lateranen. & sancti Petri Principis Apostolorum de Vrbe, necnon Cancellariæ Apostolicæ, & aciei Campi Floræ, & per aliquod temporis spatium dimissæ, per nos Io. Baptistam Bagni, & Hieron. Lutium sanctissimi Domini Nostri Papæ Cursores. Publicatio.

Alex. Parabiacus Magister Curs.

VIII.

Prohibitio ad arma ex quibusuis causis, præter hic exceptis, conuocandi, armatorumq; manus, siue cœtus, & conuentus, aut caualcatas, adunatasq; faciendi, à quibuscunque Vniuersitatibus, & personis, quacunque dignitate etiam Ecclesiastica fungentibus ditioni S. R. E. mediatè & immediatè subiectis.

Consonat constitutio Pauli II. Sixti IIII. & aliorum, quos in eiusdem Pauli II. const. 5. fol. 90. indicaui.



SIXTVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuã rei memoriã. Dvm pro communi totius gregis Dominici salute, fidei nostræ diuinitus crediti, solicitis studiis inuigilamus, eam quasi peculiarem, & priuatam populorum nostro, & Sanctæ Rom. Ecclesiæ, cui Deo auctore præsidemus, temporali Dominio subiectorum curam suscipimus, vt in quibuscunque eiusdem Dominij Prouincijs, Ciuitatibus, Oppidis; & locis, armorum, tumultuum, & seditionum turba & strepitus conquiescat; ac inde omnis iniuria, & violentię terror propulsetur, atque facinorosorum hominum audacia, & immanitate compressa, securitas, quies & tranquillitas, perpetuò vigeat & conseruetur. Est enim rationi consentaneum, vt sedes Apostolica, quæ cunctis mortalibus iustitiam ministrat, suos præcipuè Subditos in officio contineat: & cuius auctoritas ab ipso Domino constituta apud omnes etiam exteras gentes, ac nationes sacrosancta, & inuiolabilis permanet, debitam obedientiam, & reuerentiam, quam summi Reges, & Principes ei præstant, magis ab ijs exigat, qui ipsius regimini in temporalibus subiecti, neminem alium Principem, prẹter Romanum Pontificem agnoscunt; vt quę denique vniuersos fideles subleuare solet, hos potissimum in suam tutelam specialiter receptos, ab omni iniuria vindicet, atque illæsos defendat, & tueatur. Quare nos considerantes primùm quidem in quantas rerum perturbationes, in quam intolerabilem perditorum, & sceleratorum hominum licentiam noster Pontificatus sui initio inciderit, vel ad eas potius fuerit diuina prouidentia reseruatus: deinde verò quàm benignè fauerit cœptis nostris diuina maiestas, quàm facilè non obscura Dei omnipotentis voluntate hæc, qua fruimur, quies & tranquillitas sit consecuta; nunquam cessamus quantas maximas animus noster capere potest eidem diuinæ bonitati, in qua sola confidimus, gratias agere: & ne in aliquo pastoralis nostri officij partes desiderentur, his quasi fundamentis constituendæ Reipublicæ præclarè iactis, nouis eam prẹsidijs in dies magis, ac magis confirmare, & cõmunire studemus. Cum igitur inter alios, qui in temporali statu nostro Ecclesiastico irrepserant, quosque à nobis magna ex parte sublatos omnino abolere nitimur, prauos abusus, ille sit maximè damnabilis, vt Barones, Domicelli, aut Communitates, vel Vniuersitates, aut Magistratus Ciuitatum, Oppidorum, Terrarum, Castrorum, & locorum prẹdictę Rom. Ecclesiæ temporali ditioni subiectorum, sub prẹtextu recuperandæ, siue manutenendæ, aut adipiscendę possessionis bonorum immobilium, finium seu terminorum, & limitum territorij, vel agrorum, quæ ad se legitimè pertinere prætendunt, dum se ius suum tueri, aut consequi velle, & bona sua ab illicitis detentoribus, vel occupatoribus Causæ huius prohibitionis.

ribus vendicare profitentur, ad arma populos conuocare, & incitare, tumultus facere, & commouere, armatorum hominum copias cogere non dubitent: ex quibus postmodùm quandoque contingit, vt commotis seditionibus auxilium facinorosorum, seu etiam bannitorum euocent, imbecilliores per iniuriã opprimant, agros vastent, aliena rapiant, & inuadant, pacificos possessores expellant, quietem publicam perturbent, in Dei offensam, animarum perniciem, & scandalum plurimorum: Nos attendentes ad hoc potissimùm sanctę huius Sedis potestatem, & auctoritatem in supremo iustitiæ throno, Deo disponente, collocatam, & viribus ad regendos subditos necessariis fuisse satis instructã & roboratam, vt per Romanum Pontificem illi præsidentem cunctis æqua lance ius suũ sine aliqua perturbatione tribuatur: ideoq; minimè ferendum, vt quis temerè, vel vi adhibita, ius sibi dicat, sed magis talem improbitatem, & audaciam, legum seueritate, & grauioribus pœnis propositis compescendam & coercendam esse censentes, habita cum Venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus deliberatione matura, & eorum consilio pariter & assensu, hac nostra perpetuò valitura constitutione districtè interdicimus, & prohibemus vniuersis & singulis Ducibus, Principibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, & Domicellis quacunque etiam Ecclesiastica dignitate fungentibus; necnon Vicariis, Feudatarijs, armorum Ductoribus, Capitaneis, Magistratibus, Communitatibus, Vniuersitatibus, & Officialibus, ac aliis personis Ciuitatum, Oppidorum, Terrarum, Castrorum, & aliorum quorumcunque locorum ipsi Romanæ Ecclesię mediatè, vel immediatè in temporalibus subiectorum, cuiuscunque status, gradus, & conditionis existentibus, ne posthac quisquam eorum propter prædictas, vel alias etiam vrgentiores, & vrgentissimas etiam consuetudine permissas causas, etiamsi ab alijs prouocati & lacessiti fuerint, etiam propter & aduersus huiusmodi manifestas iniurias, aut recuperandæ, vel adipiscendę possessionis, seu quasi, Dominiorum, Statuum, Feudorum, prędiorum, agrorum, finium, limitum & terminorum, ac quorumcunq; iurium, & bonorum ad eos, vel ad Ecclesias, Monasteria, Hospitalia de eorum iure patronatus, seu pręsentandi, aut sub ipsorum cura, administratione, vel protectione recepta quomodolibet pertinentium, siue violenter aut de facto recuperatæ, vel adeptæ, retinendæ & tuendæ, vel alio quouis prętextu, aut quęsito colore, vel ingenio, militum copias cogere, comparare vel ducere; Nèue populos, vel singillatim singulares personas publicè, aut priuatim, palàm vel occultè ad arma, vt dictum est, conuocare, conclamare, concitare, neque armatorum manus, cœtus, conuentus, seu illicitas & tumultuosas collectas, vel etiam, vt vocant, caualcatas, vel adunatas facere, vel insimul congregare, aut aliquid huiusmodi per se, vel per alium moliri, aut machinari audeat, vel præsumat. Quare his pręsentibus monemus, tam dictos Duces & reliquos, quàm Communitates, ac Vniuersitates, quæ super possessione, seu quasi, aut super finibus, limitibus seu terminis territorij, vel agrorum, aut aliis huiusmodi rebus, aliquas inter se lites, vel controuersias habent, vt si illas extraiudicialiter, aut amicabiliter componere, seu super eis transigere cōmodè nequeunt, easdem in iudicium deducant siue deductas prosequantur; & donec legum, ac iudicum auctoritate, illę definiantur, seu iustitiæ complementum sibi ministretur, æquo animo ferant, & expectent. Cęterum quoniam interdum aliqua vrget occasio armatos homines colligendi, id tantùm permittimus & concedimus in casibus infrascriptis, nempe vt prędicti Duces, & alij prædicti Communitates, & Vniuersitates, suas Ciuitates, Oppida, Terras, Castra, Domos, Villas, Dominia, loca & territoria à grassatoribus viarum, latronibus, sicariis & bannitis, aliisq; similibus notoriis delinquentibus defendant, dum ab ipsis actu infestantur; vel vt secura & expurgata custodiant, reosve capiant & apprehendant, vel captos & apprehensos Gubernatoribus, Potestatibus, Iudicibus, aliisve Magistratibus, & Officialibus tradant; siue vt Curiæ ministris, aduersus tales facinorosos auxilium & opem impendant, iuxta constitutionem nostram aliàs super hoc editam; vel si ad tuenda, & propugnanda loca maritima, tam in Tyrrheni quàm Adriatici maris littore periculosis temporibus aduersus Turcas, & piratas; vel aliàs ex nostro, vel nostrorum successorum Romanorum Pontificum præcepto, ad arma eos concurrere contigerit. Sed & si quis alius eiusmodi casus ingruat, qui similiter armatorum auxilium deposcere videatur, nouerint nos, aut pro tempore existentem Romanum Ponti-

Prohibitio cōuocādi ad Arma & Caualcatas, seu adunatas faciēdi, per quascunq; Vniuersitates, seu personas quacunque dignitate fungētes, S.R.E mediate & immediate subiectas, in quibuscunque casibus, præter infra exceptis.

Casus excepti a d. prohibitione.

Pontificem quamprimùm consulendos esse, à quibus, aut promptum subsidium, aut licentiam super præmissis citius impetrabunt. Si verò necessitas adeo vrgeat, aut impellat, vt ad nos, aut ad successores nostros prædictos in tẽpore, vel opportunè recurri nõ possit; tunc Prouinciarum, Ciuitatum, Oppidorum, Terrarum, & locorum Pręsides, Gubernatores, Locatenentes, & Officiales à nobis & Sede Apostolica deputatos adeant, eisq; huiusmodi necessitatis causas exponant, ac ab ipsis arma sumendi licentiam obtineant; ita vt tales armatorum collectas, de alicuius ex superioribus pręd ictis permissu, vel auctoritate factas fuisse manifestò constet. Quòd siquis contra pręsentem nostram prohibitionem & interdictum directè, vel indirectè quicquam attentare, aut aliis mandare, vel trãsgressoribus adhęrere, vel fauere pręsimpserit, cum si Dux, Princeps, Marchio, Comes, Baro, Domicellus, Vicarius, Feudatarius, aut quæuis alia singularis persona extiterit, læsæ maiestatis reatum verum ac nulla iuris, aut hominis fictione confictũ crimen incurrisse, & eiusdem Romanę Ecclesię rebellem, omnibusq; & singulis priuilegiis, gratiis, libertatibus, indultis, exemptionibus, immunitatibus, realibus, personalibus & mistis, necnon Ducatibus, Principatibus, Marchionatibus, Comitatibus, Ciuitatibus, Oppidis, Terris, Castris, Dominiis, Vicariatibus, Guberniis, locis, iurisdictionibus, dignitatibus etiam Ecclesiasticis, honoribus, iuribus, officiis ac beneficiis, quorum per infrascriptam priuationem vacantium collatio, prouisio & omnimoda dispositio nobis & Apostolicæ Sedis perpetuò reseruata sit & esse censeatur; ita vt de illis per alium, quàm per nos, aut pro tempore existentem Romanum Pontificem disponi nullo modo possit, aut debeat: necnon pensionibus & fructibus Ecclesiasticis, ac etiam quibuscunq; feudis & concessionibus, quæ à Romana prædicta, & aliis quibuscunq; Ecclesijs obtinet, & in futurũ obtinebit, cæterisq; omnibus in Sedis Apostolicæ temporali Dominio possessis immobilibus, mobilibus & se mouentibus, bonis, iuribus & actionibus eo ipso priuatum, ipsumque, & illius filios ad illa & quælibet alia in posterum obtinenda, acquoscunque actus legitimos exercendos inhabiles & indignos fore, & esse. Ac præterea à dicto Statu Ecclesiastico vniuerso vnà cum sua familia perpetui exilij pœna damnari debere, domosque, ædificia, arces & fortalitia eiusdem demoliendа, & solo æquanda, seu aliis Cameræ Apostolicæ iuribus ascribenda esse, nec illis portam vllius dignitatis Ecclesiasticæ, vel mundanæ vnquam patere statuimus, decernimus, & declaramus. Insuper Vassallos, Custodes, Vicarios, Capitaneos, Potestates, officiales, populos & subditos eorundem à fidelitatis iuramento, ac homagij & quocunque alio iure, quo ipsis quomodolibet adstricti fuerint, ex nunc penitus absoluimus, & liberamus: Ducatus vero, Dominia, Vicariatus, Gubernia, feuda, ciuitates, oppida, terras, castra & loca, cæteraq; bona prædicta, necnon iura & actiones cum fructibus, redditibus, prouentibus, & emolumentis eorundem Fisco nostro & Cameræ prædictæ ipso facto, & absque aliqua declaratione, etiam in præiudicium filiorum & aliorum descendentium in inuestituris, concessionibus, seu aliis dispositionibus comprehensorum, in omnibus & per omnia perinde ac si per lapsum temporis illorum concessionis, & finitam lineam ad ipsam Cameram deuoluta essent, confiscamus & applicamus. Sinautem Communitates, & Vniuersitates in præmissis communi consilio deliquerint, eas omnibus & quibuscunque Castris, Villis & iurisdictionibus, ac communibus bonis, rebus, & iuribus ad illas pertinentibus, priuilegiis immunitatibus, exemptionibus, libertatibus, & indultis eis quomodolibet concessis similiter priuamus, priuatasq; declaramus, ac dicta Castra, Villas, ac iurisdictiones, bona, res, & iura similiter Fisco & Cameræ prædictis applicamus & appropriamus. Statuentes etiam contra principales auctores & particulariter delinquentes tanquam dicti criminis læsæ maiestatis reos, vt præfertur, procedi debere. Et nihilominus omnem & quamcunque possessionem, seu quasi sic de facto contra præsentem nostram constitutionem cum manu, seu collecta armatorum hominum in futurum pro tempore apprehensam, vsurpatam, detentam vel occupatam siue adipiscendo, siue taliter adeptam retinendo, siue recupetando, omnesq; actus possesorios vel quasi quomodolibet factos, necnõ super illis confecta instrumenta, rogitus & alia acta & inde secuta quęcũque annullamus, irritamus & viribus euacuamus, necnon penitus cassamus, & abolemus, ac pro irritis, nullis & infectis, & merè attentatis habenda, nulliusq; roboris, vel momenti esse, ac

Pœna Contrauenientium.

G 2 nullum

nullum inde ius, nullamq; actionem cuiquam de nouo acquiri, nasci aut competere, neque postmodum lapsu temporis etiam longissimi ex huiusmodi possessione ab initio, vt praefertur, vitiosa, vllam praescriptionem sequi, aut cuiquam vllo tempore suffragari posse. Quinimò praedictis delinquentibus amotis & expulsis, priorem possessorem in primis & ante omnia in suam pristinam possessionem seu quasi, restituendum & plenariè reintegrandum, & donec & quousque cui illa de iure competat legitimè decernatur, manutenendum esse, eosdemq; delinquentes ad damna, expensas & quicquid interest parti laesę reficienda & resarcienda teneri & efficaciter obligatos existere, ac ad id cogi, & compelli. Super pręmissis verò omnibus & singulis per accusationem, delationem, inquisitionē, & quouis alio meliori modo, tam ad partis & fisci instantiam, quàm ex mero officio Ciuiliter & criminaliter, aut mistim procedi posse. Sicq; per quoscunque Iudices ordinarios & delegatos quauis auctoritate fungentes, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, & S.R.E. Cardinales, sublata eis & eorum cuilibet aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate vbique iudicari, & definiri debere, ac quicquid secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter attentari contigerit, irritum & inane pariter decernimus, & declaramus. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, statutisq; & consuetudinibus quarumuis Prouinciarum, Ciuitatum, Oppidorum, Terrarum, Castrorum & locorum, necnon priuilegiis, indultis & litteris Apostolicis ac inuestituris, & concessionibus praedictis quoquomodo factis, concessis, approbatis, & innouatis. Quibus omnibus, eorum tenores praesentibus pro sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter & expressè derogamus, caeterisq; contrariis quibuscunque. Volumus autem, vt eaedem praesentes ad valuas Lateranen. & Principis Apostolorum de Vrbe Basilicarū, & in acie Campi Florae de more affigatur, & illis detractis transumpta inibi affixa relinquantur, factaq; huiusmodi publicatione hic in Vrbe, & eius districtu post quindecim, alibi verò post triginta dies, quoscunque perinde arctent, & afficiant, ac si eorum vnicuique personaliter intimatae fuissent. Sed & quò facilius possint ad vniuersorum notitiam peruenire, mandamus omnibus & singulis Vicelegatis, Praesidentibus & Gubernatoribus Prouinciarum, & Ciuitatum quarumcunque dictae nostrae ditionis Ecclesiasticae, vt in sua quisque residentia, Ciuitatibus, Oppidis, Terris & Castris sibi beneuisis curent easdem nostras litteras in locis consuetis de more publicari. Et quia difficile foret illas ad eorum quemlibet & ad singula loca vbi opus erit deferre, decernimus transumptis ipsis etiam impressis, Notarij publici manu subscriptis, & sigillo alicuius personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis, in iudicio & extra illud, vbique eandem fidem adhibendam esse, quae ipsis originalibus adhiberetur si essent exhibitae vel ostensae. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum interdicti, prohibitionis, monitionis, permissionis, concessionis, statutorum, decretorum, declarationum, absolutionis, liberationis, confiscationis, applicationum, appropriationis, annullationis, irritationis, euacuationis, cassationis, abolitionis, derogationis, voluntatis, & mandati infringere, vel ei ausu temerario contraire, Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romę apud S. Petrum, Anno incarnationis Dominicae Millesimo quingentesimo octuagesimoseptimo, XI. Kal. Martias. Pontificatus nostri Anno Tertio.

Decretum irritans.

Clausulae derogatoriae.

Forma & effectus publicationis huius constitutionis.

✠ Ego Sixtus Catholicae Ecclesiae Episcopus subscripsi.

✠ Ego A. Card. Farnesius Episc. Ostień. Vicecancellarius.

✠ Ego Io. Antonius Episcopus Portueń. Card. S. Georgij.

✠ Ego Alphonsus Card. Gesualdus Episcopus Tusculanus.

✠ Ego Innic. Aualos Card. de Arag. Episcopus Sabinen.

✠ Ego Marcus Ant. Card. Columna Episcopus Praenest.

✠ Ego Ptolemaeus Card. Comensis Episcopus Albaneń.

Ego

✠

✠ Ego Marcus Siticus Card. ab Altaemps tit. S. Mariæ Transtiberim.

✠ Ego P. Card. Sanctacrucius tit. Sancti Clementis.

✠ Ego Gabr. Card. Paleottus tit. S. Laurentij in Lucina.

✠ F. Michael Bonellus Cardinalis Alexandrinus, tit. S. Mariæ supra Mineruam.

✠ Ego Ludouicus tituli S. Anastasiæ presbyter Card.

✠ Ego Nic. de Pelleue tt. S. Praxedis Cardinalis Senonen.

✠ Iul. Ant. tt. S. Bartholomæi in Insula, Presb. Card. Sanctæ Seuerinæ.

✠ Ego Hieronymus Card. Rusticucius tt. S. Susannę.

✠ Ego Io. Hieronymus Card. Albanus, tt. S. Io. ante portam Latinam.

✠ Ego Hieronymus Card. Simoncellus, tt. S. Priscæ.

✠

✠ Ego Petrus Card. Deza tt. S. Hieronymi Illyric.

✠

✠

✠

✠ Ant. tt. SS. Io. & Pauli Presb. Card. Carafa.

✠ Ego Io. Ant. Card. SS. Quatuor.

✠ Ego Io. Baptista Card. Sancti Marcelli.

✠

✠

✠

✠ Ego Franc. Card. de Ioyeuse, tit. Sanctiss. Trinitatis in Monte Pincio.

✠ Ego Iulius Cardinalis Cananus, tituli S. Eusebij.

✠ Ego Nicolaus Card. Cremonen. tit. Sanctæ Cæciliæ.

✠ Ego Antonius Maria Card. Saluiatus, tit. S. Mariæ de Pace.

✠ Ego Augustinus Card. Veron. tit. Sancti Marci.

✠ Ego Vincentius, tit. S. Mariæ in Via Card. Montis Regalis.

✠ Ego Philippus Cardinalis Spinula, tit. S. Sabinæ.

✠

✠

✠ Ego Scipio, tit. S. Saluatoris in Lauro Presbyter Card. Lancellottus.

✠ Ego Vincentius Card. Gonzaga, tit. S. Alexij.

✠ Ego Henricus Card. Caetanus, tit. S. Pudentianę S. R. E. Camerarius.

✠ Ego Io. Baptista Card. Castrucius, tit. S. Mariæ in Ara cęli.

✠ Ego Federicus Card. Cornelius, tit. S. Steph. in Monte Cælio.

✠

✠ Ego Dominicus, tit. S. Laurentij Card. Pinellus.

✠ Ego Hippol. Card. Aldobrandinus, tit. S. Pancratij Maior Pęnitent.

✠ Ego Hieronymus tt. S. Petri ad Vincula Card. de Ruuere.

✠ Ego Philippus Card. de Lenoncourt, tit. S. Honuphrij.

✠ Ego Fr. Hieronymus Card. Asculan. tit. S. Tho. in Parione.

✠ Ego Antonius Maria, tit. S. Agnetis in Agone Cardinalis Perusinus.

✠ Ego F. Constantius Card. Sarnanus, tit. S. Petri in Monte aureo.

✠ Ego G. Card. Alanus, tituli S. Martini in Montibus.

✠ Ego Scipio, tituli S. Marię de Populo Cardinalis Gonzaga.

✠ Ego Antonius, tituli S. Vitalis Cardinalis Saulius.

✠ Ego Euāgelista, tt. S. Matthæi in Merulana Presb. Card. Cusent.

✠

✠ Ego F. Stephanus, tt. SS. Marcellini, & Petri Presb. Card. Aretinus.

✠

✠

✠

✠ Ego F. Cardinalis Sfortia, Diac. S. Nicolai in Carcere.

✠

✠ Ego A. Cardin. Montaltus, Diaconus S. Eustachij.

✠ Ego Hieronymus S. Mariæ in Cosmedin, Diaconus Card. Matthæius.

✠ Ego Benedictus S. Agathæ, Diaconus Card. Iustinianus.

✠ Ego Ascanius SS. Viti, & Modesti, Diaconus Card. Columna.

✠ Ego Federicus S. Mariæ in Domnica, Diaconus Card. Borromæus.

Anno

Anno à Natiuitate Domini, Millesimo quingentesimo octuagesimo octauo, Indictione prima, die vero Veneris, vndecima Mensis Martij, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Nostri Domini Sixti diuina prouidentia Papę V. Anno eius Tertio. Retroscriptæ litteræ Apostolicæ, affixæ, lectæ, & publicatæ fuerunt in valuis, seu portis S. Ioannis Lateranen. & S. Petri Principis Apostolorū de Vrbe, necnon Cancellariæ Apostolicæ, & aciei Campi Floræ, & per aliquod temporis spatium dimissæ, per nos Io. Baptistam Bagni, & Io. Burlurault, S.D.N. Papæ Curs.

Alex. Parabiacus Magister Curs.

IX.

Erectio Officij Quatuordecim Magistrorum Viarum Almę Vrbis, cum stipendiorum assignatione, indultorūq; & priuilegiorum confirmatione.

Erant olim Tresdecim Vrbis Regiones: sed hic idem Pont. aliam Regionem Burgi adiunxit; ideo Quatuordecim Magistros Viarum creauit, Vt quisque suæ Regionis peculiarem curam gerat.

Circa Iurisd. Magistrorum Viarum, habes Mart. V. & aliorum multorum Pont. varias constitutiones quas indicaui in Greg. XIII. constit. 25. fol. 1222.



SIXTVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuā rei memoriā. EXTAT conditio Vrbis nostræ, ad quam de vniuersis Orbis Prouincijs frequens & assiduus hominum est accessus, non minus in ædificiorum amplitudine & excellentia, ac viarum & platearum munditia, ac locorum serenitate, quàm insignium Virorum numero nostrę prouisionis ope in dies pręclarior, & illustrior fiat, eorum curam sollicitudinemq; egregiorum Ciuium prudentiæ libenter cōmittimus, qui sciant, velint & valeant id muneris diligenter obire, & feliciter gubernare. Cum itaque sicut accepimus, in his Tredecim, & quas nos nuper ad ipsius Burgi amplitudinem ereximus, & instituimus reliqua Burgi nostri sancti Petri amplissimis dictę Vrbis Regionibus sępe numero ad illius ornatum & decorem, aeris salubritatem, & habitantium commoditatem, nonnullas antiquas dirui, alias in meliorem formam reduci, alias quoque domos pendentes & interruptas attolli, vias & plateas sterni, ac mundas teneri, multaq; id genus similia quotidie fieri conueniat. Nos attendentes duos ad pręsens existentes ædiles seu Magistros Viarum huic muneri obeundo minimè sufficere, deliberauimus singulis Regionibus prędictis singulos ędiles pręficere, qui suę cuiusque Regionis peculiarem curam gerentes, ipsam Regionem sartam, stratamq; & mundam tenere, aliaq; desuper necessaria & opportuna facere possint, Motuq; proprio non ad alicuius nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa nostra scientia, & de Apostolicę potestatis plenitudine omnia, & singula priuilegia, indulta, & facultates eligendi, seu deputandi duos ædiles, aut Magistros Viarum dictę Vrbis ad tempus, vel aliàs quoquomodo Dilectis filiis Populo Romano per nos, seu Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac Sedem Apost. quibuscunq; verborum formis, & tenoribus etiam ex causa, seu titulo oneroso, aut aliàs hactenus concessa, vel pluries approbata, & innouata necnon quascunque concessiones, prouisiones, electiones, seu deputationes per ipsum Populum, aut etiam per nos de dictis duobus modernis Magistris Viarum factas, harum serie abrogamus, & reuocamus, illosq; & eorum alterum ab huiusmodi officijs omnino destituimus, & amouemus, Necnon Quattuordecim officia pro quattuordecim ędilibus seu Magistris Viarum dictę Vrbis, qui viarum, platearum, & locorum aliorum, tam publicorum quàm priuatorum, necnon ędificiorum, parietum, lignorum, bancorum, tectorum, tabulatuum, apothecarum, aquarum decursuum, canalium, meatuum, cloacarum, ac suę cuiusque Regionis peculiarem curam & administrationem habeant, ac sollicitè, fideliter & prudenter gerant, quiq; ad annum à die concessionis, seu deputationis computandum huic muneri dumtaxat incumbant Apostolica auctoritate, tenore pręsentium perpetuò erigimus & instituimus. Vt autem quilibet

[margin: Causæ erectionis huius officij.]

[margin: Erectio officii quatuordecim Magistrorum Viarū Vrbis.]

quilibet suo muneri eò libentius, ac diligentius correspondeant, pro mercede & stipendio duodecim ex dictis magistris quinque, aliorum verò duorum, qui vt infra dicetur Iudices erunt, decem scuta pro quolibet singulo mense realiter & cum effectu, & absque vlla prorsus dilatione persoluenda super fructibus, redditibus & prouentibus Gabellæ Studij dictæ Vrbis etiam perpetuò constituimus & assignamus.

Assignatio stipendiorum pro dictis magistris super emolumetis gabellæ Studii.

Mandantes propterea depositario dictę gabellæ, ac alijs ad quos id spectat, seu in futurum spectabit, quatenus vnicuique magistro prędicto suum salarium seu mercedem, vt præfertur debitam persolui at & persolui curet. Necnon quæcunque huius magistratus statuta, & ordinationes, necnon priuilegia, & indulta illi per quoscunque Romanos Pontifices prędecessores nostros quomodolibet concessa, & innouata, & in illis contenta quęcunque similiter perpetuò approbantes & confirmantes, illisq; inhærentes, & illa declarantes volumus & ordinamus, quòd iuxta facultates eidem magistratui per quoscunque Pontifices prædictos concessas in omnibus & singulis causis, litibus, differentiis, quęstionibus, & controuersiis, ac in singulis aliis rebus ad eorumdem Quatuordecim Magistrorum Viarum iurisdictionem & officium tam occasione iuris congrui, & alia quacunque de causa ex forma statutorum & priuilegiorum prędictorum, quàm de consuetudine, aut aliàs quomodolibet spectantibus, & inter quascunque personas tam laicos quàm clericos, & religiosos, etiam collegia, & vniuersitates, Ecclesias, Monasteria, & loca pia quęcunque vertentibus iuxta facultates eis per Romanos Pontifices prędecessores nostros concessas cum omnibus, & singulis suis incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis & connexis, ac toto negotio principali, videlicet, quę iuris tantum, duo Magistri ex corpore dictorum quatuordecim, & ab ipsis singulo quoque anno per Fabas coram dilecto filio nostro moderno & pro tempore existente S.R.E. Camerario, eligendi: quæ verò iuris & facti, pariter dicti duo cum interuentu tamen Magistri illius Regionis, in qua controuersia nascetur: quæ verò facti dumtaxat erunt, incumbent muneri solius magistri illius Regionis, salua semper iurisdictione, & superintendentia prędicti Camerarij, & Præsidentis Clerici Cameræ Apostolicæ ad hoc pro tempore deputati ad quorumcumq; petitionem, seu querelam, vel denunciationem, aut etiam ex eorum mero officio non solũ summariè, simpliciter & de plano per solam locorum inspectionem, testibus etiam in locis ipsis examinatis, sed etiam per viam præceptorum & mandatorum pœnalium, prout hactenus facere consueuerunt, procedere, & contra talibus præceptis contrauenientes, & inobedientes ad executionem mulctarum & pœnarum in eis comminatarum deueni-re, pœnasq; ipsas in publicos, & prout hactenus eis per facultates huiusmodi concessum extitit, & non in alios vsus distribuere possint & valeant, prout latius in bannimentis auctoritate Camerarij nostri emanandis continebitur & explicabitur.

Confirmatio omnium priuilegioru eisdē Magistris a p̄decessorib' cōcessorum.

Quo ad ista priuilegia & facultates dictorum Mag. vide Martinũ V. & aliorũ Pont. varias cōstitutiones, quas indicaui in Greg. xiii. const. 25. fol. 1212.

Declaratio circa exercitiũ iurisdictionis eorundem Magistrorum.

Præseruatio iurisdictionis illustriss. Camerarii & Præsidentis Clerici Cam. Apost. super præmissis. De hac iurisd. vide in d. cōst. 25. Greg. xiii.

Quocirca modernis, & pro tempore existentibus Camerario, Præsidentibus, & Clericis prædictis per Apostolica scripta mandamus, quatenus statim visis præsentibus, nulloque alio à nobis vel Successoribus nostris Rom. Pontificibus, aut dicta Sede expectato mãdato, easdem præsentes in dicta Camera recipiant, & admittant, ac in illius libris registrari mandent, illasq; inuiolabiliter obseruent, & ab omnibus & singulis, quos illę concernunt, obseruari faciant.

Executorũ deputatio.

Decernẽtes easdem præsentes nullo vnquam tempore de subreptionis, aut obreptionis vitio, aut intentionis nostræ defectu notari, neque vnquam reuocari, alterari, suspendi, modificari, aut illis in aliquo derogari posse, Sicq; per quoscunque Iudices, & Commissarios etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, ac S. R.E. Cardinales sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate & auctoritate iudicari & diffiniri debere, irritum quoque & inane si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, Non obstantibus nostra de non tollendo iure quæsito, ac quibusuis aliis Constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, necnon dictæ Vrbis etiam iuramento confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis & consuetudinibus, ac nouis reformationibus, priuilegiis quoque, indultis & litteris Apostolicis sub quibuscunque tenoribus & formis, ac cum quibusuis clausulis & decretis in genere, vel in specie, ac aliàs in contrarium quomodolibet concessis confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus etiam si de illis, eorumq; totis tenoribus specialis, specifica, expressa & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem

Clausulæ præseruatiuæ.

Decretum irritans.

Clausulæ derogatoriæ.

per

per clausulas generales idem importantes mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret illorum omnium & singulorum tenores ac si de verbo ad verbum exprimerentur & insererentur præsentibus pro sufficienter expressis & insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris hac vice dumtaxat harum serie specialiter & expressè derogamus, ceterisq; contrariis quibuscunque. Volumus autem quòd præsentium transumptis etiam impressis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & alicuius Prælati sigillo munitis eadem prorsus fides in iudicio & extra adhibeatur, quæ eisdem præsentibus adhiberetur si forēt exhibitæ & ostensę. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ abrogationis, reuocationis, destitutionis, amotionis, institutionis, constitutionis, assignationis, ordinationis, mandati, decreti, derogationis, approbationis, confirmationis, declarationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurū. Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicę. Millesimo quingentesimo octuagesimo septimo. Noñ. Martij, Pontificatus nostri Anno Tertio.

A. Cardinalis Montaltus Summista.

X.

S. BONAVENTVRAE, Seraphici Doctoris Episcopi Cardinalis Albanensis, inter eximios, egregiosq; Sanctos Catholicæ Ecclesiæ Doctores annumeratio; cum indulgentiarum elargitione pro illius Festiuitate decimaquarta Iulij sub duplicis Officij ritu celebranda.



IXTVS Episcopus Seruus Seruorum Dei, *Vniuersis* venerabilibus fratribus nostris Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis & Dilectis filiis aliarum Ecclesiarum Prælatis per vniuersum Terrarū Orbem constitutis, Salutem & Apostolicam benedictionem.

1. Pet. 5. TRIVMPHANTIS Hierusalem gloriam sempiternam, & Sanctorum cum Christo felicissimè regnantium, nunquam marcescentes coronas cum gaudio admirans Sancta mater Ecclesia, adhuc in terris militans, ad eandem verò iustitiæ coronam festinans, Deum in Sanctis suis mirabilem prædicare nō cessat. (2. Tim. 4. Psal. 67.) Nec verò insignes tantùm victorias, & preclara Sanctorum merita eximiis laudibus celebrat, sed eosdem Sanctos, quos Deus mirificè honorificat, ipsa quoque piè veneratur, ac colit; (Io. 12.) quorum nimirum prædicatione, salutariq; doctrina instituta, sanguine fundata, illustribus charitatis operibus, atque exemplis educata, feruentibus illorum apud Deum precibus quotidie adiuuatur. Quamobrem debitis etiam, cōgruisq; honoribus vnicuiq; Sanctorum singulatim tribuēdis, ad cælesti illius Hierarchiæ, vbi omnia in charitate perfecta ordinata sunt, normam atque imaginem sese conformare (quantum quidem in huius prætereuntis mundi exilio licet) maximè studet. (Io. 14.) Nam quemadmodum in magna illa summi Patrisfamilias, bonisq; omnibus cumulata domo, mansiones multæ sunt, & beatæ illæ animæ mira quadam varietate vnius gloriæ beatitudine perfruuntur, sic Catholica Ecclesia, quæ cęlestis illius effigies est (vt castrorum acies ordinata) in veneratione (Apoc. 21. Cant. 6.) Sanctis Dei adhibenda, sacros illos ordines, diuino illustrata lumine agnoscit, atque distinguit. Itaque dum gloriosum Apostolorum Chorum, dum Prophetarum laudabilem numerum, dum fortissimorum Martyrum laudat exercitum, ceterisq; Sanctis suo loco, (Eph. 4.) & ordine ritè honores defert, in vno charitatis spiritu, & consimili piæ deuotionis affectu multipliciter exultat. Inter illos verò beatissimos Sanctorum choros, quorum memoria à cunctis fidelibus religioso cultu meritò celebratur, insigni splendore elucet, sanctorum Doctorum ordo à Paulo Apostolo discertè enumeratus, cum ait, Et ipse dedit

quosdam

quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios verò Euangelistas, alios autem Pastores, & Doctores, quos vineę suæ strenuos, fidelesq; cultores, atque operarios constituit, ad cōsummationem Sanctorum in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi. Hi sunt, de quibus diuina Sapientia clamat, Qui elucidant me, vitam ęternam habebunt. de his Angelus apud Danielem loquitur: Qui autem docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti, & qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. eos denique Saluator ipse Christus Dominus insigni illo elogio ornauit: Qui fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cælorum. Cum autem omnibus temporibus sacrorum Doctorum studium, & doctrinam in Ecclesia Dei vtilis, & salutaris fuit, tum maximè fructuosam, & planè necessariam esse res ipsa demonstrauit, cum persecutorum Christiani nominis horribili furore represso, in ipsa Ecclesię pace, teterrima hęresum bella vehementius excitata sunt; tunc enim hæreticorum doli, & fallaciæ, qui diabolo instigante in agro Domini zizania superseminare non intermittūt Doctorum cura, & diligentia detectę, & pestiferi, ac detestabiles errores gladio spiritus amputati, & Catholicę veritatis vi, sacris Doctoribus administris mendacium prostratū: quare iure optimo Hyadum stellarum nomine Sancti Doctores in Ecclesia designantur, qui perfrigida hyeme, & longis infidelitatis noctibus expletis, & persecutionis tempestate sedata, tunc clariores Sanctę Ecclesiæ exorti sunt, cum veritatis sol per corda fidelium altius calesceret, & tanquam nouo fidei vere lucidior annus aperiretur. Iam verò inter eos, quos Dominus magnus spiritu intelligentię replere voluit, quiq; tanquam imbres eloquia sapientię suę in Ecclesia Dei emiserunt, meritò numeratur S. BONAVENTVRA Confessor, & Pontifex, & in eadem Catholica Ecclesia Doctor eximius, quem fel. rec. Sixtus Papa IIII. prædecessor noster, ob admirabilem vitæ sanctitatem, & præcellentem doctrinam in Sanctorum numerum adscripsit. Is enim Balncoregij in Etruria natus (vt piæ matris voto satisfaceret) adolescens Seraphicam sancti Francisci religionē est ingressus, per cuius vestigia recentia adhuc nouus Christi miles humiliter, & constanter incedens, saluberrimam regularium institutorum obseruantiam tanto animi ardore, tantaq; cordis auiditate hausit, vt summa in eo sanctitas appareret, ac vitæ innocentia, & castitate, sancta humilitate, patientia, mansuetudine, terrenarum rerum despicientia, cælestium desiderio omnibus & exemplo, & admirationi esset; tanta quoque spiritus dulcedine, & diuini amoris feruore inflammatus in Deum rapiebatur, vt iam in cellam vinariam sponsi introductus, & vino optimo charitatis ebrius, IESVM CHRISTVM Crucifixum, & patientem vtique intueri, & in eius vulneribus habitare videretur. Ad hanc verò eximiam vitæ Sanctitatem vir Dei magnam præstantis doctrinæ laudem adiunxit, Deo ita disponente, vt ad eius gloriam, & Ecclesiæ vtilitatem, non solùm exemplo, sed verbo, & eruditione magnoperè proficeret. Itaque cum in sacrarum litterarum studio sanctorum Patrum lectione, & Scholasticæ Theologiæ pernecessaria disciplina Alexandro de Ales magistro, insigni illius ætatis Theologo, diligentissimè versaretur, breui tēporis spatio excellentis ingenij bonitate, assiduo labore, & (quod caput est) gratia Spiritus Sancti, qui vas aureum in honorem electum omni ex parte formabat, tantos progressus fecit, & ad tantam doctrinæ perfectionem peruenit, vt Doctoris, & Magistri insignibus in celeberrimo Parisiensi Gymnasio solemni more decoratus, Sacram Theologiam ibidem publicè professus sit. Tantam verò laudem in interpretandi munere, & in vniuersæ Theologiæ scientia est consecutus, vt viri doctissimi eius doctrinam, & eruditionem admirarentur. Et quidem multiplices sancti viri lucubrationes, & præclara scripta, quæ adhuc magna Ecclesiæ vtilitate, & non mediocri Dei beneficio extant, quęque & nostræ, & superiorum ętatum viri eruditi multo cum fructu semper legerunt, & magnoperè cōprobarunt; quantus ille in Theologia fuerit, satis declarant. Ea enim diuini ingenij sui monimēta posteris reliquit, quibus perdifficiles, & multis obscuritatibus inuolutæ quæstiones magna optimorum argumentorum copia, via, & ordine enucleatè, ac dilucidè explicantur, fidei Catholicæ veritas illustratur, perniciosi errores, & profanæ hæreses profligantur, & piæ fidelium mentes ad Dei amorem, & cælestis patriæ desiderium admirabiliter inflammantur. Fuit enim in Sancto Bonauentura id præcipuum, & singulare, vt non solùm argumentandi subtilitate, docendi facilitate, definiendi solertia præstaret, sed

Matth. 20. Eccles. 24. Dan. 12. Matth. 5. Greg. lib. 9. c. 7. Mor. Eccles. 39. Six. iiii. i Bul. canoniz. S. Bonauētura vita recēsetur. Eccles. 50. Rom. 9. S. Bonauētura virtutes laudes & præclara gesta enarrantur.

H diuina

diuina quadam animos permouendi vi excelleret: sic enim scribendo cum summa erudi-
tione parem pietatis ardorem coniungit, vt lectorem docendo moueat, & in intimos ani-
mi recessus illabatur, ac denique Seraphicis quibusdam aculeis cor compungat, & mira
deuotionis dulcedine perfundat: quam sanè gratiam, in eius ore, & calamo diffusam ad-
mirans prædecessor noster Sixtus iiij. Pontifex illud dicere non dubitauit, Spiritum san-
Matth. 15. ctum in eo locutum videri: Cum igitur seruo fideli tam multa, & præclara à Domino ta-
lenta essent credita, vt illis ad fratrum vtilitatem exercendis, & negotiãdis, cæleſtis gra-
S. Bonauentura Gñalis Minister, i ordine septimus post S. Franciscum creatus fuit. tię thesauros amplificaret, diuino consilio, & summo totius sui ordinis consensu, Romæ
Minister generalis septimus post beatum Franciscum est factus, quò in officij munere nõ
solùm prudentiam, vigilantiam, solicitudinem pręstitit, sed tanto fraternæ charitatis ar-
dore exarsit, tantaq; Christianæ humilitatis demissione fratribus inseruiuit, vt in eo il-
Matth. 20. lud Saluatoris agnosceretur: Qui maior est in vobis, sit vester minister. Quin & piæ me.
Archiepatus Eboracen. à Clem. 4. ei oblatus, & ab eo recusatus fuit. prædecessor noster Clemens Papa IIII. qui sanctum virum valde dilexit, & eius doctri-
na mirificè est delectatus, vt tam excellens virtus, & prudentia ad multorum vtilitatem
latiori in campo excurreret, insignem Eboracensem Archiepiscopatum ei obtulit. Ille
verò cum se à Seraphicæ paupertatis complexu diuelli non facilè pateretur, oblatam di-
Ad generale Concil. Lugd. à Greg. x. vocatus, & humanissime exceptus fuit. gnitatem modestè, atque humiliter recusauit. Cæterum cum Gregorius decimus sum-
mus Pontifex ob grauissimas Christianę Reipublicę causas Concilium generale Lugdu-
num indixisset, virosq; sanctitate, doctrina, sapientia pręstantes, perquireret, quorum
forti, & fideli opera ad rei maximę tractationem, atque explicationem vteretur, duo in
ptimis clarissima illius ętatis lumina, è duobus florentissimis ordinibus Prędicatorum, &
Minorum delegit Sanctos Thomam, & Bonauenturam, quos ad se ire iussit: Sed cum
alter in ipso itinere in morbum incidisset, atque ad glorię coronam feliciter euolasset, S.
Bonauentura Lugdunum profectus, humanissimè exceptus est à Romano Pontifice Gre
gorio, qui in eius virtute, & sapientia ita acquiescebat, vt Concilij rectè dirigendi, &
administrandi partes ei pręcipuè tribuendas esse decerneret. Quare ex publica Ecclesię
vtilitate, & necessitate, vt maiori cum dignitate, & auctoritate Concilij rebus non so-
lum interesset, sed præesset; statuit lucernam ardentem, & lucentem supra excelsum can-
Matth. 5. delabrum ponere, vt in Domo Dei magis luceret. Itaque Sanctum Bonauenturam nul-
los honores appetentem, fugientem potius, sed Christi Vicario obtemperantem, nul-
Cardinalisque & Epus Alban. ab eod. Põt. ibi creatus fuit. losq; pro Ecclesia labores subire recusantem, tanquam in totius Orbis terræ theatro in
sacrum Cardinalium Collegium, & in Episcoporum ordinem statim cooptauit: nam Ec-
clesię Albanen. illum pręfecit, qui honos antiquioribus Presbyteris Cardinalibus tribui
solet. Qua ille amplissima dignitate auctus vniuersam in Dei gloriam, & Ecclesię vtili-
tatem contulit, etenim in rebus Concilij arduis operam egregiam præstitit, Catholicam
fidem constantissimè defendit, prauas opiniones acerrimè refutauit, eiusdemq; pruden-
tia, doctrina, sanctitate orationibus Gregorij Pontificis pastoralis sollicitudo tantoperè
Et post multa eius pclara gesta in rebus Cõcilii, & Fidei augumẽto, i eod. Cõcilio decessit, & ad cæleste patriã migrauit, & eius miraculorũ fama percrebuit. adiuta est, vt sublato per Dei misericordiam schismatis dissidio, Michael Palæologus
Græcorum Imperator, orientalesq; nationes, ad Apostolicę Sedis obedientiam, vnita-
tem, communionemq; redierint: ac denique dignus habitus est, quem Gręci Eutychij
nomine appellarent. Meritò igitur cum paulopost in eodem Concilio fortissimus Chri-
sti Athleta ex huius vitę peregrinatione ad cęlestem patriã emigrasset, omnes eius mor-
tem doluerunt, omnes communem iacturam deplorarunt, omnes illius funus lacrymis,
& laudibus ornarunt; sed vnus pręter cęteros viri sanctissimi vitam integerrimè actam,
mores probatissimos, labores permultos pro Ecclesia susceptos, doctrinam in illo ipso
Concilio spectatam insigni laudatione verissimè celebrauit. Is fuit piæ me. Petrus Car-
dinalis à Tarantasia vir eruditione, & Christiana eloquentia præstans, qui postea ad Pon-
tificatus fastigium euectus, Innocentius Papa V. est appellatus. Ipse verò summus Pon-
tifex Gregorius decimus ex intimi animi sensibus amissum fratrem, adiutorem, & consi-
liarium fidelissimum dolens, palam grauibus verbis testificatus est, Catholicam Eccle-
siam, quę ex tanti viri pietate, & doctrina fructus vberrimos acceperat, magnam illius
Psal. 111. morte iacturam fecisse. Sed verè à Spiritu sancto dictum est, In memoria æterna erit iu-
Psal. 67. stus: nam qui in vita illustris fuerat, multo post mortem factus est illustrior Deo, qui ad-
mirabilis, & gloriosus est in Sanctis suis, signis compluribus, ac prodigiis, & miraculis
maximè

maximè insignibus serui sui sanctitatem comprobate: Quorum miraculorum fama cum apud omnes percrebresceret, idem Sixtus prędecessor noster è sublimi Apostolicæ Sedis specula ea aspiciens, digitum Dei, qui facit mirabilia magna solus, ibi planè esse intellexit; itaque & sponte sua, & claræ me. Federico Romanorum Imperatore, Regibus, Rebuspub. Ducibus, Ciuitatibusq; permultis vehementer requirentibus, ac omnium ferè fidelium consensu efflagitante, de viro pręstantissimo Bonauentura Episcopo Cardinali in Sanctos referendo, Pontifice Romano dignam cogitationem suscepit; summa igitur cura,& diligentia vitæ illius eximia sanctitate, & miraculorum veritate examinata, atque comperta, omnibus denique, quæ ad eam rem pertinebant ritè, rectèq; actis ad Dei gloriam, & Ecclesię Catholicę exaltationem pro sua summa, eiq; à Deo in Beato Petro Apostolo tradita potestate, eundem Beatum Bonauenturam de fratrum suorum S.R.E. Cardinalium & Prçlatorum omnium consensu in Sãctos retulit, & in Sanctorum Confessorum Pontificum Doctorum numerum adscripsit, atque aggregauit, eiusque festum anniuersarium diem, secunda mensis Iulij Dominica die celebrari, officiumq; de eo, veluti de Confessore Pontifice Doctore in vniuersa Ecclesia recitari iussit; aliis item decretis adiectis, quę in eiusdem Sixti litteris plenius continentur. Et quamuis gloriosus hic Doctor S. Bonauentura, & in Ecclesia Catholica celeberrimus sit, & in cælo maximè resplendeat, vbi corona illa est coronatus, quam repromisit Deus diligentibus se, nec vlla humana re indigeat, qui bonis illis cum Christo perfruitur, quę nec oculus vidit, nec in cor hominis ascenderunt; Vrget * nos tamen charitas Christi, & ardens quidam deuotionis affectus, quo erga eum ab ineunte ferè ætate perpetuò exarsimus, vt de eius sanctitate, & doctrina magis magisq; propaganda, atque illustranda (quantum cum Domino possumus) cogitemus. Mouemur quidem, vt par est, sancta cum eo communione Seraphicæ Religionis nostræ, in qua educati, & tot annos versati sumus, & cui tanquam matri optimè meritæ omnia pietatis, & grati animi monumenta præstare debemus; sed multò magis mouent nos Dei gloria, pastorale officium quod gerimus, viri sanctissimi pro Ecclesia Dei tot suscepti labores, tot illustria merita, tanta cum Romana Ecclesia coniunctio, in cuius amplissimo ordine, & senatu summa cum laude consedit. Denique mouet nos Ecclesiæ vniuersalis vtilitas, quæ ex tanti doctoris eruditione semper maior, & vberior capi potest, præsertim cum hæreticorum insidiæ, & diabolicæ machinationes, quibus sacram Theologiam, quæ Scholastica appellatur, hoc luctuoso sæculo oppugnant vehementissimè nos magnoperè admoneant, vt eandem Theologiam, qua nihil Ecclesiæ Dei fructuosius omni studio retineamus, illustremus, propagemus. Diuino enim illius munere, qui solus dat spiritum scientiæ, & sapientiæ, & intellectus, quique Ecclesiam suam per sæculorum ætates, (prout opus est) nouis beneficiis auget, nouis præsidiis instruit, inuenta est à maioribus nostris sapientissimis viris Theologia Scholastica, quam duo potissimùm gloriosi Doctores Angelicus Sanctus Thomas, & Seraphicus Sanctus Bonauentura clarissimi huius facultatis professores, & primi inter eos, qui in Sanctorum numerum relati sunt, excellenti ingenio, assiduo studio, magnis laboribus, & vigiliis excoluerunt, atque ornarunt, eamq; optimè dispositam, multisq; modis præclarè explicatam posteris tradiderunt; & huius quidem tam salutaris scientiæ cognitio, & exercitatio, quæ ab vberrimis diuinarum litterarum, summorum Pontificum, Sanctorũ Patrum, & Conciliorum fontibus dimanat, semper certè maximum Ecclesiæ adiumẽtum afferre potuit siue ad scripturas ipsas verè & sanè intelligendas, & interpretandas, siue ad patres securius, & vtilius perlegendos, & explicandos, siue ad varios errores, & hæreses detegendas, & refellendas. His verò nouissimis diebus, quibus iam aduenerunt tempora illa periculosa ab Apostolo descripta, & homines blasphemi, superbi, seductores, proficiunt in peius, errantes, & alios in errorem mittentes, sanè Catholicæ fidei dogmatibus confirmandis, & hæresibus confutandis pernecessaria est; & profectò rem ita se habere ipsimet veritatis inimici sunt iudices, quibus Theologia Scholastica maximè est formidolosa, qui profectò intelligunt, apta illa, & inter se nexa rerum, & causarum cohærentia illo ordine, & dispositione tanquam militum in pugnando instructione illis dilucidis definitionibus & distinctionibus, illa argumentorum firmitate, & acutissimis disputationibus lucem à tenebris, verum à falso distingui, eorumq; mendacia multis præ-

Mar. 16.
Exo. 8. Ps. 135.

Ideo Six. illis Bonauenturam in SS. Confessorum Pontifi cum Doctorũ numerum aggregauit.

Iac. 1.
Isa. 4.
1. Cor. 2.
* 2. Corint. 5.

Et modo hic Sãctiss. Pontifex Six. V. ex multis validissimis rationib9 hic expressis, ad eiusd. S. Bonauenturæ Sãctitatem & doctrinã illustrandam, animum applicuit.

Eccles. 15.
Isa. 11.

2. Tim. 3.

stigiis, & fallaciis inuoluta, tanquam veste detracta patefieri, ac denudari. quantò igitur magis illi hanc munitissimam Scholasticæ Theologiæ arcem oppugnare, & euertere conantur, tantò magis nos decet hoc inuictum fidei propugnaculum defendere, & hæreditatem patrum nostrorum conseruare, & tueri, & acerrimos veritatis defensores meritis honoribus quantum possumus decorare.

3. Reg. 21.

Et ideo Collegium S. Bonauenturæ apud Basilicam SS. Apostolorũ de Vrbe, istituit.

Quamobrem vt Seraphici Doctoris eruditio ad multorum vtilitatem latius diffundatur, & ex eius libris, & operibus eruditi, & studiosi viri copiosiores, suauioresq; in dies fructus capiant, (quod ad ipsius Sancti, quamquàm in cœlo beatissimi, gloriam aliquam facere non est dubitandum) primum quidem in Alma Vrbe nostra in hac Basilica SS. duodecim Apostolorum, S. Bonauenturæ nomine Collegium instituimus, in quo, ex huius præcipuè eximij, deuotiq; doctoris operibus, & commentariis, Sacra Theologia publicè explicetur: Deinde etiam opera illius omnia, quę inueniri potuerunt partim nondum edita, nostraq; auctoritate, & impensis vndique conquisita, partim iam euulgata simul omnia decenti forma, & quàm emendatissimè imprimi, & è Typographia nostra Vaticana in lucem emitti curamus.

Eiusque opera omnia simul & emẽdatissimè è Typographia Vaticana in lucem emitti curauit.

Quod autem ab ipso Pontificatus nostri initio, Deo (vt piè credimus) inspirante constanter proposuimus Sancti huius Doctoris nomen, & merita gloriosa apud omnes pro viribus celebrare, fideliumq; erga eum venerationem augere, & amplificare, sanè ad id quoque non mediocriter excitati sumus exemplo sanctæ me. Pij Papæ V. prędecessoris nostri de Christiana Repub. optimè meriti, & quem vt parentem adhuc reueremur & colimus: Is enim religiosa pietate, & singulari deuotione permotus, qua afficiebatur erga S. Thomam de Aquino ordinis sui decus, & Ecclesię Catholicæ ornamentum, cupiens eodem modo eundem Sanctum ob eius pręstantissima in Catholicam Ecclesiam merita congruis honoribus exornare, præter alia hoc iussit atque decreuit, vt illius festus dies quotannis Duplicis Officij ritu ad instar Sanctorum quatuor Ecclesiæ Doctorum perpetuò celebraretur; quòd & S. Bonauenturæ Doctori eximio tribui debere æquum profectò existimamus, cùm tam multa inter eos virtutis, sanctitatis, doctrinæ, meritorum cõiunctio, & similitudo intercedat.

Et sicut Pi⁹ V. S. Thomã sui ordinis Prædicatorũ decus, exornare volens, eius festũ celebrari iussit vti festiuitates SS. Quatuor Ecclesiæ Doct. vt sup. in ipsius Pii V. cost. 37. f. 977. Ita ille Põt. ide Sacto Bonauenturæ sui ordinis Cõuentualium S. Frãcisci ornamento, deberi existimauit, ob multã inter ipsos Sãctos virtutis Sãctitatis doctrinæ & meritorum cõiunctione & similitudinem.

Hi enim sunt duæ oliuæ, & duo cãdelabra in domo Dei lucentia, qui & charitatis pinguedine, & scientiæ luce totam Ecclesiam collustrant: hi singulari Dei prouidentia eodem tempore tãquam duæ stellæ exorientes ex duabus clarissimis Regularium ordinum familiis prodierunt, quæ Sanctę Ecclesię ad Catholicam religionem propugnandam maximè vtiles, & ad omnes labores, & pericula pro orthodoxa fide subeunda paratæ semper existunt, ex quibus tanquam ex fertili, & benè culto solo quotidiè per Dei gratiam fœcundæ, & fructuosæ plantæ procreantur, hoc est viri doctrina, & sanctitate pręstantes, qui Petri nauiculæ tot fluctibus agitatæ, & Romano Pontifici, eius clauum non sine magna solicitudine tenenti, fortem, & fidelem operam nauant. Hi duo Sancti cum essent coæui, iisdemq; studiis dediti, condiscipuli, simul Magistri, pari ratione à Gregorio Decimo summo Pontifice (cum ambo ad Cõcilium euocarentur) honorati, & in huius vitæ peregrinatione fraterna charitate, spirituali familiaritate, sanctorum laborum societate valde coniuncti fuerunt, & denique pari gressu ad cęlestem patriam commigrantes pariter felices, & gloriosi illa sempiterna beatitudine perfruuntur, vbi eodem charitatis affectu, (vt piè credimus) pro nobis in hac lacrymarum valle laborantibus orant, diuinamq; opem implorant, vt meritò idem Sixtus IIII. hos duos Sanctos persimiles, & quasi geminos in Christo fratres agnoscens, statuerit S. Bonauenturam consimili venerationis, & honoris prærogatiua, atque S. Thomas decorandum esse.

Apoc. 11.
Matth. 8.

Six. iiii. ĩ Bul. canoniz.

Quod igitur à nobis, & Seraphici ordinis charitas, & Sancti Bonauẽturæ meritorum magnitudo, & Catholicæ Ecclesiæ, cuius gubernacula nobis, licèt immerentibus à Deo commissa sunt, vtilitas, & ędificatio requirit, habita super his omnibus cum Venerabilibus fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus, deliberatione matura, de eorundem consilio, & vnanimi assensu, & ex certa nostra scientia, ac de attributæ nobis Apostolicę potestatis plenitudine, hac nostra perpetuò valitura constitutione, doctrinam ipsius S. Bonauenturę à supradictis prędecessoribus nostris Clemente IIII. Gregorio X. & Sixto IIII. laudatam in Concilio Lugdunensi maximè spectatam, in Florentino etiam, ad res difficiles explicandas adhibitam, grauissimorum virorum auctoritate testificatam, & cõmendatam, & eximio Ecclesiæ Doctore dignam, nos quoq; plurimùm in Domino lauda-

Conc. Floren. sess x. Six. 4. in Bull. canoniz.

laudamus, & commendamus, ac litteras eiusdem Sixti IIII. quas pro expressis hoc loco haberi volumus, excepta eius ordinatione de festo die S. Bonauenturę secunda Dominica Iulij celebrando, harum tenore approbantes, & innouantes, ipsum S. Bonauenturam iure Sanctorum Doctorum consortio ab eodem Sixto IIII. ascriptum, & connumeratũ, auctoritate Apostolica tenore pręsentiũ inter pręcipuos,& primarios qui Theologicę facultatis magisterio excelluerunt habendum, ac venerandum esse decernimus,& declaramus; atque ob eam causam sperantes in Domino huius Seraphici Doctoris lucubrationes ad doctrinam, & deuotionem quam in Clero, Populoq; Christiano magnoperè lucere, & ardere cupimus, maximo adiumento fore, illius libros,commentarios, opuscula, operá denique omnia, prout ex nostra Typographia Vaticana, quàm emendatissima (vt suprà dictum est) emittuntur, vt aliorum Ecclesię Doctorum qui eximij sunt, non modo priuatim, sed publicè in Gymnasiis, Academiis, Scholis, Collegiis, lectionibus, disputationibus, interpretationibus, concionibus, sermonibus, omnibusq; aliis Ecclesiasticis studiis Christianisque exercitationibus citari, proferri, atque (cum res postulauerit) adhiberi volumus, & decernimus. & nihilominus, vt sapientissimi huius Doctoris gloriosa recordatio, si non pro ipsius dignitate, at saltem pro humana tenuitate ob ingentia illius merita ardentiori studio recolatur fel.rec. prędecessorum nostrorũ Bonifacij Papæ VIII. qui de sanctis quatuor Doctoribus, & Pij Papę V. qui de prędicto Sancto Thoma eadẽ pręceperunt, exemplo adducti præcipimus, vt eiusdem S. Bonauenturę dies festus in omnibus Christiani orbis partibus sub Duplici officio à cunctis personis Ecclesiasticis, secularibus, & quorumuis ordinum regularibus tam publicè, quàm priuatim pridie Idus Iulij, (non obstante prędicta Sixti IIII. ordinatione de secunda Dominica dicti mensis) celebrari atq; in Calendariis, cũ Doctoris nomine, & Festi Duplicis adiectione describi, & imprimi debeat, etiam si in nouissimis Breuiarij, & Missalis Romani reformationibus aliter dispositum fuerit, neque secus, atque à nobis, vt supra, ordinatum fuit, per quoscunque quauis auctoritate prędítos, censeri, aut interpretari posse decernimus. Hortantes vniuersos vtriusque sexus Christifideles Ciuitatis Balneoregij, quę clarissimum hoc edidit lumen, & illius diœcesis, vt eodem die festo à seruilibus, de sanctæ Ecclesię more, operibus abstineant. Vt autem Christifidelium deuotio ad Seraphici huius Doctoris diem festum colẽdum, eiusq; opem piè implorandam, eò magis accendatur, quò ex hoc cęlestis gratiæ dono se vberius conspexerint esse refectos; de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, omnibus vtriusque sexus Christifidelibus tam in dicta Ciuitate, & diœcesi Balneoregij, quàm in præclara Gallię Vrbe Lugduno, vbi ille bono certamine legitimè decertato, cursu consumato, fide seruata ex hoc calamitoso sęculo ad meritorum suorum præmium, & coronam in cælum feliciter migrauit, in Almaq; Vrbe nostra, vbi in hac Basilica Sanctorum duodecim Apostolorum Collegiũ a nobis, (vt iam diximus) est erectum, constitutis, qui eius festum huiusmodi, vt cæteras de præcepto Ecclesiæ seruari solitas festiuitates, deuotè colentes, verè pænitentes, & sacramentali peccatorum suorum confessione pręmissa eo die sanctissimum Eucharistię Sacramentum sumpserint, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus, & elargimur. Qui verò Ecclesias fratrum Minorum S. Francisci ipso die festo à primis vesperis vsque ad occasum Solis eiusdem diei deuotè visitauerint, pias inibi ad Deũ preces, (prout sua cuique suggeret deuotio) effundentes, decem annos, & totidem quadragenas de iniunctis eis, seu aliàs quomodolibet debitis pænitentiis per præsentes litteras perpetuò duraturas, quas sub quibusuis Indulgentiarum reuocationibus, vel limitationibus nullo modo comprehendi volumus, misericorditer in Domino relaxamus. Quocirca fraternitati, & discretioni vestrę per Apostolica scripta mandamus, vt præsentes litteras, & in eis contenta quęcunque in suis quilibet Prouinciis, Ciuitatibus, Ecclesiis, & Diœcesibus solemniter publicari, & ab omnibus personis Ecclesiasticis sęcularibus, & quorumuis ordinum regularibus vbique locorum,& gentium inuiolatè perpetuò obseruari procurẽt. Volumus autem, vt earundẽ præsentium transumptis etiã impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis,& sigillo alicuius personę in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadẽ prorsus fides vbique adhibeatur, quæ ipsis præsentibus

Et modo hic idem Sanctiss. Pont. doctrinã S. Bonauenturæ laudat & commendat, & ipsum inter eximios egregiosque Sanctos Catholicæ Ecclesiæ Doctores annumerat.

Eiusque opera omnia è Typographia Vaticana emittenda, publice citari & proferri decernit.

De Rel. & Ven. Sanct. in 6.

Festum quoq; eiusd. S. Bonauenturæ quotannis die 14. Iulij duplici officio celebrari iubet.

Indulgẽtiasq; pro die d. suæ festiuitatis cõcedit.

1. Tim. 4.

Haec constitutionem vbiq; promulgari & obseruari præcipit.

adhiberetur si essent exhibitæ, vel ostensę. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrarum, approbationis, innouationis, decretorum declarationis, voluntatum, præcepti, concessionis, elargitionis, relaxationis, & mandati infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autẽ hoc attentare pręsumpserit, indignationẽ Omnipotentis Dei, ac beatorũ Apostolorũ Petri, & Pauli se nouerit incursurum. Datæ Romæ apud Basilicã SS. XII. Apostolorum, Anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo quingentesimo octuagesimo septimo, Pridie Idus Martij. Pontificatus nostri Anno Tertio.

✠ Ego Sixtus Catholicæ Ecclesiæ Episcopus subscripsi.

✠ Ego A. Card. Farnesius Vicecanc. Episc. Ostieñ.
✠ Ego Io. Antonius Episcopus Portueñ. Card. S. Georgij.
✠ Ego Alphonsus Card. Gesualdus Episcopus Tusculanus.
✠ Ego Innic. Aualos Card. de Arag. Episcopus Sabinen.
✠ Ego Marcus Ant. Card. Columna Episcopus Prænest.
✠ Ego Ptolemæus Card. Comensis Episcopus Albaneñ.
✠
✠ Ego Marcus Siticus Card. ab Altaemps tit. S. Mariæ Transtiberim.
✠ Ego P. Card. Sanctacrucius tit. Sancti Clementis.
✠ Ego Gabr. Card. Paleottus tit. S. Laurentij in Lucina.
✠ F. Michael Bonellus Cardinalis Alexandrinus, tit. S. Mariæ supra Mineruam.
✠ Ego Ludouicus tituli S. Anastasiæ presbyter Card.
✠ Ego Nic. de Pelleue tt. S. Praxedis Cardinalis Senoneñ.
✠ Iul. Ant. tt. S. Bartholomæi in Insula, Presb. Card. Sanctæ Seuerinæ.
✠ Ego Hieronymus Card. Rusticucius tt. S. Susannę.
✠ Ego Io. Hieronymus Card. Albanus, tt. S. Io. ante portam Latinam.
✠ Ego Hieronymus Card. Simoncellus, tt. S. Priscæ.
✠
✠ Ego Petrus Card. Deza tt. S. Hieronymi Illyric.
✠
✠
✠ Ant. tt. SS. Io. & Pauli Presb. Card. Carafa.
✠ Ego Io. Ant. Card. SS. Quatuor.

✠ Ego Io. Baptista Card. Sancti Marcelli.
✠
✠
✠
✠ Ego Franc. Card. de Ioyeuse, tit. Sanctiss. Trinitatis in Monte Pincio.
✠ Ego Iulius Cardinalis Cananus, tituli S. Eusebij.
✠ Ego Nicolaus Card. Cremonen. tit. Sanctæ Cæciliæ.
✠ Ego Antonius Maria Card. Saluiatus, tit. S. Mariæ de Pace.
✠ Ego Augustinus Card. Veroñ. tit. Sancti Marci.
✠ Ego Vincentius, tit. S. *Mariæ in Via* Card. Montis Regalis.
✠ Ego Philip. Card. Spinula, tt. S. Sabinę.
✠
✠
✠ Ego Scipio Card. Lancellotus, tit. S. Saluatoris in Lauro.
✠ Ego Vincentius Card. Gonzaga, tit. S. Alexij.
✠ Ego Henricus Card. Caetanus, tit. S. Pudentianę S. R. E. Camerarius.
✠ Ego Io. Baptista Card. Castrucius, tit. S. Mariæ in Ara cęli.
✠ Ego Federicus Card. Cornelius, tit. S. Steph. in Monte Cælio.
✠
✠ Ego Dominicus, tit. S. Laurentij Card. Pinellus.
✠ Ego Hippol. Card. Aldobrandinus, tit. S. Pancratij Maior Pęnitent.
✠ Ego Hieronymus tt. S. Petri ad Vincula Card. de Ruuere.
✠ Ego Philippus Card. de Lenoncourt tit. S. Honuphrij.
✠ Ego Fr. Hieronymus Card. Asculan. tit. S. Tho. in Parione.
✠ Ego Antonius Maria, tit. S. Agnetis in Agone Cardinalis Perusinus.

Ego

✠ Ego F. Constantius Card. Sarnanus, tit. S. Petri in Monte aureo.
✠ Ego G. Card. Alanus, tituli S. Martini in Montibus.
✠ Ego Scipio Cardinalis Gonzaga, tituli S. Marię de Populo.
✠ Ego Antonius Cardinalis Saulius, tituli S. Vitalis.
✠ Ego Euangelista Card. Cusentinus, tit. S. Matthæi in Merulana.
✠
✠ Ego F. Stephanus Card. Aretinus, tit. SS. Marcellini, & Petri.
✠

✠
✠
✠ Ego F. Cardinalis Sfortia, Diac. S. Nicolai in Carcere.
✠
✠ Ego A. Cardin. Montaltus, Diaconus S. Eustachij.
✠ Ego Hieronymus S. Mariæ in Cosmedin, Diaconus Card. Matthæius.
✠ Ego Benedictus S. Agathæ, Diaconus Card. Iustinianus.
✠ Ego Ascanius SS. Viti, & Modesti, Diaconus Card. Columna.
✠ Ego Federicus S. Mariæ in Domnica, Diaconus Card. Borromæus.

Anno à Natiuitate Domini, Millesimo quingentesimo octuagesimo octauo, Indictione prima, die vero Veneris, decimaoctaua Mensis Martij, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Nostri Domini Sixti diuina prouidentia Papę V. Anno eius Tertio. Retroscriptæ litteræ Apostolicæ, affixæ, lectæ, & publicatæ fuerunt in valuis, seu portis S. Ioannis Lateranen. & S. Petri Principis Apostolorũ de Vrbe, necnon Cancellariæ Apostolicæ, & aciei Campi Floræ, & per aliquod temporis spatium dimissæ, per nos Io. Baptistam Bagni, & Io. Burlurault, S.D.N. Papæ Curs. Publicatio.

Alex. Parabiacus Magister Curs.

X I.

De præsidio Ducentorum millium Scutorum, ad Annonæ copiam parandam, ac illius penuriam, & caritatem in Alma Vrbe subleuandam, collectorum, & perpetuo elargitionis titulo donatorum.

Pro Vbertate Annonæ hic idem Pontifex Congregationem quinque Card. instituit vt sup. proximè in eius const. 7. fol. 36. & 39.



SIXTVS Episcopus Seruus Seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

ABVNDANTES diuinæ gratiæ diuitias, & incredibilem benignitatis vbertatem sæpenumero recogitantes, quam super humilitatem nostram, ab ipso susceptæ Apostolicæ seruitutis initio, ille dignatus est ostendere, qui solus diues est in misericordia, cogimur multorum be- Ephes. 2. neficiorum tanquam ingenti pondere oppressi, cum sancto Propheta exclamare: Quid retribuam Domino pro omnibus, quę retribuit mihi? Etenim notum est omnibus, in Psal. 115. quas rerum angustias & difficultates Pontificatus nostri initia inciderint; cum infinita quadam exulum & facinorosorum hominum licentia omnia perturbata essent; cùm rei frumentarię inopia omnis ferè ditio Sanctę Romanę Ecclesiæ in temporalibus subiecta, & ipsa potissimùm Roma magnoperè laboraret; cùm deniq; Apostolicum Aerarium ita exinanitum reperissemus, vt in summa pecuniarum difficultate versaremur: quibus tot incommodis nequaquàm deterriti, sed Dei auxilio freti, cui bona omnia accepta referimus, in eas omnes curas eodem tempore alacriter incubuimus. Quare & compressa improborum audacia, tranquillitas publica restituta est, & Aerarium abundè instructum, & frumento statim non mediocri sumptu & labore suppeditato, annonę caritas ita subleuata est, vt eam copiam & abundantiam, quę postea benedicente Domino consecuta est, & qua nunc fruimur, ęquo omnes animo expectare potuerint. Fatemur tamen, paterna viscera nostra, quibus omnes fideles, sed præcipuè eos, qui sunt in temporali Dominio nostro in Christo complectimur, nulla re magis cõmota esse, quàm illa Annonæ caritate:

nam

Causæ huius donationis.

nam in Vrbe hominibus refertissima, si fames ingruat, aut annona durior sit, pauperes maximè, quorum ingens est multitudo, vehementius cõflictantur: qua ex re quàm multa mala dimanent, nihil necesse est multis verbis explicare; cùm planè perspicuũ sit humanarum calamitatum caput esse famem, & quouis mortis genere acerbiorem. Quod quidem & miserabilis illa apud Prophetam lamentatio declarat; Omnis populus eius

Thren. 1.

gemens, & quærens panem. Scientes igitur nos, licèt immeritos, eius locum in terris tenere, qui non solùm panem supersubstantialem tribuit, quo anima reficitur, sed terre-

Matth. 15.

num etiam panem, quo corpus quotidie sustentatur; quiq; in deserto semel & iterum misericordia motus est super turbas non habentes cibaria, eisq; Apostolos suos panem

Marc. 8.

diuinitus multiplicatum distribuere iussit; Nos quoque pro nostra pastorali solicitudine summoperè cupimus, quantum cum Domino possumus, quàm longissimè prouidere, vt hæc nostra Alma Vrbs, ad quam quotidie tanquam ad communem patriam Nationes omnes confluunt, quamq; omnibus commodis & ornamentis augere studemus, non solùm rei frumentariæ inopia nequaquam vexetur, sed vberiore potius copia, & vtilitate quantum fieri potest, perfruatur. Nec verò ignoramus bonorum omnium largitorem

Psal. 4. Paul. ad Cor. 9. Matth. 25. Luc. 12. Prouerb. 6.

Deum, qui fructum frumenti, vini, & olei multiplicat, qui semen seminanti administrat, & panem ad manducandum præstat; sed illud etiam scimus à seruo super familiam Domini constituto, & fidem & prudentiam requiri, vt det illi cibum in tempore: & in diuinis scripturis, pigrum ad formicam mitti, vt discat in æstate parare quod in hyeme comedat; & denique humanæ prouidentiæ adiumenta illa meritò laudanda esse, quæ ad Dei gloriam relata, eius in primis ope nituntur, & in eo præcipuè conquiescunt. Illud autem eleemosynæ genus Deo gratissimum esse arbitramur, quod in commune distributum ad omnium egestatem subleuandam maximè accommodatur. Quamobrem nullis quamuis magnis impensis parcentes, & publicæ, præsertim pauperum vtilitati opportunè prouidere cupientes, prægrandem pecuniam seponere, & certo in loco collocare decreuimus, quæ annonæ, & abundantiæ, quam appellant, perpetuò attributa sit, reiq; frumentariæ copię curandæ, & comparandæ in posterùm perpetuò deseruiat.

Habita igitur super his cum Venerabilibus fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus deliberatione matura, de eorundem fratrum consilio, & assensu, ex certa nostra scientia, ac

Ducẽta millia scuta hic Pontifex à sui ipsius & Cameræ Apost. dominio abdicat, & Piæ causæ pro Annonæ scilicet vbertate pptuò donat.

de nobis attributę Apostolicę potestatis plenitudine, ducenta millia scutâ monetę ad rationem decem Iuliorum pro quolibet scuto, ex pecuniis nostra parsimonia, & frugalitate, ac diligentia ad publicam vtilitatem comparatis, apud dilectũ filium Ioannem Augustinum Pinellum laicum Genuensem, nostrarum & Camerę Apostolicę pecuniarum Depositarium, realiter, & cum effectu deposita, & collocata, prout de eorum reali, & actuali receptione, ac confessione, & quietatione ipsius Ioannis Augustini publico instrumento per dilectum Filium Tydeum de Marchis dictæ Camerę Notarium desuper rogatum hodierno mane in eadem Camera confecto plenè constat, prędictæ piæ causę ad Annonam pertinenti perpetuò applicamus, appropriamus, & incorporamus; ac pro potiori cautela, titulo donationis, quæ dicitur inter viuos, perpetuò valituræ, irreuocabiliter concedimus, donamus, & elargimur; atque omnem prædictæ pecuniæ proprietatem, ius & dominium, etiam à nobismetipsis & Camera Apostolica penitus abdicantes, eadem ducenta millia scuta ad parandam annonæ copiam, siue illius penuriam, inopiam & caritatem subleuandam dumtaxat, nec in aliam causam, siue vniuersam quantitatem, siue illius partem, quæcunque illa fuerit, insumendam esse: idq; etiam si cuiusuis

Eaque pro alia etiã vrgentiori necessitate expẽdi prohibet, Nam pro aliis grauiorib⁹ indigentiis locupletissimum pecuniarum præsidiũ collegit & in arce S. Angeli reposuit, vt infra in const. 11.

alterius rei proposito, aut de qua tunc esset agẽdum, maior vrgeret necessitas, vel aliud expetere, aut efflagitare præsens vtilitas videretur, sanctè, & religiosè omnino seruari debere, de similibus consilio, & assensu auctoritate Apostolica tenore præsentium pariter perpetuò statuimus, & ordinamus. Siquidem ad certas alias vrgentes & graues, quæ contingere possent indigentias, vel necessitates, Aerarium benedicente Domino locupletissimum, nostra etiam cura, ac solicitudine partum, & Deo dicatum perpetuò extabit. De iisdem verò pecuniis ad hanc maximè piam causam, omnibusq; in Vrbe degentibus, atque ad illam vndequaque confluentibus apprimè salutarem, benignè & liberaliter iam per nos applicatis, donatis, atque elargitis, sicuti de cæteris piis per nos factis largitionibus, aliter quàm vt præfertur, perpetuis futuris tẽporibus disponi districtè

inter-

interdicimus, & prohibemus: certa ſpe ducti, Romanos Pōtifices noſtros pro tempore Succeſſores, ad Annonæ incommoda ſubleuanda paratam huiuſmodi pecuniam nedum imminuturos, verùm exemplo Patriarchæ Ioſeph in Aegypto, dum ipſi veri Ioſeph, qui eſt Chriſtus Dominus, pro iniuncto munere locum obtinebunt in terris, noua adiumenta aduerſus famem, illiusq; incommoda eſſe laturos, ac pro eo, quem erga Chriſti pauperes vniuerſi Status temporalis Eccleſiaſtici, ac præcipuè Sacerdotalem, & Regiam hanc Vrbem Chriſtianę religionis domicilium, Beatiſsimorum Apoſtolorum Petri, & Pauli pretioſo martyrio conſecratam, gerere debent inſigni affectu, alia in dies maiora ſubſidia pręparaturos eſſe.

Succeſſores quoq; Hortatur vt ne dum huiuſmodi pecuniam ſic pro Annonæ Vbertate collectam nō imminuāt, ſed indies maiora præſidia præparent. Geneſ. 41.

Ac pręterea Congregationi Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinaliū, ſuper vbertate Annonæ nunc, & pro tempore deputatorum per nos nuper inſtitutę, earundem pecuniarum ad rei frumentarię atque aliarum cuiuſuis generis frugum, quibus ad vitæ humanæ ſuſtentationem indigemus, copiam, & vbertatem, tam in Vrbe noſtra, quàm in vniuerſo Statu Eccleſiaſtico temporali parandam, & prouidendam; adhibitis ſecum dilectis filiis Cameræ Apoſtolicę Theſaurario generali, Clerico Annonæ Præfecto, & Commiſſario etiam generali: ita tamen quòd ipſæ pecuniæ in huiuſmodi Annonæ vſus ad nutum, & iuſsionem eiuſdem Congregationis, cum mandato à dicto Præfecto, prout adhuc ſeruatum eſt, expedito, nec aliàs erogentur, vel expendantur; ac rurſus ſic erogatæ, vel expenſæ ſuo tempore recuperentur, liberam, abſolutamq; adminiſtrationem; dictasq; pecunias, ſi quando peccatis populi id promerentibus, terrę ſterilitas, quod Deus auertat, in temporali Eccleſiaſtica ditione contigerit, ad conuehendum aliunde commeatum, in toto vel in parte per eoſdem Theſaurarium, Annonæ Præfectū, & Commiſſarium erogari; ac rurſus ſi quid tēpore famis ex dicta ſumma decefferit; poſtea vbi temporis opportunitas tulerit, illam redintegrari, atque vbi expedire videbitur, in Aerarium Apoſtolicum Caſtri S. Angeli referri, & aſſeruari, atque inde, quoties occaſio poſtulauerit, liberè depromi, & extrahi eorum arbitrio faciendi: Ita tamen, vt datorum & acceptorum rationes, & computa in Camera Apoſtolica ſingulo trimeſtri, in ipſa verò Cardinalium congregatione ſingulis annis integrè reddantur, plenam, ac pariter liberam, & omnimodam concedimus facultatem. Volentes eundem Ioannem Auguſtinum, & pro tempore exiſtentem Depoſitarium dictę pecuniæ ad Annonam pertinentis, in erogandis aut exigendis, vel in vnum redigendis pecuniis prædictis eam ob cauſam exponendis aliorum, quàm dictæ Annonæ Præfecti mandato: In illis verò in dictum Aerarium redigendis, ſeu inde extrahendis aliorum, quàm dictę Congregationis Cardinalium, aut eorum maioris partis ordinationibus & mandatis, etiam ſi quaſcunque pœnas, aut cenſuras in ſe continerent, parere minimè teneri; & quorumuis etiam aliorum Sanctæ Rom. Eccleſiæ Cardinalium, illiusq; Collegij, ac Camerę Apoſtolicæ iuſſa, & imperiū impunè ea in re detrectare poſſe; quinimò ipſum Ioannem Auguſtinum, & pro tempore exiſtentem Depoſitarium, ab omni cuiuſcunque alterius Iudicis, aut Magiſtratus quauis dignitate, & auctoritate fungentis ſuperioritate, & iuriſdictione, quoad negotia ipſam Annonam concernentia, prorſus eximimus, & liberamus, atque immunem, conſtituimus. Inhibentes quibuſuis Iudicibus, Pręſidentibus, & Officialibus; ne circa pręmiſſa ſe intromittere, vel ingerere, aut Ioannem Auguſtinum, vel Depoſitarium pro tempore exiſtentem prędictos quomodolibet moleſtare, perturbare, aut inquietare audeant, vel præſumant.

Congregationiq; Cardinalium per ipſum Pont. ſup vbertate Annonæ nuper inſtitutę adhibitis ſecū Theſaurario, Clerico Annonæ præfecto, & Cōmiſſario Cameræ Apoſt. adminiſtrationē huiuſmodi pecuniarum committit. Hāc inſtitutionem Cōgregationis habes ſupra proxime in conſt. 7. fol. 36. & 39.

Quocirca dictos Cardinales nunc, & pro tempore in eadem Congregatione deputatos, eiuſdem negotij Protectores atque defenſores, ad hoc vt in omnibus, quę his litteris continentur, anctoritatem ſuam interponant, ac difficultates quę ſuboriri poſſent remoueant, perpetuò conſtituimus, & deputamus; eisque per præſentes committimus, & mandamus, vt quando, & quoties opus fuerit, per ſe vel alium, ſeu alios præſentes litteras, & in eis contenta quæcunque ſolenniter publicantes, ac tam dicto Ioanni Auguſtino, & Depoſitario, qui pro tempore erit, quàm aliis quibuſcunque, quos præmiſſa concernunt, & concernent in futurum, efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant omnia, & quæcunque in eiſdem præſentibus litteris contenta perpetuò, firmiter, & inuiolabiliter obſeruari; contradictores & rebelles per ſententias, & cenſuras Eccleſiaſti-

Cardinales eiuſdē Cōgregationis executores huius conſtitutionis deputat.

cas, aliaq; opportuna iuris, & facti remedia appellatione postposita compescendo: inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit auxilio brachij secularis. Siquis autem fortasse, quod vix nobis persuaderi potest, successorum nostrorum huic nostro statuto, & ordinationi palàm, vel occultè contrauenerit, atque constitutam pecuniam in alium quàm præscriptum vsum verterit, aut ab aliis eius auctoritate fretis id fieri passus fuerit, eum seriò admonemus, vt meminerit, quam nobismetipsis quoad disponendnm de huiusmodi pecuniis, nostra, vt præfertur, parsimonia, & solicitudine ad hoc publicum, & pium opus cōparatis, & intuitu pietatis, atque ad subleuandas Christi pauperum necessitates per nos applicatis, & irrefragabilis donationis titulo, vt dictum est, concessis ac donatis, legem imposuimus, eandem etiam ab ipso, qui ex debito pastoralis officij annonæ vbertatem ad commune bonum Subditorum summo studio procurare tenetur, inuiolatè seruari debere; alioquin se in districto Dei iudicio suæ administrationis, & huius peculij ad piam huiusmodi causam destinati, si illud temerè violauerit, ac damnorum, & malorum, quæ inde prouenient, rationem fore redditurum; & præter actionem popularem, quam aduersus eos omnes, qui eorundem participes fuerint, proponimus, quoniam publica in hoc læderetur vtilitas; scire etiam volumus vniuersos, post derogantis, aut contra statuentis, aut mandantis obitum, quibusuis Romanis Pontificibus successoribus licere, & liberum esse, ijs quę contra statuta, aut mandata fuerint nequaquam obstantibus, etiam singulis de populo, sicuti in actionibus popularibus fit, ad agendum admissis, vel etiam nemine instante, pro resarcienda pecunia desumpta, illaq; recuperanda, aduersus Pontificis derogantis, & contra facientis atque Cardinalium, & aliorum quorumcunque, qui eius rei participes fuerint, posteros, seu coniunctos omnes, quibus ab ipso Pontifice, aut Cardinalibus, vel quibuscunque ex prędictis, bona quouis titulo, aut quauis de causa obuenerint, agere, & possessionem bonorum, quæ ad ipsos testamento, vel ab intestato delata fuerint, apprehendere & retinere, donec quicquid ex summa prędicta imminutū fuerit, id omne quàm citissimè etiam per bonorum alienationem, & distractionem redintegretur, ac in pristinum restituatur. Ac propterea omnia bona pręcipuè huic oneri, atque obligationi, cum ea quæ publici iuris sunt, priuatorum commodis omnino præferantur, addicta esse. Sicq; in præmissis vniuersis, & singulis per quoscunque Iudices, & Commissarios ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales, sublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate, & auctoritate in quauis causa, & instantia iudicari, & diffiniri debere: necnon si secus super his à quoquā quauis auctoritate scienter, vel ignoranter attentare contigerit, irritū & inane decernimus, & declaramus. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac Cameræ Apostolicæ prędictę iuramēto, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis & cōsuetudinibus, priuilegiis quoque indultis, & litteris Apostolicis quomodolibet concessis, approbatis & innouatis. Quibus omnibus, & singulis, etiā si de illis eorumq; totis tenoribus, specialis, specifica, expressa & indiuidua mentio, aut quęuis alia expressio, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum insererentur, præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque. Vt autem præsentes litterę ad omnium notitiam faciliùs peruenianr, iubemus eas ad valuas Lateranēn. & Principis Apostolorum de Vrbe Basilicarum, & in acie Campi Floræ de more affigi, & inibi, ac in Camera Apostolica quamprimùm publicari, ac earum exēpla tam in prędictis locis affixa relinqui, quàm etiam in libris ipsius Camerę describi, & ad perpetuam memoriam conseruari. Quibus quidem exemplis etiam impressis, manu Notarij publici subscriptis, ac sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutę munitis, eandem fidem in iudicio, & extra illud vbique adhiberi volumus, quę eisdem pręsentibus litteris adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensę. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrę applicationis, appropriationis, incorporationis, concessionum, donationis, elargitionis, abdicationis, statuti, ordinationis, interdicti, prohibitionis, voluntatum exemptionis, liberationis, constitutionum, inhibitionis, deputationis, commissionis, mandati, admonitionis, propositionis, decreti, declarationis, derogationis,

Successoribus indicat legem sibi impositā, vt eam seruēt, alioquin in districto Dei iudicio rationē reddēt & Successoribus, pro resarciēda pecunia hinc malè deprompta licebit egere cōtra Pōtificis contrauenientis & Cardinaliū, ac aliorum qui participes erūt posteros & cōiunctos omnes, ad quos eorū bona quouis modo peruenerint.

Hoc idem statuit hic Pont. contra depromentes pecuniariū subsidiū S. R. E. per eū in Arce S. Angeli repositum vt infra in eius const. 23.

Decretum irritās apponit.

Clausulas derogatorias addit.

Formā & effectū publicationis huius constitutionis subnectit.

tionis, & iussionis, infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo quingentesimo octuagesimo septimo, xvij. Kal. Aprilis. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

✠ Ego Sixtus Catholicæ Ecclesiæ Episcopus subscripsi.

✠ Ego A. Card. Farnesius Episc. Ostieñ. Vicecancellarius.
✠ Ego Io. Antonius Episcopus Portueñ. Card. S. Georgij.
✠ Ego Alphonsus Card. Gesualdus Episcopus Tusculanus.
✠ Ego Innic. Aualos Card. de Arag. Episcopus Sabinen.
✠
✠ Ego Ptolemæus Card. Comensis Episcopus Albaneñ.
✠
✠ Ego Marcus Siticus Card. ab Altaemps tit. S. Mariæ Transtiberim.
✠ Ego P. Card. Sanctacrucius tit. Sancti Clementis.
✠
✠ F. Michael Bonellus Cardinalis Alexandrinus, tit. S. Mariæ supra Mineruam.
✠ Ego Ludouicus Card. Madrutius, tituli S. Anastasiæ.
✠ Ego Nic. Cardinalis de Pelleue, tit. S. Praxedis.
✠ Iul. Ant. tt. S. Bartholomæi in Insula, Presb. Card. Sanctæ Seuerinæ.
✠ Ego Hieronymus Card. Rusticucius tt. S. Susannę.
✠ Ego Io. Hieronymus Card. Albanus, tt. S. Io. ante portam Latinam.
✠ Ego Hieronymus Card. Simoncellus.
✠
✠ Ego Petrus Card. Deza.
✠
✠
✠ Ego A. tt. SS. Io. & Pauli Presb. Card. Carafa.
✠ Ego Io. Ant. Card. SS. Quatuor.
✠ Ego Io. Baptista Card. Sancti Marcelli.
✠
✠
✠
✠ Ego Franc. Card. de Ioyeuse, tit. Sanctiss. Trinitatis in Monte Pincio.

✠ Ego Iulius Cardinalis Cananus, tituli S. Eusebij.
✠ Ego Nicolaus, tituli S. Cæciliæ Card. Cremonen.
✠ Ego Antonius Maria Card. Saluiatus, tit. S. Mariæ de Pace.
✠ Ego Augustinus Card. Veroñ. tit. Sancti Marci.
✠ Ego Vincentius, tit. S. Mariæ in Via Card. Montis Regalis.
✠
✠
✠
✠ Ego Scipio Card. Lancellotus, tit. S. Saluatoris in Lauro.
✠
✠ Ego Henricus tit. S. Pudentianę Card. Caetanus S. R. E. Camerarius.
✠ Ego Io. Baptista, tit. S. Mariæ in Ara cęli, Card. Castrucius.
✠
✠
✠ Ego Dominicus, tit. S. Laurentij Card. Pinellus.
✠ Ego Hippol. tit. S. Pancratij Card. Aldobrandinus, Maior Pęnitent.
✠ Ego Hieronymus tt. S. Petri ad Vincula Card. de Ruuere.
✠
✠ Ego F. Hieron. tit. S. Tho. in Parione Card. Asculan.
✠ Ego Antonius Maria, tit. S. Agnetis in Agone Presb. Cardinalis Perusinus.
✠ Ego F. Constantius Card. Sarnanus, tit. S. Petri in Monte aureo.
✠ Ego G. Alanus, tituli Sancti Martini Card. Anglican.
✠ Ego Scipio, tituli S. Marię de Populo Presb. Card. Gonzaga.
✠ Ego Antonius Cardinalis Saulius, tituli S. Vitalis.
✠ Ego Euangelista Card. Cusentinus, tit. S. Matthæi in Merulana.
✠

✠ Ego F. Stephanus Card. Aretinus, tit. SS. Marcellini, & Petri.
✠
✠
✠
✠ Ego F. Cardinalis Sfortia, Diac. S. Nicolai in Carcere.
✠
✠ Ego A. Diaconus S. Eustachij Card. Montaltus.

✠ Ego Hieronymus S. Mariæ in Cosmedin, Diaconus Card. Matthæius.
✠ Ego Benedictus S. Agathæ, Diaconus Card. Iustinianus.
✠ Ego Ascanius SS. Viti, Modesti, & Crescentij S. R. E. Diaconus Card. Columna.
✠
✠ Ego Federicus S. Mariæ in Domnica, Diaconus Card. Borromæus.

Publicatio. Anno à Natiuitate Domini, Millesimo quingentesimo octuagesimo octauo, Indictione prima, die vero Sabbati, Septima Mensis Maij, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Nostri Domini Sixti diuina prouidentia Papę V. Anno eius Quarto. Retroscriptæ litteræ Apostolicæ, affixæ, lectæ, & publicatæ fuerunt in valuis, seu portis S. Ioannis Lateranen. & S. Petri Principis Apostolorũ de Vrbe, necnon Cancellariæ Apostolicæ, & aciei Campi Floræ, & per aliquod temporis spatium dimissę, per nos Io. Baptistam Bagni, & Io. Burlurault, S.D.N. Papæ Curs.

Alex. Parabiacus Magister Curs.

XII.

Erectio Officij interponendorum Decretorum in Alma Vrbe eiusq; districtu, Et illius concessio ad fauorem Senatus Populiq; Romani.

Huiusmodi decreta aliàs interponebant in Alma Vrbe, Gubernator, Auditor Cameræ, Vicarius, & Senator, ac eorum Iudices, vt in Pij IIII. const. 85. fol. 776.



SIXTVS Episcopus Seruus Seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

Cvm ob innumeras Roman. Pontificis occupationes, & incertas humanæ conditionis prouidentias soleat non raro cõtingere ab eo gratias aliquas impetrari, quę in maximum alterius detrimentum postmodum redundare noscuntur, non potest iusta reprehensione notari, si hoc præiudicio cognito, gratias huiusmodi infringendas, ac reuocandas esse censeatur, vt quod suum est, vnicuique tribui possit, & conseruari. Nuper siquidem certis de causis tunc adducti officium decretorum in Alma Vrbe, ac toto illius districtu interponendorum pro vno Iudice, qui decretum suum, & Iudicis auctoritatem in omnibus, & singulis instrumentis quarumcunque donationum, insinuationum, alienationum tutorum, curatorum, & ad lites actorum dationum, seu deputationum, vel confirmationum pupillis, minoribus, mulieribus, ac hæreditatibus iacentibus, aditionum hæreditatum cum beneficio legis, & inuentarij, ac ipsorum inuentariorum confectionum, emancipationum, arrogationum, adoptionum & quorumcumque aliorum contractuum inter quascumque personas pro tempore iniendorum, in quibus voluntaria exercetur iurisdictio, & generaliter etiam in quibuscunque contractibus tam pupillorum, minorum, mulierum, quàm quarumcunque aliarum personarum, in quibus tam ex forma iuris communis, quàm ex dispositione quorumcunque statutorum dictę Vrbis, & aliorum locorum ipsius districtus, vel ex forma quarumcunque constitutionum, decretum, ac Iudicis auctoritas huiusmodi interponi solent, & debent priuatiuè quoad omnes alios etiam Vicarij nostri, Gubernatoris, Auditoris Camerę Apostolicę, Capitolij, Burgi etiam nostri, aliorumq; dictę Vrbis, ac quarumcunque Ciuitatum, Castrorum, Terrarum, Oppidorum, & locorum ipsius districtus Vrbis nobis, & S.R.E. mediatè, vel immediatè subiectorum Tribunalium Iudices interponeret, seu interponi faceret per alium, seu alios iuris vtriusque Doctorem, seu Doctores ab eo pro tempore ad sui nutum ponendum, deputandum, & amo-

Instituit hic Pontifex Officium vacabile interponendi decreta in Vrbe & eius districtu, priuatiue quo ad omnes Iudices Vrbis & districtus erexit.

amouendum, seu ponendos, deputandos, & amouendos Apostolica auctoritate perpetuò ereximus, & instituimus, illudq; à primęua erectione, & institutione huiusmodi vacans dilecto filio Paulo Quintilio Roman. per eum qnoad viueret tenendum, regẽdum, & gubernandum cum omnibus & singulis suis honoribus, oneribus, iuribus, regalibus, emolumentis, & facultatibus solitis, & consuetis, solutis tamen per eundem Paulum pro nostra, & Sedis Apostolicę subuentione quinque millibus scutis auri in auro Motu proprio, & ex certa nostra scientia, ac de Apostolicę potestatis plenitudine concessimus & assignauimus; decernentes quæcunque instrumenta, in quibus decretum & Iudicis auctoritas huiusmodi, vt pręfertur, interponi solent, & debent ex tunc deinceps ipsius Iudicis, seu ab eo vt pręfertur deputandi decretum, & auctoritas interpositum, & interposita non foret, vt pręfertur perinde haberi debere, ac si nullatenus Iudicis decretum, & auctoritas interpositum seu interposita in eis fuisset. Inhibentes prætérea omnibus, & quibuscunque dictorum Tribunalium Iudicibus, & Notariis, & quibusuis aliis ne ex tũc de cætero in aliquibus ex supradictis instrumentis, contractibus, & actibus decretum, & Iudicis auctoritatem interponere auderent, vel pręsumerent: quòd si per quemcunque dictorum Tribunalium Iudicem etiam si speciali mentione indigeret in præmissis decretum, & Iudicis auctoritatem huiusmodi interponendo contrauentum foret, Iudex contraueniens, & Notarius, qui de huiusmodi decreto, & Iudicis auctoritate se rogauerit, pœnam priuationis officij ipso facto absque alia declaratione incurrerent, ac incurrisse censerentur, & aliàs prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur. Cum autem sicut postmodum cognouimus dilecti filij Senatus Populusq; Roman. de quorum interesse in hoc officio exercendo plurimum agitur, cæteris pręferri debeant, & per dicti officij alienationem maximum damnum, & præiudicium eisdem Senatui, & Populo inferatur, & inferri possit, Nos pro nostri Pastoralis officij debito præmissis incommodis obuiare cupientes, Motu simili, non ad ipsorum Senatus, & Populi aut alicuius pro eis nobis super hoc oblatę petitionis instantiam, sed ex mera deliberatione, ac certa scientia nostris, deq; Apostolicę potestatis plenitudine erectionem, institutionem, & concessionem præfatas, ac inde secuta quæcunque, necnon dictas litteras desuper confectas earum tenores, ac datam cum omnibus, & singulis in eis contentis clausulis, cautelis, decretis, & derogationibus perinde ac si de verbo ad verbum insererentur præsenribus pro expresfis habentes etiam quòd Motu, scientia & potestatis plenitudine similibus, ac sub quibuscunque verborum formis & tenoribus, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisq; efficacioribus, & insolitis clausulis, & decretis illæ emanauerint, ac in eis caueatur expresè, quòd ipse Paulus ab eodem officio nisi legitima subsistente causa amoueri nequeat, Apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuo reuocamus, cassamus, & annullamus, ac pro reuocatis, cassatis, & annullatis haberi volumus, ipsumq; Paulum à dicto officio destituimus penitus, & amouemus, restitutis tamen eidem Paulo per eosdem Senatum, & Populum dictis quinque millibus scutis ac omnibus damnis, & interesse per ipsum passis, ac arbitrio dilecti filij nostri Hieronymi Sanctę Marię in Cosmedin Diaconi Cardinalis Matthęi nuncupati declarandis, eosdemq; Senatum, & Populum in locum dicti Pauli quò ad dicti officij emolumenta, honores, iura, & iurisdictiones, & aliàs iuxta dictarum litterarum continentiam, & tenorem, excepta tamen dicti officij vacatione, surrogamus: ita quòd Senatus, & Populus huiusmodi dicto officio vti, frui, potiri, & gaudere, ac de illo in perpetuum disponere, ac illud per personas idoneas, & sibi benè visas ad id eligendas, & prout sibi videbitur amouendas, & alias loco amotorum huiusmodi subrogandas exerceri facere liberè, & licitè valeant: decernentes eosdem Senatum, & Populum per nos, seu successores nostros Roman. Pontifices, aut Sedem, vel Cameram Apostolicam, ab eodem officio nullo vnquam tempore amoueri posse, aut debere, ac illud ex titulo merè oneroso obtinere, Necnon pro dictorum Senatus, & Populi securitate, & indemnitate, ac pręmissorum omnium obsernatione, & executione omnia, & singula eiusdem Cameræ bona mobilia, & immobilia, præsentia, & futura, omnino obligata existere prout nos harum serie in amplissima eiusdem Cameræ forma cum omnibus, & singulis clausulis, decretis, & cautelis in similibus obligationibus apponi solitis, & necęssarijs ita quòd generalitas specialitati non deroget, & è contra ex causa

Illudq; Paulo Quintilio pro Sedis Apost. subuẽtione scuta quinq; millia soluenti cõcessit.

Inhibuit quoque omnib' Iudicibus prædictis, ne huiusmodi decreta interponerẽt, & Notariis ne de illorũ decretis se rogarent sub pœnis hic expresśis.

Qui autẽ essent Iudices competentes interponẽdi decreta in Vrbe indicaui hic sup. in rub.

Nunc verò d. Paulũ à d. officio remouet, illudq; Senatui Populoq; Ro. cum eisdẽ emolumentis & iurisdictionibus & facultate pꝑpetuo de eo disponendi concedit.

Et pro illius securitate omnia bona Sedi Cam. Apost. obligat.

causa & titulo oneroso obligamus, & hypothecamus, & si vllo vnquam tempore contigerit maius pretium dicta summa ab aliis pro consequendo dicto officio reperiri, illud omne, & totum cuiuscunque summæ, & quantitatis fuerit, etiam si dimidiam, vel maiorem partem iusti pretij excedat, eisdem Senatui, & Populo gratiosè, & irreuocabiliter ac perpetuò etiam donatione inter viuos remittimus, & condonamus, Ac pręsentes ad

Clausulas præseruatiuas huiusmodi côcessioni apponit.

probationem pręmissorum vbique tam in iudicio quàm extra illud sufficere, nec alterius rei adminiculum requiri, aut nullo vnquam tempore quouis prętextu, etiam ex eo quòd dictus Paulus, seu illius hæredes aut successores, vel quicunque alij in pręmissis interesse pręțendentes, vocati non fuerint, nec præmissis consenserint, aut in eis tractatus, diligentiæ, & quęcunque alię solemnitates, ac alia de iure, consuetudine, vel priuilegio, seu iuxta decreta, ordinationes, reformationes, aut statuta eiusdem Cameræ ac litteras, & concessiones Apostolicas super tractatibus & formis in venditionibus rerum, & bonorum dictę Camerę edita, vel aliàs quomodolibet requisita, non interuenerint, aut etiam enormis, & enormissimæ læsionis, seu quouis alio defectu notari, impugnari, inualidari, aut ad terminos iuris reduci, seu in ius vel controuersiam reuocari posse, ac vim validi, & efficacis contractus inter nos & dictam Cameram ex vna, & eosdem Senatum & Populum partibus ex altera ritè, & rectè initi, & stipulati habere: dictamq; Cameram ad prędictum Senatum, & Populum in iuribus, & aliis pręmissis manutenendum, & ab omni damno & læsione, liteq; & causa immunes, indemnes, & exemptos conseruandum tene-

Decretum Irritans adiicit.

ri, & obligatam existere: Sicque per quoscunque Iudices, & Commissarios quauis auctoritate fungentes, & S.R.E. Cardinales, & causarum Palatij Apostolici Auditores, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate & auctoritate iudicari, & diffiniri debere. Irritum quoque, & inane quicquid secus super his à

Executores huius constitutionis deputat.

quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca dilecto filio nostro Henrico tituli S. Pudentianæ Presbytero Cardinali Caetano nuncupato S.R.E. Camerario, & Venerabili fratri Petro Episcopo Spoletano officiorum Romanæ Curiæ, & Status Ecclesiastici Præsidenti, ac moderno, & pro tempore existenti Vrbis Senatori, aliisq; ad quos spectat, & in futurum quomodolibet spectabit, & eorum cuilibet per Apostolica scripta Motu simili mandamus: quatenus eisdem Senatui, & Populo, ac ab eis pro tempore ad huiusmodi officij exercitium deputandis, in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes per seipsos, vel alium, seu alios, præsentes litteras, & in eis contenta quæcunque debitæ executioni demandent, ac ab omnibus inuiolabiliter obseruari, eosdemq; Senatum, & Populum omnibus pręmissis, ac singulis alijs eidem Paulo in dictis nostris litteris concessis perpetuò pacificè frui, & gaudere faciant, atque procurent: necnon quibuscunque Iudicibus, & Notariis etiam sub sententiis, censuris Ecclesiasticis, ac etiam pecuniariis pœnis eorum arbitrio imponendis, & applicandis, iuxta pręsentium ac litterarum eidem Paulo concessarum huiusmodi tenorem inhibeant, & inhiberi faciant, Non permittentes Senatum, & Populum, ac personas ad huiusmodi officij exercitium, vt præfertur eligendas, & deputandas super pręmissis omnibus, & singulis per quoscunque contra earundem pręsentium tenorem quomodolibet molestari, perturbari, vel impediri. Contradictores quoslibet, & rebelles, ac præmissis non parentes per easdem sententias, censuras, & pœnas, aliaq; opportuna iuris, & facti remedia omni, & quacunque appellatione penitus, & omnino postposita compescendo, ac legitimis super his habendis seruatis processibus sententias, censuras, & pœnas ipsas etiam iteratis vicibus aggrauando; inuocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachij

Clausulas derogatorias subnectit.

sæcularis. Non obstantibus præmissis, ac nostra de non tollendo iure quæsito, aliisque constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon dictæ Cameræ iuramento confirmatione Apostolica vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; priuilegiis quoque indultis, & litteris Apostolicis eidem Cameræ, illiusq; Camerario præsidentibus, & Clericis ac quibusuis aliis personis sub quibuscunque tenoribus & formis, ac cum quibusuis clausulis, & decretis etiam vim generalis legis, ac statuti perpetui, & initi, ac stipulati contractus inducentibus, & aliàs in contrarium quomodolibet concessis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, & singulis etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumq; totis tenoribus specialis, specifica, expressa & indiui-

indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quæuis alia expresio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, eorum omnium, & singulorum tenores, ac si de verbo ad verbum exprimerentur & insererentur præsentibus pro sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris hac vice dumtaxat harum serie specialiter & expreßè Motu, scientia, & potestatis plenitudine prædictis derogamus, ceterisq; contrariis quibuscunque. Volumus autem quòd per præsentes nullatenus intelligatur præiudicatum iurisdictioni Auditoris Cameræ, qui decreta interponere sicuti ante concessionem dicto Paulo factam consueuerat, possit, & valeat. Quodq; earundem præsentium transumptis etiam impressis Secretarij ipsorum Senatus, & Populi vel Notarij publici manu subscripris, ac sigillo ipsorum Senatus, & Populi vel alicuius Collegialibus Curię Capitolij seu personæ in dignitate Ecclesiastica constitutę munitis, eadem prorsus in iudicio, & extra adhibeatur, quę eisdē præsentibus adhiberetur si forent exhibitę, vel ostensæ. Quodq; ipsę litterę valuis Cancellarię Apostolicæ, & Curię Capitolij, dimissis ibi copiis publicatæ, & affixæ, omnes, & quoscunque ita afficiant, & arctent, ac si illis personaliter intimatę fuissent. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrę reuocationis, cassationis, annullationis, destitutionis, amotionis, subrogationis, decreti, obligationis, hypothecationis, remissionis, condonationis, mandati, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo quingentesimo octuagesimo octauo, Vndecimo Kalen. Maij, Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Declarat etiā quod A. C. interponere valeat decreta sicut poterat ante d. cōcessionem factam d. Paulo p̄dicto. Quod ego indicau. hic sup. in rubr.

Formā & effectu publicationis huius constitutionis addit.

P. Episc. Spoletan. Pre.

A. de Ponte.

Die quarta Mensis Iulij 1588. Præsentes litteræ Apostolicę præsentatæ fuerunt in plena Camera Apostolica & viij. Reuerendisimus D. I. Vitellius dictæ Cameræ Decanus ex decreto eiusdem Cameræ Vi. eiusdem facto, citato prius R. P. D. Ioffredo Lomellino eiusdem Cameræ Generali Commissario illas admisit, & registrari mandauit prout successiuè registratæ fuerunt in eiusdem Camerę libris scilicet lib. ij. signaturarum Sanctiss. D. N. fol. 124. penes me infrascriptum Cameræ prædictæ Notarium. Publicatio.

Tydeus de Marchis.

Sequitur nunc tenor supradictæ concesionis factæ d. Paulo Quintilio.

Sixtus Episcopus Seruus Seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Romanus Pontifex in suprema Iustitiæ sede & potestatis plenitudine à Domino constitutus in publicis Vrbis muneribus & officiis ad meliorem & firmiorem statum reducendis diligenter pro iniuncto sibi Apostolicæ seruitutis officio constituit, ac in ijs eiusdem officij sui partes perinde interponit, prout personarum rerum & temporum qualitatibus pensatis conspicit in Domino salubriter expedire. Cum itaque, sicut accepimus, sæpenumero contingat in Vrbe illiusque districtu tutores, & actores ad lites minus vtiles seu etiam cum fideiussoribus minus idoneis pupillis & minoribus dari & deputari, contractusq; qui de iure illis non sunt permissi, ex Iudicis decreto qui illud causa minus quam par est cognita, interponit & instrumenta non videt, nec curat alienantium vtilitatem, nec causas alienationum cognoscit validari: & vt hisce incommodis obuiam iri poßit, operæpretium esse duximus, ac necessarium in Vrbe & toto illius districtu vnum officium Iudicis, qui causa per eum diligenter cognita, decretum suum interponat erigi & institui. Motu igitur proprio, & ex certa scientia nostra, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine in dicta Vrbe & toto illius districtu vnum officium Iudicis ad instar aliorum Rom. Cu. officiorum vacabilium & resignabilium vacabile & resignabile pro vno Iudice, qui recte & iuste decretum suum & auctoritatem in omnibus & singulis

singulis instrumentis quarumcunque donationum, insinuationum, alienationum, tutorum & curatorum, ac ad lites actorum dationum, seu confirmationum pupillis, mulieribus, minoribus, ac hæreditatibus iacētibus, aditionum hæreditatum cum beneficio legis & inuentarij, ac ipsorum inuentariorum, confectionum, emancipationum, arrogationum, adoptionum, & quorumcunq; aliorum contractuum inter quascunq; personas pro tempore iniendorum in quibus voluntaria exercetur iurisdictio, & generaliter etiam in quibuscunque contractibus tam pupillorum, minorum, & mulierum, quàm quarumcunque aliarum personarum, in quibus tam ex forma iuris communis, quàm ex dispositione quorumcunque statutorum Vrbis & aliorum locorum ipsius districtus, vel ex forma quarumcunque constitutionum decretū interponi debet, vel solet, Priuatiue quoad omnes alios etiam Vicarij nostri, Gubernatoris, Auditoris Cameræ, Capitolij, Burgi etiam nostri, aliorumque dictæ Vrbis Tribunalium, ac quarumcunque Ciuitatum, Castrorum, Terrarum, & oppidorū ipsius districtus Vrbis Nobis & S. R. E. mediatè vel immediatè subiectorū, Iudices interponat seu interponi facere per alium seu alios Iuris vtriusq; doctorem, seu doctores ab eo pro tempore ad sui nutum ponendum, deputandum & amouendum, ac ponendos deputandos & amouendos, visis per eum & subscriptis instrumentis, in quibus decreta veniunt interponenda in Vrbe: in districtu vero huiusmodi pro maiori contrahentium commoditate per deputandos vt supra absque alia ipsius Iudicis subscriptione: in loco seu locis per eum & ab eo deputandis pro tribunali eligendis; illudq; officium in nostris & pro tempore existentis Rom. Pont. manibus quandocunque sibi placuerit in fauorem cuiuscūque personę ad id munus exequendi idoneę, & per eum nominandæ ad instar aliorum dictę Curiæ officiorum vacabilium & resignabilium resignare liberè & licitè valeat: ita vt resignationes huiusmodi validę & efficaces existāt, ac suos effectus sortiri, ac pro signatura concessionis officij prędicti per resignationē pro tempore vacantis ducenti ducati auri de Camera nostro & pro tēpore existēti Rom. Pont. Datario ratione cōpositionis propterea debite persolui debeāt, Apostolica auctoritate tenore prǽsentiū perpetuo erigimus & instituimus, ac quod ipsum officium sic erectū & institutū ad quinque annos a data prǽsentium computan. per obitum illud pro tempore obtinentis minime vacet, sed eiusdem interea decedentis successor ad soluen. illius hæredibus & successoribus etiam ab intestato integrum dicti officij pretium tunc reperibile teneatur, ipsiq; hęredes & successores ad pretium & pro illo ad dictum officium vsque ad integram ipsius pretij solutionem directam habeant actionem, & pro ea vice dumtaxat super pretio huiusmodi quantumcunque fuerit personam ad dictum officium assumen. conuenire liberè & licitè possint volumus & concedimus. Ne autem officium huiusmodi diutinæ vacationis exponatur incommodis, sed omnia quæ ad illud pertinent quanto citius exequantur, de dilecti filij Pauli Quintilij I. V. D. Ciuis Rom. ac in Vrbe aduocati recto iudicio & integritate, ac iuris peritia in officio huiusmodi exercendo plurimum in Domino confisi, volētes eidem Paulo prǽmissorum meritorum suorum intuitu gratiam facere specialem, ipsumq; Paulum à quibusuis excommunicationis, suspensionis & interdicti aliisq; Ecclesiasticis sententijs, censuris & pœnis a iure vel ab homine quauis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectū infrascriptorum dūtaxat consequen. harum serie absoluentes & absolutum fore censentes. Motu simili, & ex mera deliberatione, ac scientia nostra, necnō potestatis plenitudine præfata, officium prædictum à primæua illius erectione & institutione huiusmodi vacans eidem Paulo per eum quoaduixerit tenendum, regendum, & gubernandum cum omnibus & singulis suis honoribus, oneribus, iuribus, regalibus, salarijs & emolumentis solitis & consuetis, & quæ ceteri Iudices quorumcunque tribunalium huiusmodi perceperunt & consequuti fuerūt auctoritate præfata concedimus & assignamus. Declarantes quòd per huiusmodi officij concessionem non prohibeatur dicto Paulo in omnibus causis patrocinari, & aduocare sicut hactenus fecit & consueuit, ipsumq; Paulum ad dictum officium eiusq; liberū exercitium ac iura, regalia & emolumenta prædicta ex nunc recipimus & admittimus, ac per eos ad quos spectat, seu pro tempore spectabit recipi & admitti, receptumq; & admissum in illo quoad vixerit manuteneri debere, ipsumq; Paulum qui pro subuentione Sedis Apostolicæ scuta 5000. auri in auro pro dicto officio in prompta & numerata pecunia

Erectio officij interponendi decreta in Vrbe & eius districtu.

Concessio dicti officij ad fauorem d. Pauli Quintilij solutis sc. 5000. pro necessitatibus S. R. E.

cunia Depositario Datarij nostri persoluit per nos seu successores nostros Rom. Pont. aut Sedem prædictam seu Cameram Apostolicam ex quauis causa inuitum ab eodem officio amoueri, aut illius emolumenta & regalia minui vel subtrahi nullo modo nullaue ratione posse & debere decernimus, pręcipimus & mandamus. Necnon pro dicti Pauli securitate & indemnitate, ac præmissorum omnium obseruatione & executione, ac euictione, necnon generali & particulari defensione & manutentione, ac conseruatione iurium dicti Pauli omnia & singula eiusdem Cameræ, iura, res, & bona mobilia & immobilia, præsentia & futura in amplissima eiusdem Camerę forma cum omnibus & singulis clausulis, decretis & cautelis in similibus obligationibus apponi solitis & necessariis ita quòd specialitas generalitati non deroget, nec è contra ex causa & titulo oneroso obligamus & hypothecamus, & si vllo vnquam tempore contigerit maius pretium dicta summa ab alijs pro consequēdo dicto officio reperiri, illud omne & totum cuiuscunque summæ & quantitatis fuerit, etiā si dimidiam vel maiorem partem iusti pretij excedat, eidē Paulo gratiose irreuocabiliter & perpetuò, etiam donatione inter viuos, remittimus & condonamus. Decernentes præsentes nostras litteras sub ea per quam in principio cuiusq; Pōtificatus Rom. Pont. reuocantur quæcunque facultates percipiendi pretium officiorum in toto vel parte, ac quæuis dispositiones per quemcunque prædecessorē Rom. Pont. de officiis vacaturis etiam in vim contractus & ex titulo oneroso, ac sub quacūque verborū forma pro tempore factæ, ac omnino sub aliis constitutionibus, reuocationibus, suspensionibus, derogationibus, limitationibus, decretis, & declarationibus generalibus & specialibus quomodolibet editis & edendis, ac factis & facien. minime comprehēdi, sed semper ab illis exceptos, & quoties illæ emanabunt, toties in pristinum & validissimum statū restitutas & repositas, ac plenarie reintegratas, & de nouo concessas fore & esse, ac censeri, dictoq; Paulo eiusq; hæredibus & successoribus suffragari debere: necnō easdem pręsentes litteras ad probationem pręmissorum vbique tam in iudicio quàm extra illud sufficere, nec ad id alterius probationis adminiculum requiri, ipsasque nullo vnquam tempore quouis prætextu etiam enormis & enormissimæ læsionis, aut quòd in præmissis habentes seu prætendentes interesse ad id vocati non fuerint, nec præmissis consenserint, ac in eis tractatus diligentię & quęcunque alię solemnitates ac alia de iure, cōsuetudine vel priuilegio seu iuxta decreta, ordinationes, reformationes, aut statuta Camerę Apostolicæ, ac litteras & concessiones Apostolicas super tractatibus & formis in venditionibus rerum & bonorum dictæ Cameræ edita, vel aliàs quomodolibet requisita non interuenerint irritari, impugnari, inualidari, aut ad terminos iuris reduci, seu in ius vel controuersiam reuocari posse, ac vim validi & efficacis contractus inter nos & dictam Cameram ex vna, ac Paulum & hæredes successoresq; suos pręfatos partibus ex altera rite & recte initi & stipulati contractus ac iuramenti habere, dictamque Cameram ad Paulum, & hęredes suos prædictos in iuribus & aliis præmissis manutenendos & ab omni damno, læsione, lite, causa, seu controuersia, immunes, indemnes, & exemptos conseruandos teneri & obligatam esse, Necnon quæcunque instrumenta donationum, insinuationum, alienationum, venditionum, statutorum, dationum, ac curatorum & actorum ad lites deputationum, ac generaliter omnium & singulorum in quibus decreta huiusmodi tam de iure, quàm vigore statutorum vt supra respectiuè interponi solent & debent, & aliorum contractuum & actorum præfatorum in quibus deinceps post præsentium denunciationem decretum & auctoritas ipsius Iudicis seu ab eo deputandi interpositum non fuerit, vt præfertur, perinde habēda esse, ac si nullatenus Iudicis decretum interpositū in eis fuisset. Inhibentes propterea omnibus & quibuscunque iudicibus prædictis, ne de cetero audeant vel præsumant in aliquibus, ex supradictis instrumentis, contractibus & actibus decretum aliquod interponere seu interuenire. Quòd si per quemcunq; Iudicem Rom. Cur. etiam Burgi nostri & etiam in districtu prędicto etiam si speciali mentione indigeret, in præmissis decreta huiusmodi interponendo contrauentum fuerit, ipsum Iudicem contrauenientem huiusmodi ac notarios, qui de huiusmodi decretis ab alio iudice interponendis se rogauerint, pœnam priuationis officij incurrisse & incidisse ipso facto absque alia iudicis declaratione ex nunc, prout ex tunc, & è contra & ad alia officia obtinenda inhabiles esse, etiam decernimus & declaramus: quo vero ad partes contrahentes vltra

Obligatio bonorum Sedis & Cam. Apost. pro securitate d. Pauli.

Clausulæ præseruatiuæ.

Annullatio cō tractuum sine d. Pauli decreto fien.

Pœnæ Iudicū & Notariorum & partium quę in pręmissis cōtrauenerint.

K nulli-

nullitatem dictorum decretorum & instrumentorum de qua semper & per quemcunque dari possit sub pœna centum ducatorũ auri de Camera pro quolibet decreto & qualibet vice pro vna dictæ Cameræ, & altera medietatibus ipsi Iudici eo ipso applicãdorũ, omni & quacunq; appellatione remota, Sicq; per quoscunq; Iudices & Commissarios quauis auctoritate fungen. etiam S.R.E. Card. necnon causarum Palatij Apostolici Auditores, sublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate & auctoritate iudicari & diffiniri debere: irritumq; & inane si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter attentari contigerit, similiter decernimus. Mandantes propterea dilecto filio Henrico tituli S. Pudentianæ Presbytero Cardinali Caetano nuncupato, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Camerario, & venerabili fratri Petro Episcopo Spoletan. officiorum Romanæ Curiæ & Status Ecclesiastici Pręsidenti, ac dilecto filio nostro causarum Cameræ Apostolicæ generali Auditori, aliisq; ad quos spectat & in futurum quomodolibet spectabit, & eorum cuilibet, vt eidem Paulo in pręmissis efficacis defensionis pręsidio assistentes per seipsos, vel alium, seu alios pręsentes litteras & in eis contenta quęcunque debitę exequutioni demandent, & obseruari vbique faciant, sub sententiis, censuris & pœnis eorum arbitrio imponendis, cum potestate citandi, & inhibendi sententiasq; censuras & pœnas præfatas reaggrauandi, ipsasque incurrisse seruata forma Concilij Tridentini declarandi, omniaq; alia & singula faciendi, gerendi, & exequendi, quę in pręmissis & circa ea necessaria fuerint quomodolibet vel opportuna: non permittentes desuper per quoscunque contra earundem pręsentium tenorem quomodolibet indebitè molestari, perturbari, vel impediri. Cõtradictores quoslibet & rebelles, ac præmissis non parentes per sententias, censuras & pœnas aliaq; opportuna iuris & facti remedia appellatione postposita compescendo, inuocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachij sęcularis. Non obstantibus pręmissis & nostra de non tollendo iure quęsito ac aliis constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, necnõ Vrbis & Cameræ præfatæ iuramento, cõfirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis & consuetudinibus etiam quantumuis longissimo tempore pacificè obseruatis: priuilegiis quoque indultis exemptionibus, immunitatibus, & litteris Apostolicis, dilectis filiis Populo Romano, ac omnibus & singulis supradictis, ceterisq; iudicibus & personis quibuscunque sub quibusuis tenoribus & formis, ac cum quibusuis etiã derogatoriarum derogatoriis, aliisq; efficacioribus & insolitis clausulis irritantibusq; & alijs decretis in genere vel in specie etiam in vim generalis legis & statuti perpetui, ac initi & stipulati ac vtrinque iurati contractus inducen. & aliàs quomodolibet & Motu pari vel simili, ac consistorialiter & de fratrum nostrorum consilio, ex quibusuis causis quantumuis grauibus & onerosis etiam pluries & multiplicibus vicibus concessis, approbatis & innouatis. Quibus omnibus etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumq; totis tenoribus specialis, specifica, expressa & indiuidua, nõ autem per clausulas generales idem importantes mentio habenda aut aliqua alia exquisita forma ad hęc seruanda foret, illis aliàs in suo robore permansuris hac vice dumtaxat specialiter & expresse motu, scientia & potestatis plenitudine præfatis harum serie derogamus, ceterisq; contrariis quibuscunque. Volumus autem quòd ex interpositione decreti huiusmodi, nihil omnino aliud emolumenti præfatus Paulus percipiat, nisi prout hactenus persolui consueuit: quodq; præsentium litterarum transumptis etiam impressis manu alicuius notarij publici subscriptis, & sigillo ipsius Iudicis, seu alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur si forent exhibitæ vel ostensæ. Quodque ipsæ litterę Camerę & Cancellarię Apostolicæ, ac Audientię causarum Palatij Apostolici valuis, & in acie Campi Floræ dimissis inibi copijs publicatę & affixæ ita afficiant etiam & arctent, ac si illis personaliter intimatæ fuissent. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ erectionis, institutionis, voluntatis, concessionis, absolutionis, declarationis, receptionis, admissionis, præcepti, mandati, obligationis, hypothecę, remissionis, condonationis, inhibitionis, derogationis & decretorum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare pręsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud S. Petrum, Anno

Decretum irritans.

Executorum deputatio.

Clausula derogatoriæ.

Declaratio vt solita pcipiantur emolumenta per d. Paulum.

Anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo quingentesimo octuagesimo septimo, Decimo Kalen. Februarias, Pontificatus nostri Anno Tertio.

P. Episc. Spoletan. Pref.

XIII.

De Tertijs Decies Centenis millibus nummum aureorum, in Arce Sancti Angeli repositis, inde nullo vnquam tempore, nisi in præscriptis casibus certaq; desuper seruata forma, depromendis.

Alia Decies centena millia hic idem Sanctiss. Pont. pro S. R. E. præsidio in primo, & alia decies centena, millia in secundo sui Pont. anno collegit, & in eadem Arce reposuit, indeq; promi vetuit, vt sup. in eius const. 33. fol. 94. & const. 72. f. 253. in pri. par.



SIXTVS Episcopus Seruus Seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

Etsi nos permultis superiorum temporum experimentis edocti, satis superq; intelleximus, quot quantisq; casibus humana sit obnoxia conditio: mens tamen nostra diuina quadam inspiratione à Patre luminũ Deo est tandem admonita, ad ea pro viribus parãda presidia, quibus Beati Petri Nauis, cuius gubernacula nobis, licèt immeritis, commissa sunt, inter varias miserabilis huius vitæ procellas tuta incolumisq; seruari posset. Proinde cum ad res difficiles explicandas, ac maxime pericula, grauissimaq; discrimina euitanda, pecuniarũ copiam quamplurimùm conferre dignosceremus, primo nostri Pontificatus anno decies centena nummùm aureorum millia; altero verò, altera itidem decies centena millia in certum, sanctiusq; Aerarium (quod in Pontificia S. Angeli Arce constitutum est) summa diligentia, industriaq; retulimus, ac de vtrisque decies centenis milibus nummis perpetuò asseruandis, nec vllo inde vnquam tempore nisi ad præscriptos, maximeq; necessarios vsus depromendis, & erogandis binas constitutiones edidimus, quarum tenores tametsi hic pro insertis, & expressis haberi volumus, illos nihilominus etiam de verbo ad verbum (quatenus opus sit) inseri mandamus. Verumtamen cum aduersus eiusdem Apostolorum Principis Nauem nouos quotidie concitari fluctus: Ac Turcarum precipuè Tyrannum atrocissimum Christiani nominis hostem ab immanissimis hæreticis, & schismaticis (qui iam non amplius de fide, aut de religione contendunt; sed de Catholicorum pernicie, & interitu dies noctesq; cogitant) sollicitari audiamus, vt ingentem instruat classem, totisq; viribus in Christianorum exitium insurgat, eosdemq; Ecclesiæ Dei perduelles, nihil in dies enixius moliri, quàm vt inconsutilem Christi Iesu Redemptoris Tunicam (hoc est, Catholicam Ecclesiam) discindant, ac Regna, & Populos à Christianis Principibus teterrimo impietatis eorum schismate alienent: quocirca ingentes, & luctuosas turbas in florentissimo Galliæ Regno iamdiu excitatas quotidie magis alere, atque conflare non desistunt, atque adeo in varijs Germaniæ locis equitũ, peditumq; collecta manu passim, ac impunè acerbiores iniurias, grauioraq; damna minitantur: Venerabiles fratres nostri S. R. E. Cardinales, quibuscum à nobis hac de re sæpius actum est, animaduertentes, maioribus malis ingruentibus maiori etiam pecuniarum præsidio Apostolicæ Sedi opus esse; operępretium duxerunt, vt à nobis alia Decies Centena nummùm aureorum millia pręter bina superiora Pontificio nostro in Aerario collocaremus. Nos vero, qui non ignoramus & Præsidem Ciuitatis frustra vigilare, nisi eam Dominus custodiat, & ipsum Dominum tentari, nisi qui præest vires, neruosq; omnes intendat, vt ea faciat, & præstet, quę ad Ciuitatem tuendam, seruandãq; pertineant, eorundem fratrum nostrorum consilium summopere probantes, clementissimi Dei benignitate freti ad huiusmodi pecuniarum summam cogendam, eamq; in idem Pontificium Aerarium referendam, mentem omnem, animumq; adiecimus. Motu proprio igitur, &

Hic Pont. ex vrgẽtissimis causis hic expressis, pro S.R.E. præsidio, in primo sui Pont. anno decies centena millia nũmũ aureorũ, & totidem in secũdo collegit, & in Arce S. Angeli reposuit, indeque promi vetuit vt sup. in eius const. 33. f. 94. & const. 72. fol. 253. in pri. par.

Et ĩ hoc tertio anno ex alijs causis hic enarratis, habita desuper cũ S. R. E. Card. consultatione, alia decies centena millia nummũ aureorum collegit.

Psal. 126.

Et modo in dicta Arce S. Angeli ea reponit, Deoq; & eius Virgini Matri Mariæ, ac SS. Apostolis Petro & Paulo dicat, indeq; promi (præterquam in casibus hic exceptis) prohibet.

ex certa nostra scientia, ac habita super hoc cum eisdem venerabilibus fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus in Consistorio nostro secreto matura deliberatione de eorum consilio, & vnanimi consensu, Hac præsenti nostra perpetuò valitura constitutione, dicta alia tertio loco Decies Centena millia nummum aureorum in eadem Arce nostra Pontificia S. Angeli, & sanctiori Aerario nunc recondimus, reponimus, & collocamus, ac Christo Domino nostro, Beatæ Mariæ semper Virgini, & Sanctis Apostolis Petro & Paulo offerimus, & dicamus, iisdem omnino legibus, & conditionibus quæ in prioribus nostris superius descriptis constitutionibus præscriptæ, & præfinitæ sunt; Declarantes nostræ voluntatis, mentisq; esse, vt quod in ipsis prioribus constitutionibus de recuperatione Terræ sanctæ, & generali expeditione contra Turcas dictum fuit, ijdem etiam locum obtineat quoad omnes has Deo dicatas pecuniæ summas, in recuperatione Regnorum à quibuscunque Catholicę Romanæ Ecclesię hostibus occupatorum, & in expeditione, quam contra eosdem decerni, ac fieri contigerit. Vbi verò in præscriptis casibus pecuniarum aliquid sumi necessitas postulauerit, volumus vt de tota summa tam superioribus annis, quàm etiam nunc reposita, hoc prorsus, & non alio modo pecuniæ sumantur, & erogentur: nimirum, vt in Consistorio secreto præscriptarum necessitatū qualitate, ac rerum, & temporum ratione diligenter perpensa, atque ita cogente, trium saltem ex quatuor partibus Cardinalium, qui Consistorio interfuerint, sicuti in præinserta constitutione nostra sancitum est, consensu, decreto, & subscriptione adhibitis, ex ternis Decies Centenis millibus aureorum nummum à nobis repositis non vltra sextam partem, id est non vltra Quingenta millia nummum promi liceat; & ea quidem Quingentorum millium summa, non tota simul, sed paulatim, moderatè, & successiuè depromatur per certas portiones, quæ in eodē Consistorio, in quo de tota re deliberabitur à tribus partibus Cardinalium, vt dictum est, omnibus diligenter examinatis, decretæ, & pręfinitæ fuerint. Quòd si ipsis Quingentis millibus erogatis, & consumptis, præscripti casus, & necessitates nouam impensam requisierint, tunc iterum proposita, & adhibita in Consistorio consultatione, si consensus, decretum, & subscriptio trium ex quatuor partibus Cardinalium (vt supra dictum est) accesserint, aliam summam, non tamen Quingenta millia aureorum excedentem, illamq; pariter non statim totam, sed moderatione ea seruata, eoq; quem diximus, modo limitatam, & præfinitam sumi posse permittimus.

Formamq; depromēdi pecunias in prædictis casib⁹. hic apponit, & seruari præcipit. Eandē formā habes in d. cōstit. 72.

Cęterum statuimus, prout alijs prioribus nostris constitutionibus ordinatum est, vt partes, & portiones pecuniæ supradictæ, quæ in aliquo ex præmissis casibus sumptę fuerint, cum eius impensæ faciendæ ratio cessauerit, omnino in ærarium, vnde depromptæ fuerunt, integrè restitui, ac reponi primo quoque tempore debeant. Has autem Deo dicatas pecunias nullo vnquam tempore, nisi aliqua ex ijs, quas diximus, necessitas vrgeat, & requirat, neque in totum, neque ex aliqua parte amoueri, erogariue quouis modo à nobis posse volumus, eamq; amouendi, & erogandi potestatem, & facultatem à nobis ipsis abdicamus. Idq; successores nostros Romanos Pontifices proposito sibi tremendo iudicio, in quo sūmo patrifamilias de administrata villicatione exquisita reddetur ratio: eodem planè modo facturos esse confidimus, & speramus. Tandemq; Deo per præsentes oblatam pecuniam vnà cum illa priori nos integram, vt dictum est, conseruaturos esse, ac perinde omnino ac res, & bona Ecclesiæ immobilia nos habituros promittimus, iuramus, & vouemus: & sicuti omnes Cardinales præsentes; & infrascripti vouerunt, promiserunt, ac iurarunt; ita per alios Cardinales nunc, & pro tempore existentes, ac per successores nostros, quando, & quoties superius ordinatum fuit, & iuxta formam nunc traditam iurari, promitti, ac voueri debere decernimus. Denique cętera omnia, & singula in eadem constitutione suprascripta, quomodolibet expressa, constituta, & decreta etiam in hac pecunia à nobis, vt præfertur, nunc collocata, & recondita, & quoad pręsentes nostras litteras in omnibus, & per omnia penitus, omnino, & inuiolabiliter obseruari, & locum habere volumus, pręcipimus, & mandamus. Si quis autem fortasse nostrorum Successorum, id quod minimè credimus, huic nostrę constitutioni omnino, aut aliqua ex parte derogare, aut contra statuere voluerit, aut deprompram pecuniam, vt supra sancitum est, in idem Aerarium non restituerit, admonemus post derogantis, aut contra statuentis, contraq; facientis obitum liberum esse successoribus ea derogatione,

Prædictaq; se obseruaturū iureiurando vouit & promittit, & sicut Cardin. infrascripti pśentes idē iurarūt & promiserunt, ita ab alijs Card. pro tēpore existentibus idem iurari & promitti iubet, prout in d. constit. 33. & const. 72.

Cætera omnia in d. const. 33. cōtenta denuo decernit & præcipit.

& qui-

& quibusuis alijs, quę contra statuta sunt non obstantibus, pro pecunia contra huius constitutionis pręscriptum sumpta, ac deprompta recuperanda tàm aduersus Pontificis derogantis, & contra facientis posteros, seu coniunctos omnes, quàm aduersus Cardinales idem consentientes, aut quoscunque eorum hęredes, quibus ab ipso Pontifice, aut Cardinalibus bona quouis titulo, vel quauis ratione obuenerint, agere, & possessionem bonorum, quę ad ipsos posteros peruenerint, adipisci, retinerię; donec quicquid pecuniæ depromptum est, id omne in Aerarium referatur, & restituatur, eaq́; ipsa bona si quomodo, vt supra dictum est, à forma per nos constituta recedi contigerit, huiusmodi obligationi, atque oneri obnoxia, & addicta esse voluimus, singulis quę in nostris litteris aduersari possent, vel quoquo modo obesse, penitus remotis, ac non obstantibus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ reconditionis, repositionis, collocationis, oblationis, dicationis, declarationis, permissionis, statuti, voluntatum abdicationis, promissionis, iuramenti, voti, decreti, pręcepti, mandati, & admonitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare pręsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ Apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo quingentesimo octuagesimo octauo. Quinto Kalen. Maij. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Successoribusq́; in aliquo contrauenientibus iudicat post eorũ obitũ licere Successoribus, pro pecuniæ deprompte recuperatione, contra ipsius Põt. contrauenientis posteros & coniunctos, & et ã Cardinales consentientes, & eorũ hæredes, qui aliqua bona a d. Pont. & Card. quoquo modo obtinuerunt vt hic & in dd. cõstit. 33. & 72. vbi notaui.

✠ Ego Sixtus Catholicæ Eccl. Episc. promitto, voueo, & iuro.

✠ Ego A. Card. Farnesius Episc. Ostieñ. Vicecancellarius promitto, voueo, & iuro.
✠ Ego Io. Antonius Episcopus Card. S. Georgij promitto, voueo, & iuro.
✠ Ego Alphonsus Card. Gesualdus Episc. Tusculanus promitto, voueo, & iuro.
✠ Ego Innic. Aualos Card. de Arag. Episcopus Sabinen. promitto, voueo, & iuro.
✠
✠ Ego Ptolemæus Card. Comensis Episcopus Albaneñ. promitto, voueo, & iuro.

✠
✠ Ego Marcus Siticus Card. ab Altaemps, tt. S. Marię Trãstib. promitto, voueo, & iuro.
✠ Ego P. Card. Sanctaerucius tit. S. Clementis promitto, voueo, & iuro.
✠
✠ F. Mich. Bonellus Card. Alexãdrin. tt. S. Mariæ sup. Mineruã promitto, voueo, & iuro.
✠ Ego Ludouicus Card. Madrutius, tit. S. Anastasiæ promitto, voueo, & iuro.
✠ Ego Nic. Card. de Pelleue, tit. S. Praxedis promitto, voueo, & iuro.
✠ Iul. Ant. tt. S. Bartholomęi in Insula Presb. Card. S. Seuerinę promitto, voueo, & iuro.
✠ Ego Hieronymus Card. Rusticucius tit. S. Susannę promitto, voueo, & iuro.
✠ Ego Io. Hieron. Card. Albanus, tt. S. Io. ante portam Latinã promitto, voueo, & iuro.
✠ Ego Hieronymus Card. Simoncellus promitto, voueo, & iuro.
✠
✠ Ego Petrus Card. Deza promitto, voueo, & iuro.
✠
✠
✠ Ego Ant. tt. SS. Io. & Pauli Presb. Card. Carafa promitto, voueo, & iuro.
✠ Ego Io. Antonius Card. SS. Quatuor promitto, voueo, & iuro.
✠ Ego Io. Baptista Card. Sancti Marcelli promitto, voueo, & iuro.
✠
✠
✠
✠ Ego Frãc. Card. de Ioyeuse, tit. S. Trinitatis in Mõte Pincio promitto, voueo, & iuro.
✠ Ego Iulius Card. Cananius, tit. S. Eusebij promitto, voueo, & iuro.
✠ Ego Nicolaus, tit. S. Cæciliæ Card. Cremonen. promitto, voueo, & iuro.

✠ Ego

✣ Ego Antonius Maria Card. Saluiatus, tit. S. Mariæ de Pace promitto, voueo, & iuro.
✣ Ego Augustinus Card. Veroñ. tit. Sancti Marci promitto, voueo, & iuro.
✣ Ego Vincentius, tit. S. Mariæ in Via Card. Montis Reg. promitto, voueo, & iuro.
✣
✣
✣
✣ Ego Scipio Card. Lancellotus, tit. S. Saluatoris in Lauro promitto, voueo, & iuro.
✣
✣ Ego Hĕricus tit. S. Pudĕtianę Card. Caetan. S. R. E. Camer. promitto, voueo, & iuro.
✣ Ego Io. Baptista, tit. S. Mariæ in Ara cęli, Card. Castrucius promitto, voueo, & iuro.
✣
✣
✣ Ego Dominicus, tit. S. Laurentij Card. Pinellus promitto, voueo, & iuro.
✣ Ego Hippol. tit. S. Pancratij Card. Aldobr. Maior Pęnitent. promitto, voueo, & iuro.
✣ Ego Hieronymus tt. S. Petri ad Vincula Card. de Ruuere promitto, voueo, & iuro.
✣
✣ Ego F. Hieron. tit. S. Tho. in Parione Card. Asculan. promitto, voueo, & iuro.
✣ Ego Ant. Maria, tt. S. Agnetis in Agone Presb. Card. Perusin. ꝑmitto, voueo, & iuro.
✣ Ego F. Constan. Card. Sarnanus, tit. S. Petri in Monte aureo promitto, voueo, & iuro.
✣ Ego G. Alanus, tit. S. Martini Card. Anglican. promitto, voueo, & iuro.
✣ Ego Scipio, tit. S. Marię de Populo Presb. Card. Gonzaga promitto, voueo, & iuro.
✣ Ego Antonius Card. Saulius, tit. S. Vitalis promitto, voueo, & iuro.
✣ Ego Euang. Card. Cusentinus, tit. S. Matthæi in Merulana promittto, voueo, & iuro.
✣
✣ Ego Fr. Steph. tt. SS. Marcellini, & Petri Presb. Card. Aretin. ꝑmitto, voueo, & iuro.
✣

✣
✣
✣ Ego F. Card. Sfortia, Diac. S. Nicolai in Carcere promitto, voueo, & iuro.
✣
✣ Ego A. Diaconus S. Eustachij Card. Montaltus promitto, voueo, & iuro.
✣ Ego Hieron. S. Mariæ in Cosmedin, Diac. Card. Matthæius promitto, voueo, & iuro.
✣ Ego Benedictus S. Agathæ, Diaconus Card. Iustinianus promitto, voueo, & iuro.
✣ Ego Asc. SS. Viti, Modesti, & Crescen. S. R. E. Diac. Car. Col. ꝑmitto, voueo, & iuro.
✣
✣ Ego Federicus S. Mariæ in Domnica Diaconus Card. Borromæus.

Publicatio.

Anno à Natiuitate Domini, Millesimo quingentesimo octuagesimo octauo, Indictione prima, die vero Sabbati, Septima Mensis Maij, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Nostri Domini Sixti diuina prouidentia Papę V. Anno eius Quarto. Retroscriptæ litteræ Apostolicæ, affixæ, lectæ, & publicatæ fuerunt in valuis, seu portis S. Io. Later. & S. Petri Principis Apostolorū de Vrbe, necnon Cancellariæ Apost. & aciei Campi Florę, & per aliquod temporis spatium dimissæ, per nos Io. Baptistam Bagni, & Io. Burlurault, S. D. N. Papæ Curs. Alex. Parabiacus Magister Curs.

Constõnes Anni Tertii oẽs sunt n. 32. Quorum 18. sunt in prima parte olim impressa, in hac vero secũda sunt nu. xiii.



S. DL.

S. DIDACI DE SANCTO NICOLAO
PROVINCIÆ BETHICÆ HISPANI ORDINIS MINORVM S. FRANCISCI

Canonizatio, & in SS. Confessorum numerum, & catalogum relatio; illiusq; festi anno quolibet die xij. Nouembris celebrandi præfinitio; cum Officij pro eo sicuti pro vno Confessore recitatione, ac Indulgentiarum elargitione.

SIXTVS Episcopus Seruus Seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. 1.Timoth. 6.

Rex Regum ante omnia sæcula Christus Dominus; qui propter perditi salutem hominis, forma serui accepta, in plenitudine temporis factus est homo: Ecclesiam suam vnicè dilectam, suoq; pretioso sanguine acquisitam, supra Beatissimum Apostolorum Principem Petrum, cui petræ firmitatem dedit, in se ipso summo angulari lapide à Christianæ fidei primordijs ædificauit, & vsque ad sęculi consummationem per omnes temporum ætates mirabiliter semper ædificat. Diuinum verò admirabilis huius ædificationis artificium, nec inflata mundi sapientia capit, nec terrena, & carnalis prudentia vllo modo assequitur, Diaboli autem astutia, & superbia contremiscit; Nimirum quemadmodum ex pauperibus, & contemptis plerumq; hominibus, humili & obscuro loco natis, nullis artibus, nulla eloquentia instructis, nullo denique humanæ potentiæ præsidio communitis, tanquã ex abiectis & reprobatis lapidibus, tanta fiat moles, tam pulchra, tam ornata, tam fortis, tam stabilis, in tantam demum consurgat altitudinem, vt ipsæ inferorum portæ eius robur, ac firmamentum perhorrescant. Sed viæ Dei non sunt vię hominum, nec cogitationes eius sicut cogitationes eorum. Itaque non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles: Sed quæ stulta sunt mundi elegit Deus, vt confundat fortia; & ignobilia mundi, & contemptibilia elegit Deus, & ea quæ non sunt, vt ea quæ sunt destrueret, vt non glorietur omnis caro in conspectu eius. Sic omnipotẽs Deus per scandalum Crucis, & per stultitiam prędicationis saluos fecit credentes; sic ab ipsis nascentis Ecclesiæ initijs per sapiẽtem Apostolorum infantiam, & per fortissimam Martyrum infirmitatem Græcorum sapientiam infatuauit, & gentium potentiam deiecit, atque prostrauit: sic denique per succedentes ætates brachio fortitudinis suę deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles Sanctos suos. Hinc superiori sęculo, & patrum nostrorum memoriæ valde propinquo, ex humili familia Fratrum Minorum Sancti Patris nostri Francisci humilem Beatum Didacum, in Hispania natum, non doctrina pręcellentem; sed quales primi illi nostri Magistri, & Principes fuerunt sine litteris humano studio comparatis, sed idiotam, & in Sancta Religionis professione laicum, delegit: in quo ostenderet abundantes diuitias gratię suæ: cuius admirabili vitæ sanctitate, & exemplo multos ad viam salutis perduceret, & senescentem, ac penè decrepitum Mundum magis, magisq; coargueret: quia quod stultum est Dei, sapientius est hominibus; & quod infirmum est Dei, fortius est hominibus. Itaque pater misericordiarum Deus, qui facit mirabilia magna solus, hunc seruum suum paruulum, & demissum, cœlestibus donis suis adeo ornauit, tantoq; Spiritus sancti igne incendit, manumq; suam ad sanitates, & signa, & prodigia B. Didaci meritis, cum in eius vita, tum post mortem efficienda, tam mirificè extendit, vt is non solùm apud suos in florentissimis Hispanię Regnis notus, & clarus esset, sed apud exteros etiam eius nomen magna cum gloria peruulgaretur. Iustus enim & misericors Dominus seruos suos fideles, quos ante Mundi constitutionem elegit, & prędestinauit ad vitam, non solùm in Cœlo semper coronat, sed sæpè etiam in Terra, vbi fortiter, & legitimè certauerunt, multo glorię splendore cumulat, atque illustrat: Nimirum, vt pręclaras illas suas promissiones persoluat: Dabo vos (inquit) nominatos, & in gloriam, & in laudem in cunctis Populis Terræ; vt se ipse in Sanctis suis mirabilem demonstret,

Apoc. 19. Psal. 71. Luc. 15. Phil. 2. Gal. 4. Eph. 1. Cant. 2. Act. 20. Matth. 16. Eph. 2. Matth. vlt. 1. Cor. 1. 3. Ephes. 2. Iac 3. 1. Cor. 1. Rom. 8. Luc. 2. Ps. 117. Act. 4. 1. Pet. 2. Matth. 16. Isa. 55. 1. Cor. 1. Gal. 5. 1. Cor. 1. 1. Corint. 1. 1. Corint. 2. 1. Cor. 1. Isa. 42. Luc. 1. Act. 4. Eph. 1. 1. Cor. 1. 1. Cor. 1. Ps. 135. Act. 4. Psal. 114. Ephes. 1. 2. Timot. 4. 1. Pet. 5. Sophon. vlt. Ps. 6. Ps. 105. Act. 2. & 8.

monstret, & potentiam suam signis & virtutibus declaret; vt propositis Sanctorum gloriosis laboribus, & meritis, qui homines fuerunt nobis similes, circundati infirmitate, segnitiem, & tarditatem nostram in via virtutis excitet, & frigescentem charitatem accendat; vt hereticorum prauitatem coerceat, peruersitatem confundat, dum ad sacras eorum Reliquias, diuina virtute, ęgroti curantur, Dęmones pelluntur; vt mortuos, qui in Domino sunt mortui, bearos esse, & multo felicius viuere omnes intelligant. Postremò, vt amici Dei multo maximè honorentur, & qui Sancti sunt apud Deum, Sancti etiam ab hominibus habeantur; ad quorum nos opem confugientes, eosq; piè inuocantes, eorũ suffragiis adiuti cœlestem misericordiam facilius impetremus. Meritò igitur B. Didacũ laudamus, quem Deus multis, & illustribus ostendit miraculis prędicandum; de cuius Beati viri vita, & rebus gestis, purissimæ fidei integritate, morum excellenti sanctitate, signorum admirabilitate pauca quædam libēter pro nostro Pastorali officio Populo Dei proponimus, vt laudetur Deus in Sancto suo, & fidelium deuotio tanquam salutari quodam & periucundo cibo nutriatur, omnesq; Deo gratias agant, publico nostro, & huius Sãctę Apostolicę Sedis testimonio, quę à Spiritu sancto gubernatur & regitur, B. Didaci sanctitatem optimo iure declaratam esse, & promulgatam.

Heb. 5. Act. 14. Matth. 24. Apoc. 14. Psal. 138. Psal. 150.

B. Didacus in Hispania natus est.

Isa. 48. Ier. 50.

Natus est B. Didacus in Hispania in Prouincia Bethica, & in Oppido, cui nomen est S. Nicolaus de Portu, quod est in diœcesi Hispalensi. Et is quidem vt fœcũdus ager cœlestis gratię imbre irrigatus vberes fructus citò protulit.

1. Corint. 9.

Adolescens apud quendam Pium Sacerdotem vixit.

Nam adolescens ex medio Babylonis fugiens, hoc est, ex laqueis & periculis sæculi, pænitẽtis habitu indutus in propinquam solitariam Ecclesiam vnà cum pio quodam sacerdote spiritalis vitæ duce, & socio secessit, vbi nouus Christi miles in huius fallacis Mundi contemptione, & omnium humanarum rerum despicientia, in cœlestium contemplatione, in corpore edomando, & spiritui subiiciendo se assiduè exercens, magna cũ suorum oppidanorum ędificatione præclarum Tyrocinium posuit.

Thr. 3. Mat. 11.

Religionemq; S. Frãcisci deinde professus fuit.

1. Corint. 9. Philip. 3.

Post aliquot verò annos, vt se arctioribus vinculis Christo adstringeret, & à Mundi tempestatibus quàm longissimè discederet, & sub suaui obedientiæ iugo Deo securius, & fructuosius seruiret, in portum Seraphicæ Sancti Francisci Religionis confugit, eamq; prope Cordubam in Conuentu de Arrizafa, vt vocant, quem Fratres minores, qui nunc de obseruantia nominantur, incolunt, verbis expressis est professus. Hic iam Athleta Christi amplissimum virtutum stadium ingressus, tanquã obliuiscens, quæ retro erant, & ad ea quæ sunt priora se extendens, cœpit omni cõtentione corporis & spiritus persequi (diuina gratia suffragante) brauium supernæ vocationis, Summa cura & diligẽtia in Regulę obseruatione versabatur, quam in omni vita sanctè adeo inuiolateq; seruauit, vt ipse in cunctis Religiosis functionibus & officiis, viuens quędam, & expressa regula esse videretur.

1. Cor. 3.

Humilis & obediens admodũ fuit.

Luc. 6. Heb. vlt. Luc. 10. Philip. 3. 2. Cor. 2. Ps. 21. 1. Pet. 5. Eph. 6.

In primis verò, quia sapientissimus Architectus Spiritus sanctus, sublime regularis perfectionis ædificium in eo extruebat, altissimum humilitatis fundamentum iecit, & vt prudens ille ędificator in Euangelio laudatus, fodit in altum, & ędificauit domum super petram: nihil sibi tribuens: nulli se anteponens: quò plura à Deo accipiebat, eò demissius se gerens. Itaque nullę tentationum procellę, nulli superbię, & inanis glorię venti, nullę diaboli machinationes domum illam tam egregiè fundatam mouere, aut labefactare potuerunt. Superiorum & Prælatorum mandata & iussa tanta obedientia, tantaq; alacritate exequebatur, ac si Deum in eis loquentem audiuisset. Sanctam paupertatem Domini sui sponsam charissimam, quamdiligentissimè custodiebat, omnia arbitratus vt stercora, vt Christum lucrifaceret. Cumq; Satanæ astutias non ignoraret, sed optimè intelligeret infensissimum humani generis aduersarium, tanquam Leonem rabidum, & rugientem dies noctesq; circuire, vt Christi ouiculas dilaceret, ac deuoret; nunquam otio, aut torpori se dabat, sed stabat succinctus lumbos suos in veritate, indutus loricam iustitiæ, galea salutis assumpta, & scuto fidei arrepto, in quo omnia posset ignita nequissimi hostis tela extinguere.

Ieiuniis & flagellis corpus suũ castigabat.

Corpus igitur & carnem suam illecebram peccati labore, ieiunijs ferè continuis & flagellis castigabat, & in seruitutem redigebat: præcipuè verò ad excelsam illam Arcem confugiebat, qua nulla fortior, nulla munitior, hoc est ad sanctæ Orationis præsidium, cuius

cuius alis in Cœlum frequenter sublatus, terrenorum oblitus, suauissimo Dei colloquio fruebatur.

In ea igitur schola diuinitus eruditus vir alioqui planè rudis, & litterarum minimè sciens, admirandum in modum de rebus diuinis loquebatur, sensusq; mirificos proferebat, ita vt viri eruditissimi, qui in Sacræ Theologiæ studijs ætatem contriuerant, summopere obstupescerent: illudq; memoriæ traditum est, & graui testimonio comprobatum, doctos, & pios viros cum abstrusas & perdifficiles quæstiones ad res diuinas, animarũq; salutem pertinentes cum eo familiariter communicarent, id ab homine litterarum experte cumulatè didicisse, quod in celeberrimis Academijs à magnis Doctoribus addiscere nequiuerant.

De rebus diuinis licet rudis esset mirifice loquebatur.

Ille prӕterea Orationis fructus erat vberrimus, quòd iam in benedictionibus dulcedinis præuentus, & calicem illum præclarum, qui cor inebriat delibans, ardentis charitatis igne erga Deum & proximos toto pectore æstuabat: quare bonorum omnium auctorem Deum, & Beatissimam Dei Genitricem semper Virginem humani generis Aduocatam, quam summa deuotione semper coluit, non pro se solo, sed pro omnibus hominibus, & præsertim pro peccatorum emendatione continenter, vehementissimeq; orabat.

Psal. 20. Psal. 22. Orationi incũbebat. 1. Tim. 2.

Pauperes verò Iesu Christi tanto affectu diligebat, tantaq; erga eos misericordia commouebatur, vt omni studio (quantum ei licebat) eorum inopiam, & calamitates subleuare sedulò procuraret: quod si interdum præstare non posset, vim lacrymarum profundebat, eosq; verbis amantissimis consolabatur.

Pauperes amabat.

Aegrotos fratres omnibus charitatis officijs prosequebatur, assidere ad lectum, cibũ ministrare, vigilare totas noctes, perferre omnes molestias, tanta patientia, tanta humilitate, vt quorundam purulentas plagas non solum medicamentis curare, sed lingua quoque eas lambere & abstergere non abhorreret: quo in genere eximia serui Dei charitas Romӕ aliquando in Cœnobio Fratrum suorũ, quod est ad Aram cœli, insigniter eluxit. Nam anno quinquagesimo superioris sæculi, cum piæ mem. Nicolaus Papa V. prędecessor noster Sacrum Iubilæum de more celebraret, Romam venit B. Didacus, vt salutarem Indulgentiam consequeretur, & Beatorum Apostolorum sepulchra, cæterorumq; Sanctorum Martyrum illustres memorias religiosè veneraretur: magna erat annonæ inopia, grauibus, & periculosis morbis Vrbs laborabat, cũ B. Didacus ęgrotis curandis, quorum ingens erat numerus, à Guardiano, seu Cœnobij Præfecto, qui iam eius sanctitatem degustauerat, est præpositus: cuius officij munus, tam fideliter, feliciterq; administrauit, vt in publicis angustiis omnia apud pauperes Christi abundarent, omnesq; in seruo Dei, & copiosum charitatis spiritum, & singularem illius apud Deum gratiam agnoscerent.

Aegrotis fratribus ministrabat & seruiebat. 1. Corinth. 6. 2. Corint. 11.

Nec sanè mirandum est, virum Dei membris Christi Fratribus suis, in quibus Christus ipse ęgrotabat, tanto charitatis studio inseruisse, tam impigrè ministrasse, qui eò iam perfectionis progressus erat, vt charitatem illam, qua nemo maiorem habet, sponso animę suę prӕstare, & persoluere concupisceret, & pro Christi nomine, & confessione vitam & sanguinem profundere desideraret. Ea nimirum est perfecti amoris vis & natura, vt non facilè conquiescat, sed maiora semper & maxima appetat, & moliatur, semperq; actuosus & operosus sit. Itaq; cum aliquando ad insulas Canarias missus esset, vt Guardiani officio in illo Fratrum Minorũ Conuentu fungeretur, seruus Christi, cui viuere Christus erat, & mori lucrum, cœpit Martyrij desiderio vehementer flagrare. Erat in eo non solùm columbę simplicitas, sed & serpentis prudentia, quare multa cum vigilantia, & regularis disciplinę obseruantia vir Dei in sua custodia excubabat, in omni sanctitate & iustitia forma factus pusilli gregis sui, & fidelium Insulanorum, quibus bonus odor Christi erat ad vitam, ita vt frequentes eum adirent, ex eiusq; spiritalibus colloquijs miram caperent consolationem & voluptatem. Magnam verò exercendæ charitatis segetem in Insulis illis nactus, simulq; consequendi Martyrij spe incitatus, multos ex Canariensibus infideles, & impuris adhuc Idolorum superstitionibus addictos, verbo, exemplo, orationibus ad Christi fidē perduxit: quo in munere dum strenuè versaretur, multa illi pericula in ea Canaria, quę magna appellatur, diaboli inuidia conflauit; sæpe

Charitas in eo maxima erat. Io. 15. Philip. 1. Matth. 10. Habac. 2. Luc. 1 1. Pet. 5. Luc. 12 2. Cor. 2. Infideles multos ex Canariẽsibus ad fidem perduxit.

in capitis, & vitę discrimen venit, vt sese iam Martyrij palmam potiturum speraret; sed
Deo aliter disponente, nõ Martyrio animus & voluntas, sed voluntati Martyriũ defuit;
S. Cypr. ep. 9. ac certè gloria non defuit, cum præclarè à Beato Martyre Cypriano scriptum sit, ad co-
ronam Dei promerendam ipsius testimonium solum sufficere, qui iudicaturus est, qui ar-
Psal. 7. cana renum serutatur, & cordis intuetur occulta. Ergo & purpuream de passione coronã
1. Cor. 9. aliquo modo accepit, & multas de bonis operibus candidas reportauit, reseruatus à Deo,
vt multos Christo lucrifaceret.

Iam enim in vniuersa Hispania clarissimũ erat B. Didaci nomen, magnamq; apud om-
Cant. 4. Ps. 10. nes & venerationem & admirationem habebat, & tanquam Angelum quendam in Ter-
Matth. 5. ris agentem sic eum homines intuebantur: nihil illo lenius, nihil mansuetius: lac & mel
sub lingua eius, & cor eius mundum, & simplex Christiana dulcedine redundabat: om-
nia in bonam partem accipere: de nemine malè iudicare: nullum aduersus aliquem ver-
Psal. 68. Io. 2. bum acerbius immittere: Si quem verò contra legem Dei, & regularem disciplinã pec-
Io. 8. cantem animaduerteret, zelo Dei incensus, liberè obiurgabat, nulla tamen in re gloriam
suam, sed Dei honorem & fraternam vtilitatem quęrebat. Signis etiam & miraculis vi-
uentem seruum suum illustrauit Deus, eiusq; excellentem fidẽ rebus mirabilibus efficien-
1. Cor. 12. dis multipliciter patefecit. Elucebat in eo singularis gratia curationum, ita vt vndiq; ad
Miraculis quorum aliqua hic recensentur dũ vixit admodũ claruit. eum eius rei causa quamplurimi confluerent: ille verò fide, quæ per Dei dilectionem mi-
rifica operatur, in Domino roboratus, cum digitum in lampadem, quę ante Sacram Bea-
tissimę Virginis imaginem collucebat, demisisset, ex eius oleo ęgrotos signo Crucis ob-
signatos perungebat, multorumq; varios languores & morbos eiusdem Crucis virtute,
Gal. 6. in qua sola gloriabatur, mirabiliter sanabat. Accidit aliquando, vt è cœnobio, in quo
erat, ad oppidum Sancti Lucæ de Barameda proficisceretur, fratre vno comite, cumq;
nullis cibarijs acceptis iam sumendi cibi tempus aduenisset, & ex itinere defessi essent, nec
in proximo vico quidquam, quo ex aliena misericordia reficerentur, Deo ita disponen-
te, reperire potuissent, ad comitem sereno vultu conuersus B. Didacus: Eia, inquit, fra-
ter in Domino confidamus, ipse nos pascet. cum iter strenuè prosequerentur, ecce in
perampla planitie candidam mappam inter herbas propè viam positam vidẽt, propiusq;
accedentes album panem, pisces recentes coctos, & vini vasculum inueniunt: insistunt
serui Dei, & in latissimo campo vnde in omnes partes liber erat prospectus, omnia oculis
perlustrantes circumspiciunt, si quis fortè eo in loco prandium reliquisset: denique id,
Exo. 16. Ps. 77. quod erat, rati, ad mensam sibi à Deo in deserto paratam veri Israelitæ accumbunt, ac ci-
bo & potione siti, fameq; depulsa, quod superfuit, ibidem liquerunt, Deo patri misericor-
Psal. 144. diarum gratias agentes, qui seruis suis in eo sperantibus escam dederat in tempore op-
portuno. Quid, illud quod Hispali gestum est, quàm magnę fidei est argumentũ? Nam
cum septẽnis puer, qui à matre vapulare solitus erat, in furno, in quem eius iracundiã fu-
giens se abdiderat, obdormisset, & furno ab ignara matre succenso expergefactus clama-
ret, vir Dei exanimatam matrem, eiulatu omnia complentem, nec quò se verteret scien-
tem, ad maiorem Ecclesiam ire, ibiq; Matrem misericordiarum deuotè orare iussit, ipsa
te, inquit, ò mulier adiuuabit: cum illa, quasi Dei Nuncium audiuisset, pergeret, ipse ad
furnum accedens puerum ex maximo periculo extractum paulò post ad idem templum
adduxit, matriq; suę saluum, & incolumem reddidit.

2. Timoth. 4. Cęterum cum iustus Iudex Deus Athletam suum tot victorijs illustrem, carne, mũdo,
diabolo per Dei gratiam deuicto, corona iustitię, quæ illi ab omni ęternitate reposita
Matth. 25. erat, coronare decreuisset, seruumq; multiplicatis talentis industrium, & in pauca fidelẽ
Gen. 25. supra multa cõstituere, & in gaudium vellet Domini sui introducere, B. Didacus in sene-
ctute bona, plenus dierum, & operum bonorum in conuentu Complutensi, in quo annos
complures est commoratus, in supremum morbum incidit, in quo incredibilis patientię
exemplum prębuit. Quadam autem nocte extra se raptus, sensu omni, & vitali motu
amisso, ita vt à Medico, & qui adstabant, fratribus, mortuus planè crederetur, tandem
soluta ecstasi ter, aut quater hæc verba locutus est: O quales flores habet Paradisus. In
profundę verò humilitatis statione, vsque ad extremum vitæ spiritum seruãda, ita firmus
manebat, ita nusquam de suo loco decedebat, vt cum fratres singuli ab eo peterent, vt
pro ipsis oraret, Ipse contra, se eorum orationibus vehementer commendabat, vt ipsis
pro

pro eo Deum orantibus, bonorum operum fructus, quem illi in sanctæ Religionis obseruantia cumulauerant, sibi quoque à Deo communicaretur, atque ita misericordiam impetraret. Postremò cum se iam moriturum intelligeret, comitis illius, & adiutricis fidelissimæ, quę illum in huius vitę peregrinatione nunquam deseruerat, hoc est sanctę paupertatis, supremo vitæ die non oblitus, sed in eius intimo sinu, quammaximè fieri posset, spiritum emittere cupiens, conuocatis Fratribus, eos obnixè rogauit, vt sibi vestem obsoletam, & laceram, habitumq; omnium vilissimum, in quo moreretur, concederent: quo impetrato, multis profusis lacrymis ab his, qui adstabant, offensionum atque erratorum veniam postulauit, quibus copiosè collacrymantibus, ipse Cruce lignea, quam ad caput habebat, arrepta, eamq; amplexus & osculatus, vtroque brachio in altum fortiter sublato (cum tamen alterum graui apostemate tumens, ac debilitatum antea mouere nō potuisset) oculisq; in vitale lignum defixis, verba illa ex sacro Hymno magno affectu, magnoq; pietatis spiritu pronunciauit. Dulce lignum, dulces clauos, dulcia ferens pondera, quæ sola fuisti digna portare Regem cœlorum, & Dominum. quæ cum dixisset, in ipso salutiferæ Crucis complexu, quam vnicè dilexerat, quam in corde & corpore semper gestauerat, in qua Christo confixus, & mundo crucifixus fuerat, animam efflauit, & in Domino obdormiuit, pridie Idus Nouemb. Anno Domini. M.CCCC.LXIII.

S. Didacus in amplexu salutiferę crucis quā maxime diligebat, & in corde & corpore semper gestauerat, pridie Id. Nouembris 1463. i Domino obdormiuit cantato Hymno Dulce lignum, &c.

1. Cor. 6. Gal. 2. & 6. Act. 7.

Ad eius corpus (B. Didaci morte audita) magni vndiq; concursus facti, illud deuotè omnes contingere, amictus particulas præscindere, capillos deuotionis causa euellere, demum Christiano ritu corpus honorificè humatum est. Hic iam statim Deus mortui serui sui, cui in vita cooperatus fuerat, eximiam sanctitatem signis sequentibus comprobauit. Nam corpus, quod iam quatriduo humi sepultum fuerat, iterum non absq; miraculi interuentu, effossum, non solùm integrum, incorruptumq; apparuit, sed cum per multos menses, vt pio studio satisfieret, & ciuium, & aliorum, qui ex diuersis partibus accurrebant, insepultum iacuisset, non computruit, nullum tetrum odorem emisit: Imò verò corpus illud, quod viuens Spiritus sancti templum fuerat, odorem suauissimum afflabat, quo omnes mirificè recreabantur, qui quidem & in hodiernum vsque diem ex eius sepulchro suauiter & iucundè spirans à plerisq; sępe sentitur. Illud quoque in B. Viri mortuo corpore mirum accessit, quòd eius membra & artus vitali calore destituti non obriguerunt, nec duri aut rigidi sunt effecti, vt cadauerum solent, sed molles erant & flexibiles quocunque verterentur. Quocirca laudanda est pietas & magnificentia cla. me. Henrici IIII. Castellæ. Regis, qui vnà cum filia periculosè ęgrotās, & B. Didaci precibus sanitate impetrata, nobile sacellum grati animi sui monumentum extruxit, ibiq; in Arca ferreis laminis diligenter communita B. Didaci corpus decenter recondi iussit: ad quod quidem sacellum, vt constat, non solùm Complutenses ciues, sed vicini & remoriores Populi, atque ex omni ferè Hispania fideles tanta deuotione confluunt, tam multi beati illius viri opem apud Deum implorant, tot ibi vigiliæ fiunt, tot sacrificia in eodem eius sacello celebrantur, tam multa & illustria dona voti reddendi gratia offeruntur, vt hæc de B. Didaci sanctitate non exigui temporis tanquam rumoris aura, sed per annos centū viginti & amplius constans & perpetua fama & opinio, tantusque illorum fidelium omnium generum, omnium ordinum consensus magni profectò, & illustris testimonij loco habendus sit ad B. Didaci sanctimoniam comprobandam. Verumtamen multis quoque post obitum miraculis vir commemorabili sanctitate præditus claruit. Nam in actis trāsmissis centum ferè & triginta leguntur, Deo, qui glorificatur in Concilio sanctorum, signis & prodigijs testante, seruum suum non solùm morum, sed etiam signorum virtute, nec operibus modò pietatis in vita, sed etiam miraculorum luce post mortem clarum & venerabilem esse. Duron oppidum est in Hispania in Diœcesi Seguntina, ex eo Catherina Martini filia virgo annos xij. nata, cum ante aliquot menses subita vi morbi surda & muta euasisset, brachijs item pedibusq; paralysi dissolutis incedere nequiret, ad B. Didaci sacellum delata cum ibi peruigilaret, eius tacta manu, & in Crucis formam consignata illicò & aurium sensum, & loquendi facultatem recepit, membrorumq; vsu restituto, totoq; corpore confirmato, liberè quà libuit, incessit, laudans, & benedicens Deū. Adolescens quidā erat annorum ferè viginti Didacus de Lorca appellatus, filius Petri Gonzales viri nobilis, qui Deo permittente, ab immūdo spiritu annos complures vexabatur

Miraculis etiā multis quorū aliqua hic recensentur post obitū claruit.

1. Cor. 3. & 6. & 2. Cor. 6.

Psal. 88. Act. 14.

miserandum in modum, ita vt sæpius interdum in die arreptus, & ad terram allisus, horribiles corporis gestus ageret, & veluti mortuus relinqueretur. hic se B. Didaco humiliter commendãs, & in eius sacello aliquandiu inuigilans à miserabili vexatione omnino est liberatus. Cum Catherina Bartholomæi Sanchez vxor, expleto ad pariendum rẽpore, parere non posset: Fœtus enim in vtero transuersus alterum tantummodo pedem eduxerat, materq; misera ab aurora ad vesperam in eo cruciatu permanẽs, in summo vitæ discrimine versaretur, & planè morti propinqua esset, socrus eius Maria Garzia vxor Io. Garziæ Incolæ oppidi de Ambroz B. Viri in maximis angustijs recordata, ad eius opem confugit; itaque frustum amictus B. Didaci, parumq; pulueris è sepulchro supra parturientem nurum imposuit, quæ subitò mortuum fœtum edidir, ipsa salua. Mansit autem mortua puellula aliquot horarum spatio, sed eiusdem auia Maria iam semel Beati Viri opem in matre experta, eum pro neptis vita tanto fidentius orare non dubitauit: quod cum deuotè fecisset, alterum etiam beneficiũ impetrauit, & puella sacro Baptismi fonte abluta, & geminæ vitæ munere à Deo donata diu postea superuixit. Illud autẽ quod in Maria della Peñuela Petri Hernandez Complutensis filia, Dei virtute, per merita B. Didaci mirificè effectum est, notum & valde peruulgatum in Hispania, multíque, qui meminerinr, supersunt. Inuaserat virginem horribilis & deformissima paralysis, tanta neruorum dissolutione & membrorum luxatione, brachijs, cruribusq; distortis, totoq; corpore conuulso, vt non iam Mulier, sed Monstrum esset, & Medici se nihil vnquã tale vidisse profiterentur; accedebant febres vehementes, & capitis dolores peracres & assidui, quibus misera grauissimè afflictabatur: ea igitur ad B. Didaci corpus delata, cum in eius intercessione, & Dei misericordia confideret, & suppliciter oraret, voti compos, ab omni illa membrorum distortione & deprauatione, omniq; corporis infirmitate est liberata, quę tanti accepti beneficij non ingrata Deo Virginitatem suam vouit, & sacrarũ Virginum collegio adiuncta, in Monasterio sancti Ioannis, quod A pœnitenria nominatur, sanctè & religiosè vitã duxit. Sed quod in Principe Carolo charissimi in Christo filij nostri Philippi Hispaniarum Regis Catholici primogenito filio diuinitus actum est, magnam apud omnes famæ celebritatẽ habet. Aegrotabat Compluti adolescens Princeps anno humanæ salutis M. D. LXII. qui cùm è scalis decidisset, grauissimum ex eo casu, & prolapsione in capite vulnus acceperat: omnia remedia, omnes curationes adhibitę, quæ humana industria præstari poterant, vt in tanto Principe par erat: sed cùm nihil humanum proficeret, morbusq; magis semper ingrauesceret, iamq; eius grauitati natura succumberet, Medici, Principis salute prorsus desperata, certam imminentis mortis horam pręfiniunt, idque Regi patri, ne tam acerbo spectaculo interesset, denunciãt. Cum igitur omnis humani adiumenti spes defecisset, ad diuinum, quod vnum reliquum erat, præsidium confugiunt. Itaque deuotionis ardore succensi à Fratribus suis B. Didaci corpus decenter & religiosè in Principis cubiculum afferri curant, post annos ferè centum integrum & incorruptum: quod cum Princeps Beati Viri patrocinio se cõmendans deuotè tetigisset, eo inde amoto, vidit in somni quiete B. Didacum ante lectũ stantem, & crucem arundineam manu gerentem, seq; admonentem bono animo vt esset, & in Deo confideret, fore enim vt ex ea ægrotatione sanus fieret. Quare eo potissimum tempore, quo Medici Principem moriturum prædixerant, non solùm melius habere cœpit, sed paulò post ex omni illo vitæ discrimine diuinis, ac supra naturam adiumẽtis tam mirabiliter est ereptus, vt digitum Dei per merita B. Didaci ibi adfuisse omnes intelligerent. Sed præter cęteros Princeps ipse, & Philippus pater, incredibili lætitia tanquam rediuiui filij affectus, id agnoscere, & Deum glorificando palam profiteri.

Exo. 8. Luc. 11.

Rex Hispaniarum Philippus vnà cũ Carolo filio, & tota Hispania, apud Piũ iiii. instetit, pro ipsi' B. Didaci in Sanctorũ numerũ relatione.

Itaque pius Rex cum charissimi & primogeniti filij vitam, summæ Dei clementiæ per merita & preces Beati Didaci ferret acceptam, cuperetque quacunque ratione posset gratiam aliquam Deo in sancto suo referre, anno insequenti ad fel. rec. Pium IIII. prædecessorem nostrum, vnà cum Principe filio, & cuncta ferè Hispania litteras dedit, quibus ab eo suppliciterpetebat, vt pro sua, & sanctæ huius Apostolicæ Sedis summa auctoritate B. Didacum tam excellenri sanctitate virum, & tanta miraculorum claritate illustrem in Sanctorum numerum referre vellet, atque ab vniuersa catholica Ecclesia pro Sancto venerandum esse statueret.

alio-

Tam deuotis, iteratisq; Catholici Regis, aliorũq; postulationibus permotus idem Pius prędecessor, de iꝭs in consistorio suo secreto referri iussit, & quinq; Cardinales cõsilio, & doctrina præstãtes delegit, qui eiusmodi permagni momẽti negotio præessent, inter quos vnus fuit Cardinalis Alexãdrinus, cuius memoria in benedictione est, qui postea Pontifex factus, Pius eius nominis V. est appellatus. Res suo ordine agi cœpta est sub Pio IIII. litteris in Hispaniã transmissis ad testes ex formula examinandos, actaq; ritè conficienda.

Pius 4. huic negocio quinque Card. deputauit, & res agi cœpta fuit.

Cumq; ipse Pius IIII. è vita migrasset, non destitit idem Philippus Rex apud succedentes Pontifices sanctæ record. Pium V. & Gregorium XIII. itidem prædecessores nostros sedulò instare: sed Deo ita disponente, quamuis pleraque superioribus annis sint acta, res tamen ipsa perfici sub illis Pontificibus, atque absolui non potuit. Cum primum igitur humilitas nostra non nostris meritis, sed diuinæ clementiæ abundantia, in excelsa Apostolicæ solicitudinis specula his difficillimis temporibus est constituta, statim idem Philippus Rex nulla ex parte restincto aut refrigerato fidei suę zelo, nobis per dilectum filium nobilem virum Henricum de Guzman Comitem de Oliuares suum apud Nos, & Sedem Apostolicam oratorem magnoperè supplicandum curauit, vt posteaquam ea ferè omnia, quæ ad acta & processum B. Didaci pertinebant, ex huius sanctæ Sedis præscripto confecta erant, Nos, quibus vniuersalis Ecclesiæ cura esset credita, & ad quos solos eius rei iudicium pertineret, tam pio & tam ab eius Maiestate totaq; Hispania exoptato operi, quod est de eodem B. Didaco sanctorum catalogo adscribendo, supremam manum imponere vellemus.

Idẽ Rex apud Pium V. & Greg. xiii. pro huius rei expeditione institit, & ẽt apud Sanctissimum hunc Pontificẽ per eius Oratorẽ supplicari curauit.

Et nos quidem Regis ipsius religiosum studium, & perseuerantem hac in re sedulitatem commendantes, cupiebamus eius pię petitioni, quantum cum Domino liceret, satisfacere: tamen pro nostro pastoralis muneris officio statuebamus, in re tam graui nulla præpropera festinatione vtendum, sed omnia ex Ecclesiastica disciplina, ex maiorum nostrorum saluberrimis institutis, ex Apostolicę Sedis circumspectione, diligentissimè agenda esse. itaque duobus antiquioribus causarum Palatij nostri Auditoribus doctrina & rerum vsu pręstantibus, ipsis ferè primis Pontificatus nostri diebus mandauimus, vt acta omnia, totumq; processum summa cum diligentia perlegerent & examinarent, quo illi in munere menses complures sedulò accurateq; versati, copiosam relationem omnium, suamq; sententiam nobis scripto tradiderunt. Cum autem Cardinales omnes ab eodem Pio IIII. huic negotio olim præpositi viam essent vniuersę carnis ingressi, Nos primo anni superioris mense, in Consistorio nostro secreto alios in eorum locum suffecimus, pietate, prudentia, eruditione, fide nobis probatos, adhuc autem & numero plures prioribus, vt in graui causa, prudenti multorum grauium virorum iudicio adhibito, cuncta exquisitius discuterentur. Hi verò fuere more maiorum, ex tribus ordinibus delecti Venerabiles Fratres Episcopi Alexander Ostiensis Farnesius, Marcus Antonius Prænestinus Columna, & dilecti filij nostri Frater Michael Sanctæ Mariæ supra Mineruam Alexandrinus, Iulius Antonius Sancti Bartholomæi in Insula Sanctæ Seuerinæ, Antonius SS. Io. & Pauli Carafa, Frater Constantius Sancti Petri in Monte aureo titulorum Presbyteri Sarnanus, Ferdinandus Sanctę Marię in Via lata de Medicis, & Hieronymus Sanctæ Marię in Cosmedin Diaconi Matthęius nuncupatus S. R. E. Cardinales, quibus commisimus, vt pro rei grauitate, proq; ea, quæ Deo cordium scrutatori, & nobis quoque in eiusmodi publico munere obeundo à primarijs Ecclesiæ membris fidelitas & diligentia deberetur, acta de fidei integritate, vita, moribus, & miraculis B. Didaci, & Auditorum nostrorum relationem, quanta maxima fieri posset diligentia inspicerent & expenderent, atque ad nos opportuno tempore referrent, vt diuina Spiritus sancti gratia illustrati, de ipsorum & cæterorum Fratrum nostrorum consilio, quæ Dei gloriæ, qui iustitia & veritas est, consentanea forent, deliberare possemus. Multis igitur elapsis mensibus cum interea Cardinales ipsi frequenter congregarentur, acta, processus, rerum gestarum seriem, testes, singula denique ad sacrorum canonum pręscriptum maturè & accuratè considerarent, examinarent, atque inter se conferrent, viros etiam sacrę Theologiæ & Pontificij iuris scientia peritissimos in consilium adhiberent; cum iam omnia parata esse intelligeremus, secretum Consistorium de more conuocari iussimus, in quo Venerabilis Frater noster Marcus Antonius Episcopus Cardinalis Præne-

Hic igitur Pontifex pro tanti negocij absolutione, diligentissime, ea omnia quæ desup agenda essent, agi voluit, & inprimis omnia acta & processus duobus antiquioribus causarũ sui Palatij Apostolici perlegen. & examinan. mãdauit, illiq; oium relationẽ, & eorũ sentẽtiã eidẽ Põtifici scripto tradiderũt.

Et postea idẽ Pontifex octo Card. deputauit, ad omnia acta de B. Didaci vita, moribus & miraculis, ac prædictorũ Auditorum relationẽ expendendũ & sibi referendũ.

Præfati Cardinales, quibusdã sacræ Theologiæ & Põtificij Iuris peritissimis viris in Consiliũ desuper adhibitis, singula accurate & mature examinarunt.

Pontifex iste deinde secretũ Cõsistoriũ cõuocauit, ĩ quo M. Anton. Co-

ſumma Cardin. Præneſtin. ſuo & Collegarum aſsiſtentiũ nomine, oĩa fideliter Pontifici retulit, ſeq; & Collegas ſuos vnanimiter ſẽtire aſſeruit, ipſũ Pontificẽ (ſi ei videretur) B. Didacum in SS. numerũ referre poſſe, & huic ſententiæ cæteri Cardinales cõſenſerũt.

Præneſtinus ſuo & Collegarum, qui ibidem aſſidebant, nomine, graui & accommodata oratione de omnibus fideliter nobis retulit: quibus explicatis ad extremum dixit, quãdoquidem B. Didaci fidei integritas, egregiæ virtutes, præclara, & inſignia miracula optimè eſſent comprobata, ſe & collegas ſuos vnanimes in eam ſententiam veniſſe (ſi ita nobis videretur) vlterius nos progredi, & Beatum illum virum in Sanctorum numero poſſe adſcribere: quorum cum ſententia etiam cæteri Fratres noſtri Cardinales cum à ſingulis graues ſententiæ dictæ eſſent, ad vnum omnes conſenſerunt.

Ideo idẽ Põt. publicũ cõſiſtoriũ indixit, in quo Pompeius Arigonius Aduocatus Conſiſtorialis diſertã habuit orationẽ, de vita, geſtis & miraculis B. Didaci, & denique Catholici Regis & totius Hiſpaniæ nomine ſupplicauit eidẽ Põt. vt eũdẽ B. Didacum in SS. numerũ referre vellet, & propterea Põt. mãdauit Card. & Epis vt oĩa ad hac cauſam pertinẽtia, diligẽtiſsime ponderarent.

Quæ cum audiremus gaudens erat cor noſtrum in Domino, quòd Beati ſerui ſui gloriam quotidie magis pateſaceret, omniaq; ipſo benedicente tam feliciter procederent: Quare in tam ſancto, pioq; opere nihil omnino neceſſariæ diligentię prętermittentes, ex more inſtitutoq; maiorum, decreuimus, vt ad vlteriora procederetur; Ac diebus aliquot interpoſitis, publicum Conſiſtorium indiximus, in quo præter Cardinales etiam Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi, & Prælati omnes, ac familiares noſtri de more interfuerunt. In eo vero dilectus filius Pompeius Arigonius Romanus Aulæ noſtræ Conſiſtorialis Aduocatus diſertam orationem habuit de vitæ ſanctitate, rebus geſtis, & miraculis B. Didaci, & denique catholici Regis, totiuſq; Hiſpaniæ nomine, vt eundem B. Didacum tantis meritis illuſtrem Sanctorum numero aggregaremus, nobis humiliter ſupplicauit. Gaudebamus etiam hoc loco in Domino, in cuius manu cor Regis eſt & quocunque voluerit, inclinat illud. Etenim planè videbamus, non ſine diuino inſtinctu fieri, quòd Catholicus Rex, cui multorum Regnorum grauiſſima adminiſtratio à Deo eſt tradita, quique tot curarum onere premitur, tanto ardore in hoc B. Didaci negotio abſoluendo verſaretur, vt in magnis temporum difficultatibus ſe, ſuaq; Regna apud Deum noui patroni ſuffragiis & piè, & prudenter communiret: quare reſpondimus Philippi Regis Catholici de B. Didaco noſtra, & Apoſtolicæ Sedis auctoritate in Sanctis adſcribendo tam diuturnam & perſeuerantem poſtulationem dignam eſſe ſingulari eius pietate, dignam perpetuo catholicę Religionis propagandæ ſtudio; lętari nos & Deo gratias agere, quòd Beatos ſeruos ſuos, quos in cœlis coronat, à noſtra quoque tenuitate in Terris honorari velit, eoſq; nobis ad auxilium & exemplum proponat: Et nos quidem ad pium eius deſiderium explendum propenſiores eſſe; facere tamen rei grauiſſimæ magnitudinem, vt de Regia petitione adhuc cum Fratribus noſtris Cardinalibus & Epiſcopis etiam atque etiam deliberandum cẽſeremus: quare eoſdem Fratres hortati ſumus, vt omnia, quę ad hanc cauſam pertinerent, diligentiſſimè conſiderarent, quodq; nos ipſi iam pridem faciebamus, Deum magnoperè orarent, vt corda noſtra ſuo lumine colluſtraret, totamq; hanc actionem ad ſui gloriam & Eccleſiæ vtilitatem diſponeret & dirigeret.

Deinde aliud Conſiſtoriũ ſecretũ indixit, & multa quæ ad negociũ huiuſmodi pertinebant prænarrauit & poſtea ad eiuſdẽ Põt. petitionẽ, Cardinales Patriarchę Archiepiſ. & Epiſc. aſtantes dixerũt eis videri B. Didacũ in SS. numerum adſcribendum eſſe.

Hæc cum eſſent acta, alterum item Conſiſtorium ſecretum indiximus, in eoq; etiam Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſcopos in Romana Curia pręſentes, Protonotarios quoque noſtros, qui ex numero dicuntur, & Rotę Auditores intereſſe iuſſimus. Tum nos ipſi de ſacroſancta huius Apoſtolicę Sedis, in qua Dei prouidentia ſedemus, auctoritate & poteſtate, deq; Spiritus ſancti ſingulari patrocinio, atque infallibili aſſiſtentia à Deo in omnibus verbis ſuis fideli promiſſa, vſque ad conſummationem ſęculi perpetuò affutura, quibus gubernatur, ea diximus, quę cauſę & temporis ratio potiſſimum requirere videbatur: Demum à Fratribus noſtris petiuimus, vt quoniam aliàs ſtatutum eſſet, vt ad vlteriora in hoc negotio procederetur, nunc præcisè & expreſsè dicerent, an ex ijs actis, quæ ipſi viderant, & audiuerant, Beatus Didacus eſſet canonizandus. Igitur à S. R. E. Cardinalibus primùm, deinde à Patriarchis, Archiepiſcopis & Epiſcopis piè, grauiter & eruditè ſententijs dictis, omnes maturè vnanimes idipſum ſentientes dixerunt ſibi videri ex ijs quę maturè ipſi hac de re viderant & audiuerant, B. Didacum à nobis meritò inter Sanctos eſſe adſcribendum.

Põtifex igitur diẽ canonizationis eiuſdem B. Didaci, pro die 2. mẽſ. Iulij qua feſtũ Viſitat. B. Marię celebratur, præſtituit.

Deo autem, qui in Domo ſua fratres in vnum habitare facit, gratias agentes de tanta fratrum noſtrorum conſenſione, quòdque ad ſeruum & amicum ſuum, quantum nobis licet, honorandum corda noſtra impelleret & illuſtraret; cum per eius gratiam hucuſque omnia ritè, atque ordine acta eſſent, quod reliquum erat, diem canonizationis præſtituimus ad Sextum Nonas Iulij, quo die memoria Viſitationis Beatę Marię ſemper Virgi-

Virginis ad ſanctam Eliſabeth piè ab Eccleſia recolitur, vt eiuſdem humani generis Aduocatę patrocinio, tandem pium hoc opus proſperè, & ſalutariter à nobis abſolueretur. Fratres interea noſtros hortati ſumus, vt intermedio tempore vnà nobiſcum precibus, eleemoſynis (quas nos & libenter & piè erogauimus, quemadmodum & Regis nomine ab ipſius Oratore factum fuit) ieiunijs, ſacrificijs Dei auxilium inuocare non ceſſarent. Is igitur feſtus Viſitationis dies, ideſt hodiernus cum aduenifſet, Nos & fratres noſtri Cardinales, Patriarchæ, Archiepiſcopi & Epiſcopi ſacris veſtibus induti, inchoato per nos ipſos in noſtra Pontificia Capella Hymno, Aue maris ſtella: cãtorumq; choro proſequente, vt ipſa, quæ mater eſt gratiæ, nobis præiret, & prȩluceret, cæteris etiã Romanȩ Curiȩ Prælatis, & officialibus, familiaribusq; noſtris, ac vniuerſo regulari & ſæculari clero longo, deuotoq; ordine progredientibus, omnes ſimul accenſos cereos in manibus geſtantes in eius honorẽ, qui eſt lux vera, gloria & ſplendor ſanctorũ, è Palatio noſtro Apoſtolico ſolemniter proceſſimus ad antiquiſſimã & religioſiſſimã Baſilicã Principis Apoſtolorum, in cuius medio peramplum ſuggeſtum Regio ſumptu extructũ erat, paratumq; Altare ad ſacram Pontificalem Miſſam celebrandã, totaq; templi facies in communi Eccleſiæ lętitia hilaris, & Pontificio apparatu decenter ornata, omniaq; ſpiritalibus canticis perſonabant, funalia & faces circumquaq; ardebant, & vexilla appenſa, in quibus Beati viri imago expreſſa erat, qui corpore erecto depictus, dextera manu coronam Beatiſſimæ Dei Genitricis, ſiniſtra Crucem inuictiſſimã gerit & intuetur, cuius nimirum auxilio hoſtes teterrimos carnem, mundum, & diabolum ſuperauit. Hic nos in maxima fidelis Populi, totiuſq; adſtantis cleri frequentia, cœleſtis illius & triũphantis Hieruſalem effigiem quandam nobis ante oculos proponentes, & quantum in hac lacrymarum valle licet; intuentes, conſcenſis gradibus, in ſuggeſtu ante Altare orauimus; mox in ſublimi Apoſtolico Throno confidentes Fratres noſtros S. R. E. Cardinales & Epiſcopos omnes ſacris veſtibus ornatos & paratos, nobis obedientiam de more præſtantes excepimus: Tum dilectus filius noſter Petrus tituli Sancti Hieronymi Illyricorum Presbyter Cardinalis Deza Hiſpanus, Catholici Regis Philippi, totiuſq; Hiſpanię nomine ſemel, iterum, & tertiò ſuppliciter & inſtantiſſimè a nobis petijt, vt B. Didacũ in Sanctorum numerum adſcriberemus, noſq; ad ſingulas eius petitiones, Regis pietate, & beati Viri meritis collaudatis, ſemper tamen per diſtincta interualla, noſtras totiuſq; Cleri & Populi orationes, litanias & ſacros hymnos interpoſuimus. Demum cum iam nihil omuino ex his, quę à maioribus piè, ſancteq; ſunt hoc de genere inſtituta, eſſet prętermiſſum, imò potius matura deliberatio, ſummaq; diligentia abundantius adhibita, inuocato ſancto Creatore Spiritu, cuius conſilio & ſapientia Sancta Eccleſia columna, & firmamentum veritatis regitur, eiuſq; numen ſępe à nobis ex intimo corde multis etiã lacrymis imploratum, pręſens adeſſe non dubitantes. Ad honorem ſanctæ, & indiuiduę Trinitatis Patris, & Filij, & Spiritus ſancti; ad exultationem ſupernę & triumphantis Hieruſalem matris noſtræ; ad exaltationem catholicæ fidei, & Chriſtianæ Religionis augmentum; auctoritate eiuſdem ſanctæ Trinitatis, beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, ac noſtra; de Venerabilium Fratrum noſtrorum S.R.E. Cardinalium, omniumq; Patriarcharum, Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum in Romana Curia exiſtentium conſilio, & vnanimi conſenſu B. Fratrem Didacum de Sancto Nicolao Prouinciæ Bethicæ Hiſpanum ordinem Minorum ſancti Franciſci expreſsè profeſſum, ſepultumq; Compluti in Eccleſia Fratrum eiuſdem ordinis, de cuius fidei puritate, excellentia vitæ, & miraculorum in vita & poſt mortem claritate nobis pleniſſimè conſtat, in Sanctorum Confeſſorum numerum, & Catalogum adſcribendum eſſe decreuimus & adſcripſimus, prout per præſentes decernimus & adſcribimus, eumq; vt Sanctum ab omnibus venerandum eſſe mandamus: ſtatuentes, vt ab vniuerſali Eccleſia anno quolibet die xij. Nouembris feſtũ ipſius, & officium ſicuti pro vno Sancto Confeſſore tantùm, ad formam in rubricis Romani Breuiarij pręſcriptam deuotè celebretur, quòdq; in eius honorem Eccleſiæ & Altaria, in quibus Deo ſacrificia offerantur, erigi & fundari poſſint, Eademq; auctoritate omnibus verè pœnitentibus & confeſſis, qui ſingulis annis eodem die feſto ſupradictam Eccleſiam oppidi Complutenſis Toletan. Diœc. vbi ipſius corpus requieſcit, necnon Altaria & Eccleſias, quę in eius honorem conſtructę erunt, deuotè viſitauerint, eaſdẽ Indulgentias,

Io. 1.

Et in ea die ſãctiſſ. Pontifex iſte ſacris veſtibus indut⁹ vnã cũ Cardinalib⁹ Patr. Archiep. & Epiſc. & inchoato per eũ hymno, Aue maris Stella, Canticũq; choro perſequẽte, Prælatis, Officialibus, & ſuis familiarib⁹, ac ſæculari & regulari Clero progrediẽtib⁹, e Palatio ſuo, ad baſilicã s. Petri proceſſit, & ibi in ſuggeſtu ante altare orauit, & deinde in ſublimi Throno confidendo obedientiam à Card. & Epiſc. excepit.

1. Tim. 3.

Gal. 4. Heb. 12.

Poſtea Cardinalis Deza Catholici Regis & toti⁹ Hiſpaniæ nomine, primo, ſecũdo, & tertio inſtetit pro B. Didaci canonizatione apud ipſũ Põt. qui ad ſingulas Regis petitiones, Regis pietate, & B. Didaci meritis collaudatis, & orationibus totius Cleri & populi interpoſitis, tandem, ſolẽniter B. Didacũ in SS. Cõfeſſorũ numerũ & catalogum adſcribit.

Feſtũq; anno quolibet die

22. Nouemb. cũ officio ſicuti pro vno S. Cõfeſſore celebrari pcipit & eius Eccleſias viſitan. Indulg. cõcedit.

dulgentias, priuilegia, & gratias conceſſimus & elargiti ſumus, quemadmodum conceſſimus & elargimur, quę cæteris dicti ordinis ſanctorum Eccleſijs conceſſæ ſunt.

Abſoluta canonizatione, laudes Deo egit, & Miſſam de Viſitatione B. Marię Virg. celebrauit, & plenariã Indulg. adſtantibus cõceſsit.

Quibus omnibus, quæ ad Sancti Didaci canonizationem pertinebant, abſolutis, ac laudis & gratiarum actionis, Hymno Deo decãtato, eiusq; auxilio per Beati Didaci preces peculiari oratione, quam nos clara voce pronunciauimus, implorato tandem eodem in loco & Altari, Miſſam ſolemnem de Beatiſſimæ ſemper Virginis viſitatione cum Beati Didaci commemoratione nos ipſi celebrauimus, fidelibusque, qui tam piæ & religioſæ actioni, & ſacroſancto ſacrificio deuotè interfuerant, ad Dei & Sancti ſui gloriam & laudem plenariam Indulgentiam conceſſimus.

Omnes igitur Deum cœli benedicamus, & coram omnibus viuentibus confiteamur ei, quia fecit nobiſcum miſericordiam ſuam, agnoſcamusq; non ſine magna Dei prouidentia factum eſſe, vt hiſce afflictis Chriſtianæ Reipub. temporibus, quibus maximè multiplici Sanctorum ſuffragio indigemus, nouus hic ſuffragator & patronus fideli Populo tribueretur. Et nos quoque, qui in hac paſtorali ſtatione, in qua nos Deus collocauit, de vniuerſi gregis Domini ſalute anxij dies noctesq; peruigilamus, Dei erga nos ſingularẽ clementiam agnoſcimus, qui poſt tot annos, poſt tot Beatiſſimos Pontifices prędeceſſores noſtros, nobis humilibus huius magni operis abſolutionem reſeruauerit, qui cum ſancto ſuo eiuſdem ſeraphicæ religionis communione conſociati ſumus. Quamobrem eundem Patrem miſericordiarum, qui humiles exaltat, humiliter deprecemur, vt per merita & interceſſionem ſancti Didaci, Eccleſiæ ſuæ pacem, & tranquillitatem, Regibus & Principibus Chriſtianis vnionem, vitam & felicitatem, miſeris, & obcæcatis Hæreticis lucem Catholicæ veritatis largiatur.

Hortatur denique oẽs, vt deſup Deo benedicant, & pro eccleſię ſuæ pace, Principum Chriſtianorũ vnione & felicitate, ac hæreticorum reductione, per merita & interceſſionem S. Didaci, Deũ deprecari velint.

Cæterum quia nimis difficilè foret pręſentes noſtras originales litteras ad ſingula loca vbi opus eſſet, deferri; volumus, vt earum tranſumptis etiam impreſſis manu publici Notarij ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem quę ipſis præſentibus fides vbiq; adhibeatur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrorum decreti, adſcriptionis, mandati, ſtatuti, conceſsionis, elargitionis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit; indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ M. D. LXXXVIII. Sexto Non. Iulij, Pontificatus Noſtri Anno Quarto.

✠ Ego Sixtus Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.

✠ Ego Alex. Card. Farneſius Vicecancellarius Epiſc. Oſtien̄.

✠ Ego Io. Antonius Epiſcopus Portuen̄. Card. S. Georgij.

✠ Ego Alphonſus Card. Geſualdus Epiſcopus Tuſcul.

✠ Ego Innicus Aualos Card. de Arag. Epiſcopus Sabinen.

✠ Ego Marcus Antonius Card. Columna Epiſc. Præneſtin̄.

✠ Ego Ptolemæus Card. Comenſis Epiſcopus Albanen̄.

✠

✠ Ego Marcus Siticus Card. ab Altaeps, tt. S. Marię Tranſtib.

✠ Ego P. Card. Sanctacrucius tit. ſancti Clementis.

✠ Ego G. Card. Pal. tit. ſancti Laurentij in Lucina.

✠ F. Mich. Bonellus Card. Alexandrin. tit. S. Mariæ ſup. Mineruam.

✠ Ego Ludouicus Card. Madrutius, tit. S. Anaſtaſiæ.

✠ Ego N. Card. de Pelleue, tt. S. Praxedis.

✠ Iul. Ant. tit. ſancti Bartholomęi in Inſula Presb. Card. S. Seuerinę.

✠ Ego Hieronymus Cardin. Ruſticucius tit. S. Suſannę.

✠ Ego Io. Hieronymus Card. Albanus, tt. S. Io. ante portam Latinam.

✠ Ego Hieronymus Card. Simoncellus, tit. S. Priſcæ.

✠

✠ Ego Petrus Card. Deza, tit. ſancti Hieronymi Illyric.

✠ Ego

✠
✠
✠ Antonius tit. SS.Io.& Pauli Presbyter Card. Carafa.
✠ Ego Io. Antonius Card. SS. Quatuor.
✠ Ego Io.Baptista Card. sancti Marcelli.
✠
✠
✠
✠ Ego Franc.Card.de Ioyeuse,tit.S.Trinitatis in Monte Pincio.
✠ Ego Iulius Card. Cananius, tit. sancti Eusebij.
✠ Ego Nicolaus,tit.sanctæ Cæciliæ Card. Cremonen.
✠ Ego Antonius Maria Card. Saluiatus, tit.S. Mariæ de Pace.
✠ Ego August. Card. Veron. tit.S.Marci.
✠ Ego Vincentius, tit. S. Mariæ in Via Card. Montis Regalis.
✠ Ego Phil. Card. Spinula, tit. S.Sabinæ.
✠
✠
✠ Ego Scipio Card.Lancellotus,tit.S.Saluatoris in Lauro.
✠ Ego Vinc.Card.Gonzaga, tt.S.Alexij.
✠ Ego Henricus tit. S. Pudentianę Card. Caetan. S.R.E.Camer.
✠ Ego Io. Baptista,tt.S.Mariæ in Ara cęli, Card. Castrucius.
✠ Ego F. Card.Corn.tt.S.Steph. in M.C.
✠
✠ Ego Dominicus, tit. S. Laurentij Card. Pinellus.
✠ Ego Hippol. Card. Aldobr. tit. S.Pancratij Maior Pęnitent.
✠ Ego Hieronymus tt. S.Petri ad Vincula Card. de Ruuere.

✠ Ego Phil. Card. de Lenoncourt, tit. S. Honuphrij.
✠ Ego F. Hieron. tit. S. Tho. in Parione Card. Asculan.
✠ Ego Antonius Maria, tit. S.Agnetis in Agone Card.Perusinus.
✠ Ego F.Constantius Card.Sarnanus, tit. S.Petri in Monte aureo.
✠ Ego G. Alanus, tit. S. Martini Card. Anglican.
✠ Ego Scipio, tit. S. Mariæ de Populo Presb.Card.Gonzaga.
✠ Ego Antonius Cardinalis Saulius, tituli Sancti Vitalis.
✠ Ego Euangelista Card. Cusentinus, tit. S. Matthæi in Merulana.
✠
✠ Ego Fr.Steph.tt.SS.Marcellini,& Petri Presb.Card.Aretinus.
✠
✠
✠
✠
✠
✠
✠ Ego A. Card. Montaltus, Diaconus S. Eustachij.
✠
✠ Ego Hierony. S. Mariæ in Cosmedin, Diac.Card.Matthæius.
✠ Ego Benedictus S. Agathæ, Diaconus Card. Iustinianus.
✠ Ego Ascanius SS.Viti, Modesti, Diac. Card. Columna.
✠ Ego Federicus S. Mariæ in Domnica Diaconus Card. Borromæus.

Anno à Natiuitate Domini, Millesimo quingentesimo octuagesimo octauo, Indictione prima, die vero Lunæ, Quinta Mensis Septembris, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Nostri Domini Sixti diuina prouidentia Papę V. Anno eius Quarto. Retroscriptæ litteræ Apostolicæ, affixæ, publicatæ, & lectæ fuerunt ad valuas Basilicarum Principis Apostolorum, & S. Ioannis Lateranensis de Vrbe, & ad valuas Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Florę per nos Horatium de Raynaldis, & Io. Baptistam Bagni eiusdem Sanctissimi D. N. Papæ Curs. Publicatio.

Alex. Parabiacus Magister Curs.

M Erectio

XV.

Erectio & venditio Montis Cancellariarum ad ſcuta decem pro quolibet loco.

Ad Cancellariarum & Notariatuum Status Eccleſiaſtici materiam, vide Pauli IIII. conſt. 21. f. 594. & Pij IIII. conſtit. 107. fol. 813. & conſt. 127. fol. 867.



SIXTVS Epiſcopus Seruus Seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

PASTORALIS Officij cura in vniuerſum Chriſti gregem nobis diuina diſpoſitione commiſſa, facit vt paterna ſollicitudine vigilantes, imminentibus Sedi Apoſtolicæ neceſsitatibus, præſertim ne catholicę Eccleſiæ hoſtes diutius in ipſum gregem Satanica immanitate ſæuire contendant, ac vt Regna quæ diuturna Tyrannide occupata detinent, ab eorum manibus erepta ad maternam dictæ Sedis obedientiam reuocentur, omni quo poſſumus ſtudio occurrere curemus: Verùm tamen quia huiuſmodi negocia, quæ perinde difficilia ſunt, atque neceſſaria eſſe iudicamus, abſq; ingenti pecuniarum ſumma effici, ſiue expediri nõ poſſunt, has ſummopere hinc inde, vt par eſt, minori quàm fieri poteſt Camerę Apoſtolicæ, & ſubditorum noſtrorum incommodo, comparare ſtudemus; vt quotieſcumq; neceſſitas coegerit, ſiue occaſio opportunè poſtulauerit, ad tanti momenti negocia peragenda pręſto eſſe poſſint. Sane cum nos nuper dictæ Cameræ indemnitati, & vtilitati conſulere cupientes, omnes Cancellarias, ſiue Notariatus Ciuiles, & Criminales, necnõ Secretarias, Prouinciarum, Ciuitatum, Terrarum, & locorum Status noſtri Eccleſiaſtici olim à fel. rec. Paulo IIII. & Pio IIII. & alijs Roman. Pontificibus prædeceſſoribus noſtris, in officia vacabilia erectas, & venditas, ac nunc à diuerſis particularibus perſonis poſſeſſas, ob enormiſsimam læſionem, & damnum quod eadem Camera in dictorum officiorum venditione paſſa eſt & patitur, redimere velle declaraſſemus; Omnes officiales præfati ſiue eorum maior pars, Nos vnanimiter adiuerunt, & tam ad ſe liberandum, & eximendum à dicta læſionis prætenſione, quàm etiam vt dictorum officiorum Collegium erigatur, ac alia quàmplura priuilegia ad ipſorum, & dicti Collegij fauorem à nobis obtinendum, & conſequendum, ſcuta quinque millia monetæ, de Iulijs decem pro quolibet ſcuto, quot annis ab ipſis & eorum Collegio, eidem Camerę de bimeſtri in bimeſtre anticipatè à Kal. præſentis menſis Iulij incipiendo, ſuper quibus etiam (ſi ita nobis placuerit) Mons vacabilis, vel non vacabilis erigi poſſit, perpetuò ſe ſoluturos obtulerunt; ac ſuppliciter petierunt per nos huiuſmodi oblationem acceptari. Nos igitur eorum precibus annuentes, eandem oblationẽ tam loco ſolutionis, & ſatisfactionis quàm compoſitionis, tranſactionis, & concordiæ, cauſa, & occaſione læſionis pręfatæ, & dictorum priuilegiorum conceſsionis, acceptare, eiſdemq; dicta priuilegia modo, & forma, prout in Capitulis, & conuentionibus deſuper confectis latius continetur, concedere decreuimus. Vnde vt facilius pro huiuſmodi neceſsitatibus ſubleuandis, & præſertim pro expeditione belli contra impios Catholicæ Rom. Eccleſiæ hoſtes, pro regnorum ab eiſdem hoſtibus occupatorum, & detentorum recuperatione ſuſcepti, adiuuanda, aliqua pecuniarum ſumma (minori quàm fieri poteſt Cameræ, & ſubditorum prędictorum incommodo) congeratur, vnum Montem vacabilem, ſcutorum quinquaginta millium ſimilium, ſuper annuo dictorum quinque millium ſcutorum, per officiales præfatos (vt pręfertur ſoluendorum emolumento, erigere, & inſtituere decreuimus; Et vt dicta ſumma nobis quantocitius vnica tantum vice repręſentetur, & ſine longioris morę interuallo in promptu ſit, Dilectus filius Io. Auguſtinus Pinellus nobilis Ianueñ. noſter, & dictę Cameræ Depoſitarius generalis, dictum Montem ſe empturum, & illius precium per totum menſem Auguſti proximè venturi, dilecto filio Depoſitario officij Datariæ noſtrę ſoluturum obtulit; & propterea dilecti filij Noſtri Camerarius, Theſaurarius, ac Præſidentes, & Clerici eiuſdem Cameræ in Palatio dicti Camerarij coadunati, & congregati ipſam

Hic Pontifex volens ob enormiſsimã læſionem redimere, Cãcellarias & Secretarias a Paulo IIII. & Pio IIII. véditas ipſi officiales obtulerunt ſoluere ſcuta quinq; millia Cameræ Apoſtolicæ anno quolibet, ſuper quibus vnum Montem erigi petierunt.

Hunc Montem locorum quingentorũ Io. Auguſtinus Pinellus emit a Reueren. Camera pro d. pretio ſcut. quinque millium.

ipsam Cameram repręsentantes, & facientes, assistentibus ibidem dilectis filiis dictę Camerę Pręsidente, Commissario, Fisci, & pauperum Aduocatis, & eiusdem Fisci Nostri procuratore generali, insequentes tenorem Chirographi, & capitulorum manu nostra sub die quinta pręsentis mensis Iulij subscriptorum, Montem prędictum, portiones seu loca quingenta ad rationem scutorum centum similium pro quolibet loco continentem, cum fructibus ad rationem scutorum decem similium pro quolibet loco de bimestre in bimestre, in fine, soluendis, & à die prima eiusdem mensis Iulij in futurum decurrendis, pro precio scutorum centum similium pro quolibet loco, dictam summam scutorũ quinquaginta millium in totum constituentium, per totum mensem Augusti proximè venturi, cui à Nobis ordinatum fuerit per ipsum Ioannem Augustinum Pinellum soluendorũ, & cum pacto quòd loca pręfata per quinquennium à dicta die prima pręsentis mensis Iulij inchoandum, & vt sequitur finiendum, non vacent, & cum alijs pactis, conditionibus, capitulis, & cautelis, & aliàs in omnibus & per omnia iuxta formam, & cõtinentiam dictorum chirographi, & capitulorum à nobis subscriptorum eidem Ioanni Augustino cesserunt, vendiderunt, & transtulerunt, prout in instrumento inter dictam Cameram, ex vna, & præfatum Ioannem Augustinum ex altera partibus, per acta dilecti filij Tydei de Marchis dictæ Cameræ Notarij sub die sexta præsentis mensis Iulij celebrato, cum obligatione Camerali, & iuramento per vtramq; partem præstito, roborato, latius continetur. Nos igitur volentes ea quæ de mandato, & ordine nostris processerunt, & gesta sunt perpetuò inuiolabiliter seruari, ac vt firma, & illæsa permaneant prouidere, ac nobiscum, & cum eadem Camera contrahentium securitati (vt par est) consulere, ac instrumentum, chirographum, & capitula huiusmodi, omniaq; & singula in eis contenta de expressis mandato, & ordine nostris processisse, & gesta esse attestantes, & illorum tenorem hic pro expresso, & de verbo ad verbum inserto habentes, Motu proprio, & ex certa scientia nostra, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine instrumẽtum chirographum, & capitula huiusmodi, omniaque, & singula in eis contenta iuxta illorum formam, & tenorem, in omnibus & per omnia Apostolica auctoritate tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illisq; perpetuæ firmitatis robur adijcimus, omnesq; & singulos tam iuris quàm facti, & solemnitatum quantumlibet necessariarum etiam ex forma, & tenore quarumcunque litterarum, seu constitutionum Apostolicarum, vel aliàs requisitarum, etiam substantialium, etiam similia instrumenta annullantium defectus, si qui forsan interuenerint in eisdem, supplemus, eaq; omnia inconcussa firmitate subsistere, & inuiolabiliter obseruari debere, ac in fide, & verbo Rom. Pontificis, nostro & successorum nostrorum nomine inuiolabiliter obseruare, & attendere promittimus, & ad id nos sedem, & Cameram præfatas, & omnia illius bona obligamus. Et nihilominus iterum quatenus opus sit Montem præfatum sic per nos erigendum, cum omnibus suis iuribus, fructibus, priuilegijs, immunitatibus, & exemptionibus tam in dictis capitulis, & instrumentis contentis & expressis, quàm inferius in illius Erectione describendis, eidem Ioanni Augustino pro se, suisq; hæredibus, & successoribus quibuscunque vendimus, damus, concedimus, & transferimus: ipsumq; Ioannem Augustinum eiusq; hęredes, & successores in omne, ius locum, & priuilegium nostrum, & dictæ Cameræ quoad dictum Montem & illius iura substituimus, ponimus, & subrogamus, dictiq; Montis, & illius fructuum, & iurium possessionem ex nunc concedimus, & interim eius nomine illam tenere declaramus; ipsiq; Ioanni Augustino dicta loca quingenta Montis huiusmodi quibusuis personis, in vna, vel pluribus vicibus, & partitis, & pro quocunque precio maiori, vel minori ad sui beneficium, & damnum respectiuè absque alia nostra, ac Sedis, & Camerę præfatarum, vel alterius requisita, & obtenta licentia, & sine aliqua solutione cuiuscumque compositionis, & regaliorum facienda; vendendi, alienandi, & disponendi facultatem, & auctoritatem concedimus: Eundemq; Ioannem Augustinum dicti Montis depositarium dicti Ioannis Augustini vita durante, cũ facultate dicti Montis secretarium, & computistam ad vitam eiusdem Ioannis Augustini tantùm deputandi cum salarijs, & prouisionibus sibi beneuisis, vel eos ad eius beneplacitum reuocandi, & amouendi, ac alijs facultatibus necessariis, & opportunis, facimus, constituimus, & deputamus; Ipsumq; Ioannem Augustinum ad illius liberum exercitium, ac administratio-

Hic Pontifex dictam venditionẽ approbat & de nouo d. Io. Augustino vendit, & facultatẽ d. loca Montis alijs personis vendendi eidẽ concedit.

nem, & possessionem admittimus; Et hoc pro dicto precio scutorum quinquaginta millium, vt præmittitur, soluendorum, & cum omnibus alijs pactis, & conditionibus in eisdem relatis instrumento, & capitulis latius contentis. Et vlterius pro dictorum instrumenti & Capitulorum, omniumq; in eis contentorum, effectuatione, obseruatione, & executione, Motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, Montem prædictũ, Cancellariarum Montem, nuncupandum, portionum, seu locorum quingentorum vacabilium ad instar Rom. Curiæ officiorum, ac aliorum Montium vacabilium, non tamen per quinquennium proximum, nec per promotionem, vel translatioñe ad Cathedrales, etiã Metropolitanas, vel Patriarchales Ecclesias, & monasteria, ad rationem scutorum centum monetæ pro quolibet loco, seu portione, à die prima præsentis mensis Iulij inchoandum, auctoritate, & tenore præfatis, perpetuò creamus, erigimus, facimus, & instituimus: Illiq; sic erecto, & instituto, ac personis, quæ in eo suas pecunias posuerint, pro dicti Montis congrua dote, ac annuis fructibus, & emolumentis, ad rationem scutorum decem similium pro quolibet loco, & quolibet bimestre in fine soluẽdorum dictam summam, scutorum quinque millium monetę per dictos Officiales, vel eorum Collegium annuatim, & quolibet bimestre, anticipatè illorum ratam, Monti Cancellariarum præfato, ac illius Depositario soluendam, etiam perpetuò concedimus, applicamus, appropriamus, & assignamus; applicatamq; appropriatam, & assignatam esse volumus, & mandamus; Ipsumq; Montem, & illius Creditores, in nostrum Sedis, & Cameræ præfatarum locum, quoad summam quinque millium scutorum huiusmodi, super fructibus, redditibus, obuentionibus, & emolumentis dictarum Cancellariarum, Notariatuum, Secretariatuum, ac dictæ summę liberam perceptionem, exactionem, & consecutionem ponimus, substituimus, & subrogamus, dictaq; scuta quinque millia ab omnibus oneribus, tributis, subsidijs & collectionibus, ex quacunque vrgenti, & publica, ac etiam fidei Catholicæ tuendę causa impositis, & imponendis ac omnibus, & quibuscunque alijs grauaminibus ordinarijs, & extraordinarijs pręsentibus, & futuris, eximimus, & liberamus, exemptaq; & libera esse volumus. Ac pro maiori eorundem Montis, & personarũ in eo pecunias ponere volentium cautela, & securitate omnia, & singula alia Sedis, & Cameræ præfatarum mobilia, & immobilia bona, res, actiones, & iura præsentia, & futura vbiq; locorum existentia pręfato Monti Cancellariarum, illiusq; singularibus personis insolidum, ac integraliter, generaliter & specialiter, ita tamen quod generalitas specialitati nõ deroget, nec è contra obligamus & hypothecamus, obligataq; & hypothecata esse volumus, & decernimus. Necnon eadem auctoritate statuimus, quòd quæcunque vtriusque sexus personę cuiuscunque status, gradus, ordinis, conditionis, dignitatis, & præeminentiæ existentes, etiam si Cardinalatus honore pręfulgeant, & Ecclesijs cathedralibus etiam Metropolitanis & Patriarchalibus, seu monasterijs præsint, ac quæcunq; & qualiacunque beneficia Ecclesiastica cum cura, & sine cura obtineant, in sacris etiam presbyteratus ordinibus constitutæ, necnon sancti Ioannis Hierosolymitani, vel aliorũ hospitalium, & Militiarum, ac quorumcunq; (non tamen mendicantium) ordinum Regulares, quibus à iure, aut per priuilegium concessum est proprium retinere posse, cuiuscunque nominis, qualitatis, & conditionis existant, & aliæ quæ aliàs iuxta tenores erectionum Montium nostrorum Sixti Camerariatus, & Datariæ locorum huiusmodi capaces sunt, in Monte Cancellariarum prędicto, quascumq; pecuniarum quantitates (nõ tamen infra dictam summam scutorum centum in singulas personas, ita vt loca diuidi nõ possint) vsque ad summam dictorum quingentorum locorum, seu portionum ponere, & tam ipsę personæ, quàm alij ab eis causam habentes, quoad vixerint, pro pecunijs sic positis ad rationem decem scutorum similium pro quolibet loco, singulis annis, & quolibet bimestri eorum ratam, sine aliquo conscientiæ scrupulo, & sortis principalis diminutione, vel aliquo restitutionis onere, etiam si quęcumque grauissima, etiam de necessitate exprimenda crimina (præterquam in personam Romani Pontificis pro tempore existẽtis, aut alicuius S.R.E. Cardinalis) commiserint, ac propterea siue legitimè conuictæ, siue in eorum non comparentium contumaciam in pœnam vltimi supplicij condemnatæ, seu condemnandæ, & pœnæ huiusmodi per eas persoluen. atque omnia eorum bona fisco ipso iure, vel ipso facto applicata, seu applicanda fuerint, tam pro sorte principali

Montẽq; prædictum erigit.

Fructusque ad decem pro centenario Mõtistis assignat.

Exemptionẽ a quibuscũq; grauaminibus concedit.

Pro securitate d. Montis bona Sedis & Cameræ Apost. obligat.

Personas quascũque etiã religiosas in hoc Mõte prout in Mõte Sixto & Camerariatus & Datariæ ponere posse declarat.

Cõfiscari & sequestrari posse prohibet, & resignari posse decernit.

quàm

quàm pro eorum emolumentis locorum, ſeu portionum Montis huiuſmodi, quę, ſeu quas nullatenus confiſcari, aut ad inſtantiam quorumcumque ſuorum creditorum, vel aliàs modo aliquo ſequeſtrari, aut impediri poſſe decernimus, integrè omni prorſus impedimento ceſſante percipere, & habere; ac loca, ſeu portiones huiuſmodi corpore tamen ſano, & aliàs prout in reſignationibus dictæ Curiæ officiorum, & aliorum Montiũ Vacabilium obſeruatur, in vnius, vel plurium, prout eis placuerit, etiam filiorum ſuorum, aut aliarum perſonarum fauorem, in manibus dilecti filij noſtri Henrici tituli ſanctæ Pudentianæ presbyteri Cardinalis Caetani nuncupati, moderni, & pro tempore exiſtentis eiuſdem S. R. E. Camerarij. (Quem protectorem, & adminiſtratorem dicti Montis Cancellariarũ, cum libera & abſoluta poteſtate litteras patẽtes dicti Montis ſub eius nomine & ſigillo expediendi, & concedendi, & omnia alia peragendi, quæ ad eiuſdẽ Montis vtilitatem pertinere cognouerit, conſtituimus, & deputamus) reſignare, & de locis, ſeu portionibus huiuſmodi (dummodo in perſonam vnius de minori quantitate vnius loci non diſponatur, nec loca ipſa diuidantur) nulla alia deſuper obtenta diſpenſatione, in toto, vel parte ſimul, vel ſeparatim per viam reſignationis huiuſmodi liberè diſponere poſſint; ita vt reſignatarij in pecunijs per eos à quibus cauſam habuerint poſitis, & locis ſeu portionibus, & emolumentis pręfatis per eandem reſignationem ſuccedere, & ad illa admitti debeant; Eidemq; Monti, & Perſonis in eo pecunias habentibus Collegium, Defenſores, & officiales quoſcunque creandi, & deputandi, ordinationes, & ſtatuta quæcumque, licita tamen, & honeſta, ac ab eadem Camera examinanda, & approbanda, condendi, facultatem concedimus. Necnon ijs vt omnibus, & ſingulis alijs priuilegijs, facultatibus, exemptionibus, immunitatibus, libertatibus, prærogatiuis, gratijs, & indultis quibus cæteri creditores aliorum Montium Vacabilium, & pręſertim Mõtium SIXTI, Camerariatus, & Datarię nuper à nobis erectorum, vtuntur, potiuntur, & gaudent, ac vti, potiri, & gaudere poſſunt, & poterunt quomodolibet in futurum, pariformiter, & abſque vlla prorſus differentia, etiam perinde ac ſi omnia hic de verbo ad verbum inſerta forent, vti, frui, & potiri liberè, & licitè valeant indulgemus. Volentes quòd Mons Cancellariarum huiuſmodi, illiusq; perſonę ratione pecuniarum in eo poſitarum ab omni etiam Menſatæ, ac aliorum onerum per nos, & pro tempore exiſtentes Rom. Pontifices, etiam pro defenſione fidei & augumento cultus diuini, & alia ſubleuatione, & conſeruatione ſtatus Rom. Eccleſię quomodolibet impoſitorum ſolutione, liberę immunes, & exemptæ exiſtant, & cenſeantur, nec ſuper annuis redditibus, & emolumentis eis aſſignatis, illorumq; perceptione & exactione etiam per nos, & ſucceſſores noſtros prædictos quouis modo perturbari, inquietari, vel moleſtari, aut aliquo grauamine, ſeu onere, etiam ſi euidens vtilitas, & vrgens neceſſitas id ſuaſerit, onerari poſſint; & ad probandũ quòd pecunię in dicto Monte poſitæ, vel aliqua earum pars in vtilitatem aut neceſſitatẽ Romanæ Eccleſiæ vel Sedis & Cameræ pręductarum aut catholicæ fidei defenſionẽ conuerſæ fuerint, minimè teneantur. Quòdque pręſentes vim, & robur veri, & validi contractus & obligationis inter nos, Sedem, & Cameram pręduictas ex vna, & eos qui pecunias ſuper ipſo Monte Cancellariarum poſuerint, vel ab eis cauſam habuerint, ex altera partibus legitimè initi, & ſtipulati obtineant, & obtinere, dictusq; Mons Cancellariarũ, & illius Montiſtę in pacifica, libera, & quieta dictorum emolumentorum eis, vt pręfertur, aſſignatorum exactionis, & perceptionis poſſeſſione perpetuò manuteneri, & conſeruari. Quodq; tam dictus Ioannes Auguſtinus, quàm alij pro tempore dicti Montis Depoſitarij introitus, & emolumenta pręducta erigere, ac inter perſonas quę ſuas pecunias in dicto Monte Cancellariarum poſuerint, pro rata locorum, & portionum cuiuſlibet, quolibet bimeſtri in fine diuidere, & diſtribuere, & de ſoluendo modo pręmiſſo per acta eiuſdem Notarij ſe obligare debeant. Decernentes Montem Cancellariarum huiuſmodi, illiusq; loca, & portiones pręductas reſpectu fructuum, & emolumentorum pro rata locorum, ſeu portionum huiuſmodi eidem Monti Cancellariarum aſſignatorum, nullis omnino reductionibus, aut alijs contrarijs diſpoſitionibus, etiam pretextu enormiſsimæ læſionis, vrgentis neceſſitatis, ſeu etiam euidentis vtilitatis, aut alia quacunque cauſa, ſiue in ſpecie, ſiue in genere facienda, obnoxia eſſe, ſed firma perpetuò & inuiolata perſiſtere, nec quemquam ex ipſius Montis Cancellariarum deſcriptis creditoribus, aut ab eis

Montiſtis officiales creandi & ſtatuta licita pro Montis directione facienda facultatẽ, ac priuilegia Mõti Sixti Camerariatus & Datariæ conceſſa elargitur.

Montis Sixti priuilegia vide ſup. in huius Pont. conſt. 61. fol. 216. in pri. par.

Mõtisq; Camerariatus, vide ibidem in cõſt. 71. fol. 246.

Datariæ quoq; vide ſup. proxime in conſt. 5. fol. 21.

Montem iſtum reductionibus & cõtrarijs diſpoſitionib' nõ ſubiacere declarat.

Cancellariisq; Secretariis, & aliis officialibus, vt dicta scuta quinq; millia d. Io. Aug. soluant anno quolibet hic Romæ præcipit.

eis causam & ius habentibus, super integris fructibus, & emolumentis prædictis, quocumque modo turbari, vel impediri posse; Ac dictis Cancellarijs, Notarijs, ciuilibus, & criminalibus, Secretariis, & aliis officia prędicta quocunque nomine nuncupentur, Prouinciarum, Ciuitatum, Terrarum, & locorum status nostri Ecclesiastici obtinentibus, illorumq; futuro Collegio, & officialibus nunc, & pro tempore existentibus, & alijs ad quos spectat, & in futurum spectabit, vt prędicto Ioanni Augustino dicti Montis Cancellariarum depositario vel personę ab eo nominandę, donec dictus Ioãnes Augustinus vixerit, & post eius obitum, cuicunque alteri depositario ab ipsis Montistis, & eorum Collegio, constituendo, summam prędictam scutorum quinque millium monetę eidem Monti Cancellariarum assignatam, annuatim, & quolibet bimestri illorum ratam, anticipatè perpetuò hic Romę liberè, etiam sine aliquo alio nostro Sedis vel Camerę prędictæ mandato desuper expediendo, & sine dictæ Cameræ, vel alicuius alterius Iudicis medio, vel ministerio, sed harum litterarum vigore dumtaxat, soluant pręcipimus & mãdamus; Quas solutiones ex nunc prout ex tunc, & è contra harum vigore (vt præmittitur, faciendas bonas, validas & benefactas declaramus; eosdemq; officiales, pro solutionibus sic faciendis ex nunc prout ex tunc, vt supra, quietamus, absoluimus, & perpetuò liberamus; dictasq; solutiones admittimus, & acceptamus, ac ab eadem Camera admitti, & acceptari iubemus; & nihilominus (quatenus opus sit) & ad maiorem eorundem cautelam, quęcumque mandata desuper necessaria, & opportuna, etiam ad omnem ipsorum requisitionem, & instantiam per prædictam Cameram fieri, & expediri volumus. Quòdque omnes, & singuli Cancellarij Notarij ciuiles, & criminales Secretarij, & Officiales prædicti infra mensem à dicta die sexta præsentis mensis Iulij cõputandum in actis eiusdem Tydei Notarij de dicta summa scutorum quinque millium quotannis & quolibet bimestri illorum ratam anticipatè à dicta die prima pręsentis mensis Iulij (vt præfertur) incipiendo eidem Ioanni Augustino, ac aliis pro tempore existentibus dicti Montis Cancellariarum Depositariis, soluendo, sese efficaciter in eiusdem Cameræ forma cum iuramento, ac aliis vinculis & cautelis solitis, & necessariis, & dictis Depositariis beneuisis obligent, & ad id iuris & facti remediis cogi & compelli possint; illis autem in solutionibus sic, vt præmittitur, in dictis terminis faciendis, deficientibus, non solùm vigore dictę eorum obligationis ad præcisè seruandum, & adimplendum, sed etiam ad dictas solutiones in futurum de semestri in semestre anticipatè faciendum cogi & astringi possint. Et pro maiori dicti Montis Cancellariarum cautela, omnes eorum, ac dictorum officiorum introitus, obuentiones, & emolumenta sequestrari valeant, quæ semper pro fructibus & redditibus dicti Montis Cancellariarum obligata & hypothecata sint, ita vt dictus Mons Cancellariarum, ac illius Creditores, & Mõtistæ in dictis fructibus & emolumentis omnibus aliis etiam ipsi Cameræ occasione quorumcumque aliorum onerum Cameralium, præferantur, ac anteriores, & potiores existant; & contra eosdem Officiales etiam procedi possit, prout in exactione, subsidij Triennalis proceditur; & vlterius cogi, & compelli possint ad dicta eorum officia vendendum. Dictis autem officiis per obitum, resignationem, prouisionem, seu aliàs quomodocumq; vacantibus, illi qui dicta officia emerint, vel ea quomodolibet obtinuerint, antequam illorum possessionem adipiscantur, & ad illa admittantur, debeant se pariter ad dictam solutionem (vt præmittitur) faciendam in actis eiusdem Notarii modo, & forma præmissis obligare, idq; Depositario dicti Montis Cancellariarum intimare: aliàs ipso facto incidant in pœnam ammissionis dictorum officiorum, quæ possint à quibuscumque aliis impetrari, dumtamen eisdem precium dictorum officiorum restituatur ab eo qui talia officia impetrauerit, eadem Apostolica auctoritate statuimus, & ordinamus. Ac vt omnes in dicto Monte Cancellariarum suas pecunias ponentes aliquod commodum, ex nostra liberalitate consequãtur, Volumus & dicta auctoritate statuimus, eisq; indulgemus, quòd ipsius Montis Cancellariarum loca, seu portiones, quæ, seu quas emerint, per quinquennium à dicta die prima præsentis mensis Iulii, computandum per mortem ciuilem aut naturalem ipsorum, vel ab eis causam dicto quinquennio durante habentium non vacent, sed ad hæredes, & successores quoscunque decedentium eodem quinquennio durante deueniant ipsique hæredes, & successores loca seu portiones huiusmodi retinere, vel resignare, illorumq; seu

Et contra non soluetes prout in exactione subsidii Triennalis procedi mandet.

Loca d. Mõtis per quinquennium non vacare concedit.

seu illarum precium recipere possint, & resignationes huiusmodi admitti debeant, & ex nunc eas liberè, & omni contradictione remota admitti mandamus. Quòdque perpetuis futuris temporibus quicumque tam eiusdem Montis Cancellariarum Creditores, quàm etiam aliqua ex illius locis per cessionem, vel aliter etiam per primęuam pecuniarum in illo positionem acquirentes, ad loca, seu portiones ipsius Montis Cancellariarum quasuis alias personas sub quarum nominibus loca, & portiones huiusmodi ponantur, nominare, & sibi ipsis quoad personæ nominandæ vixerint, tam locorum seu portionum huiusmodi, quàm eorum fructuum, & emolumentorum omnimodam dispositionem, illa interim personis sic nominatis penitus interdicta, & cum aliis sibi beneuisis, alias tamen licitis pactis, & conditionibus, reseruare possint: ita tamen quòd per obitum sic nominatarum personarum post quinqnennium prędictum, nisi prius resignauerint, omnino vacent. Decernentes pręsentes nostras litteras de subrèptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis nostræ, vel alio quouis defectu notari, argui, vel impugnari, aut reuocari, restringi, vel limitari nullatenus posse: & si secus id fiat, quoties fiet, toties illas in pristinum statum restitutas, & plenariè reintegratas, validasq; & efficaces etiam perinde ac si consistorialiter, & de venerabilium fratrum nostrorum eiusdem Romanæ Ecclesię Cardinalium consilio & assensu emanassent, perpetuò fore, & esse, ac censeri; Vimq; validi contractus, inter nos Sedem & Cameram prędictas ex vna, & dictum Ioannem Augustinum dicti Montis Cācellariarum emptorem, & eos qui pecunias super ipso Monte Cancellariarum posuerint (vt prǣmittitur) ex altera partibus initi, & stipulati habere, easq; ad omnia & singula plenè probandum omnino sufficere, nec ad id alterius probationis adminiculum requiri, & tam ipsum Ioannem Augustinum dicti Montis Cancellariarū emptorem, & depositarium vel personam ab eo nominandam, ac illius hæredes, & successores, quàm omnes alios eiusdem Montis Cancellariarum futuros Creditores in pacifica, & quieta dicti Montis Cancellariarum, & fructuum illius perceptionis, & assignamentorum prædictorum exactionis, & consecutionis, necnon iurium prædictorum respectiuè possessione manutenendos, & conseruandos esse, & desuper nunquam molestari posse, vel debere, etiam sub prętextu cuiuscūque enormis, vel enormissimæ læsionis, vel quòd ab alijs maius preciū, vel meliores conditiones, & pacta reperta fuerint, vel reperiri potuissent, aut reperiri contigerit, cuiuscunque quantitatis, & summę fuerit, etiam si dimidiam vel quantumuis iusti precij maiorem partem excedat, id enim totum eidem Ioāni Augustino eiusq; hæredibus, & successoribus, etiam donatione inter viuos remittimus & gratiosè donamus, & in omnē casum molestię siue de Iure siue de facto inferatur, Cameram prędictam ad litem suscipiendam, & tollendam molestiam ad omnem eorundem simplicem requisitionem, etiam extraiudicialiter faciēdam, ac ad omnem & quamcumq; euictionem teneri, & obligatam esse; Necnon pro omnium, & singulorum prǣmissorū obseruatione, effectuatione, & executione, nos successoresq; nostros, ac omnia & singula Sedis, & Cameræ præfatarum iura, actiones, res, & bona quęcumque, tam præsentia quàm futura, generaliter, ac specialiter, & expressè in amplissima eiusdem Cameræ forma, cum dictis decretis, & cautelis solitis, & necessarijs latissimè extendendis, ita quòd specialitas generalitati non deroget, nec econtra, vt supra, obligamus, & hypothecamus, ac obligata, & hypothecata esse; Ipsosq; Ioannem Augustinum, illiusq; hęredes, & successores, ad probandum quòd dicta summa pro precio Montis Cancellariarū huiusmodi, vt pręfertur, soluenda, vel aliqua illius pars in vtilitatem vel necessitatem Roman. Ecclesiæ seu Cameræ, & Sedis prædictarum, vel fidei Catholicæ defensionem conuersa sit, minime teneri, aut obligatos esse volumus: Sicq; & non aliter per quoscunq; Iudices ordinarios & delegatos, & Commissarios quauis auctoritate fungentes, etiam causarum sacri palatij Apostolici Auditores, sublata, eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & diffiniri debere; irritum quoque, & inane, si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus. Mandantes dilectis filiis modernis, & pro tempore existentibus eiusdem Romanæ Ecclesiæ Camerario, Vicecamerario, Thesaurario, necnon præsidentibus & Clericis dictæ Cameræ, vt easdem præsentes in eadem Camera admittant, & in libris illius describi, & registrari faciant, ac inuiolabiliter obseruent, & obseruari mandent,

Clausulas præseruatiuas apponit.

Eundemq; Io: Augustinum & eius successores etiam sub prætextu enormissimæ læsionis super præmissis molestari non posse decernit.

Et pro eius securitate Sedis & Cameræ Apost. bona omnia obligat.

Decretum irritans addit.

Executores deputat.

dent, Ac etiam ad maiorem cautelam dictorum Ioannis Augustini, eiusq; hæredum, & successorum ac dicti Montis Cancellariarum Creditorum, & eorum Collegij desuper patentes litteras, mandata, & alias scripturas opportunas expediant, & expediri curent.

Pauli iiii. & aliorum constitutiones de nō alienan. bonis eccles. indicatæ sup. in ipsius Pauli iiii. cōst. 2. fol. 570.

Non obstantibus præmissis ac fel. rec. Symmachi, Benedicti XII. Calisti III. Pauli II. Innocentij VIII. Pauli IIII. ac quorumcumque aliorum Romanorum Pontificum prędecessorum nostrorum de rebus Ecclesię non alienandis, ac malè alienatis recuperandis, aliisq; constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon dictę Camerę etiam iuramento confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus decretis, & reformationibus, earumq; innouationibus, priuilegiis, quoque, indultis, & litteris Apostolicis, per pręfatos & quoscunque alios Rom. Pont. prędecessores nostros ac nos & dictam Sedem etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, etiam per viam generalis legis & statuti perpetui, etiam Consistorialiter, & de Fratrum nostrorum consilio, ac ex causis quantumuis grauibus, & onerosis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisq; efficacioribus, & insolitis clausulis etiam vim contractus inducentibus, ac etiam irritantibus, ac aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliàs quomodolibet etiam iteratis vicibus concessis, approbatis, & innouatis, & præmissa fieri specialiter, & expresse prohibentibus, aut quòd super locationibus, & alienationibus prouentuum, membrorum, bonorum, & rerum dictæ Cameræ solemnes licitationes pręuiis debitis tractatibus, cum interuallo temporis, & edictis publicis emissis, candela accensa, & certis diligentiis, solemnitatibus, & formis seruatis, ac sub excommunicationis maioris, & aliis grauissimis pœnis fieri debeant, & aliter factę cum inde secutis quibuscunque nullius roboris, vel momenti existant; necnon etiam Iulij II. Pauli III. & Pij IIII. Rom. Pontificum, etiam prędecessorum nostrorum, vel aliorum, quibuscumq; litteris & constitutionibus, quibus prohibetur, quòd personę Camerales, seu dictę Camerę officiales non participent in contractibus rerum Cameralium, cum idē Ioannes Augustinus noster & dictę Cameræ generalis Depositarius (vt prefertur) sit.

Clausulæ derogatoriæ.

Iul. II. constitutio ista habetur in bull. magno fol. 155. Paul. iii const. est ibid. f 474. Pij iiii. const. est fol. 522.

Necnon quibuscumq; aliis quę quomodolibet præmissorum validitati obstarent, vel ea infringerent, necnon priuilegiis, & indultis eidem Cameræ, & Fisco nostro quomodolibet concessis, ac Cancellariæ Apostolicę regulis etiam de non tollendo iure quæsito, aut aliàs quomodolibet etiam per nos, & prædecessores nostros cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatoriis clausulis in genere, vel in specie editis, approbatis, vel innouatis, Quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumq; totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quęuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, ac forma in illis tradita, obseruata, inserti forent, pręsentibus pro sufficienter expressis, & insertis habentes, (illis aliàs in suo robore permāsuris) hac vice dumtaxat harum serie specialiter, & expresse motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus, derogamus, eaq; omnia in quantum præmissis obesse, aut illorum executionem, & effectum retardare possent omnino tollimus, & abrogamus, ac pro sublatis, & abrogatis haberi volumus, ceterisq; contrariis quibuscumq;. Volumus autem quòd præsentium transumptis, etiam impressis Notarij publici manu subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ obsignatis, eadem prorsus fides in iudicio, vel extra illud, adhibeatur, quę eisdem præsentibus adhiberetur si forent exhibitę; vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, confirmationis, adiectionis, suppletionis, venditionis, dationis, translationis facti, creationis, erectionis, institutionis, applicationis, appropriationis, assignationis, exemptionis, positionum, substitutionum, subrogationum, obligationum, hypothecationum, statutorum, constitutionum, deputationum, concessionum, indultorum, præcepti mandatorum, declarationis, quietationis, absolutionis, liberationis, admissionum, acceptationis, iussionis, ordinationis, decretorum, remissionis, donationis, derogationis, sublationis, abrogationis, & voluntatum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum.

Datum

Datum Romæ apud Sanctum Marcum Anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo quingentesimo octuagesimo octauo, duodecimo Kalen. Augusti, Pontificatus nostri Anno Quarto.

E. Card. pro Dat.

XVI.

Erectio & aggregatio aliorum LX. officiorum Militum Lauretanorum, cum extensione & ampliatione Priuilegiorum.

Erectionem huius Militiæ, priuilegiaq; & exemptiones habes sup. in huius Pontificis const. 35. in prima par. fol. 103. vbi notaui.



IXTVS Episcopus Seruus Seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

Romanvm decet Pontificem succrescente in dies magis numero personarum, quæ in Apostolicæ Sedis subuentionem se & ex bonis sibi à Deo collatis partem aliquam promptè ac libenter offerunt, suã quoq; & eiusdem Sedis benignitatem & gratiam copiosius in plures diffundere, ac benemeritorum collegia numero priuilegijs & honoribus augere, vt eadem opera & publicæ vtilitati, & eorum, qui inclytæ Lauretañ. militiæ sub Gloriosæ Virginis Dei Genitricis Mariæ sacro nomine & insignibus institutæ studiosi sunt, commodis, honori & pio desiderio opportunè consulatur. Dudum siquidem ad omnipotentis Dei & eiusdem Beatæ Virginis Mariæ laudem & gloriam, vnum Collegium ducentorum virorum militum Lauretanorum Participãtium nuncupandorum, & per nos nominãdorum, Motu proprio & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine de fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium consilio & assensu per alias nostras litteras Apostolica auctoritate perpetuò ereximus, & instituimus, Volentes inter alia officia Militum Lauretanorum huiusmodi ad triennium à data litterarum præfatarum computãdum per obitum illa obtinentium non vacare, sed ad hæredes eorum sic decedentium transire, & post dictum triennium ad instar aliorum officiorum Romanæ Curiæ vacabilia existere, necnõ præfatos Milites veros & indubitatos familiares continuos commensales nostros & Romani Pontificis pro tempore existentis fore, ac in quibuscumque Apostolicis & aliis litteris, scripturis & actibus publicis & priuatis se tales scribere & nominare, ac ab aliis nominari debere; necnon eo ipso quòd ad officium Militis huiusmodi admissi forent, eos & cuiuslibet eorum filium primogenitum natum, vel nasciturum nobiles & aulæ Lateranẽ. Comites, illosq; ex eisdem Militibus, qui clerici in Apostolicę Sedis notarios, qui verò laici essent in auratæ Militiæ Milites, Ita quòd etiam si milites Lauretani participãtes esse desiissent, nihilominus Comites Aulę Lateranẽ. & notarij dictę Sedis, ac milites aurati respectiuè, sine tamen præiudicio participantium etiam cum dicto filio primogenito esse non desinerent ex tunc prout ex ea die & e contra fecimus, creauimus atque recepimus, aliorumq; nobilium & Aulę Comitum & Sedis Notariorum ac Militum huiusmodi numero & consortio fauorabiliter aggregauimus. Et insuper cum dictis militibus Lauretañ. tàm in Romana Curia quàm extra eam residentibus etiam si merè laici & coniugati forent, Cum militibus etiam clericis quascumque pensiones annuas super fructibus, redditibus & prouentibus quorumcumque beneficiorum Ecclesiasticorum, vel ipsos fructus, redditus & prouentus loco similium pensionum percipiẽtibus etiam si eos pro tempore coniugatos fieri contingeret, vt illis quamdiu officium Militis huiusmodi obtinuissent dumtaxat, quęcumque pensiones annuæ vel fructus, redditus & prouentus loco pensionum huiusmodi summam ducentorum ducatorum auri de Camera non excedentes quę transirent ad successores in beneficiis, & à decimis, subsidijs & aliis oneribus ordinariis & extraordinariis pro tempore impositis liberæ essent etiam si sine causa reser-

Hic Pont. Collegiũ 200. Militũ Lauretanorũ ad Dei & Deiparæ Virginis laudẽ erexit & eorum officia per triennium tantũ nõ vacare decreuit vt sup. in const. 35. f. 103. in pri. par.

Familiaresq; & Sedis Apostol. Notarios & Comites Palatinos, ac Milites auratos, ipsos Milites Lauretanos respectiue creauit vt ibidem.

N uatæ

uatæ ſuper Cathedralium etiam Metropolitanarum, & Patriarchalium Eccleſiarum & Monaſteriorum etiam Conſiſtorialium, Prioratuum, Præpoſiturarum & aliorum quorũcumque beneficiorum Eccleſiaſticorum ſecularium, & quorumuis ordinum regularium, cum cura & ſine cura; etiam ſi parochiales Eccleſiæ vel earum perpetuæ Vicariæ, Canonicatus & Præbendæ, dignitates etiam maiores & principales perſonatus, adminiſtrationes, vel officia in Cathedralibus etiam Metropolitanis vel collegiatis Eccleſiis cuiuſcũq; annui valoris fructibus, redditibus & prouentibus forent, non tamen vltra ſummam ducentorum ducatorum ſimilium in totum pro vnoquoque Milite Lauretañ. etiam à Curia præfata, abſente etiam ſi in eadem Curia is nunquam fuiſſet, nec ipſum ad eam venire contingeret, & quolibet officio reſeruari, conſtitui & aſſignari poſſent. Quodq; ipſi Milites Lauretani vnam, vel plures penſiones, ſeu illarum loco quoſcumque fructus, redditus & prouentus menſarum Epiſcopalium, vel Archiepiſcopalium etiam Patriarchalium & Monaſteriorum etiam conſiſtorialium eatenus & pro tempore reſeruatos & aſſignatos habentes ſuper quibuſuis Eccleſiis, Monaſteriis & beneficiis prædictis, illos etiam ſi matrimonium contraxerint vſque ad ſummam ducentorum ducatorum huiuſmodi, & nõ vltra pro quolibet officio nulla compoſitione ſoluta retinere, & huiuſmodi penſiones & fructus, redditus ac prouentus vſque ad ſummam & quantitatem præfatas eis reſeruatas & aſſignatas, ſeu reſeruandas & aſſignandas conſequi & habere, ac quoad viuerent percipere, exigere, & leuare, ac in ſuos vſus & vtilitatem conuertere abſque alia diſpenſatione, vel licentia deſuper obtinenda liberè & licitè valerent, Cum omnibus & ſingulis clauſulis, & cautelis in ſimilibus apponi ſolitis, Ita tamen quòd laici Milites Lauretani penſiones, ac fructus, redditus, ac prouentus præfatos percipientes in habitu armato Militiæ viro Equiti conuenienti nos & ſucceſſores noſtros Romanos Pontifices pro tẽpore exiſtentes in expeditionibus Cruciatæ, & Conciliis abſque alio ſtipendio, expenſis tamen dictæ Sedis cum vno Equo ratione dictæ penſionis ſequi deberẽt diſpenſauimus, eiſq; ad hoc plenam & liberam licentiam & facultatem conceſsimus, Militibus autem Lauretanis, qui clerici eſſent & officium huiuſmodi per biennium continuum obtinuiſſent, vt etiam quaſcumque penſiones annuas ſuper quibuſuis ex dictis ſecularibus & regularibus beneficiis, eorumq; prouẽtibus Eccleſiaſticis ac diſtributionibus quotidianis, & fructus Eccleſiaſticos loco penſionum eis eatenus & pro tempore quomodolibet reſeruatas & reſeruatos, ac reſeruandas & aſsignandos, non tamen ſummam ducentorum ducatorum ſimilium, nec medietatem fructuum, redditiuum & prouentuum beneficiorũ huiuſmodi, ſuper quibus penſiones, ſeu fructus huiuſmodi reſeruatæ & aſsignati exiſterent excedentes in eadem Curia, vel extra eam etiam in mortis articulo in clericum, ſeu clericos non coniugatos per eos eligendos etiam quæcumque, quotcumque & qualiacumque beneficia Eccleſiaſtica, & penſiones obtinentes in totum, vel partem etiam coram ſolis notario & teſtibus etiam laicis etiam ſine conſenſu eaſdem penſiones ſoluere debentium, etiamſi illas aliàs transferendi facultatem non haberent, regula Cancellariæ de conſenſu in penſionibus requiſito præſtando eatenus & pro tempore edita, ac ſtylo in ſimilibus reſeruationibus eatenus obſeruato, & pro tempore obſeruando non obſtan. quandocunque transferre, ac tranſlationes ſic factæ valerent, & debitores, eorumq; ſucceſſores ad ſoluendum illis, in quos dictæ penſiones transferentur ſub excommunicationis ſententia, & priuationis pœna, ac acceſſibus, ingreſſibus, regreſſibus, decretis & aliis clericis in litteris priorum penſionum pro tempore contentis omnino tenerentur perinde ac ſi dictę tranſlationes per nos de conſenſu dictorum & aliorum intereſſe habentium cum prædictis & quibuſuis aliis in litteris dictarum penſionum contentis clauſulis, quæ in ipſis tranſlationibus haberentur pro repetitis factæ fuiſſent. ipſiſq; Militibus Lauretanis clericis, Presbyteris, Prælatis, Epiſcopis, Archiepiſcopis & Patriarchis & etiam S.R.E. Cardinalibus pro tempore exiſtentibus, vt de quibuſcumque eorum bonis mobilibus & immobilibus per eos tam per Eccleſiam, ſeu Eccleſias, aut alia beneficia eccleſiaſtica, etiam hoſpitalia, vel alia pia loca cuiuſuis etiam priuilegiati ordinis, ſeu alterius Militiæ eſſent, per eos obtenta & obtinenda, aut aliàs quomodolibet ex ingenio & induſtria, ſeu aliàs quomodolibet acquiſitis & acquirendis vſque ad ſummam quingẽtorum ducatorum auri de Camera pro quolibet officio, etiamſi iuxta fel. rec. Sixti IIII. & Iulij

Penſiones ſiue fructus eccleſiaſticos duc. 200. ſuper quolibet officio d. Militiæ, eoſdem Milites, Clericos, & Laicos etiã cõiugatos obtinere & obtentos retinere, & in alios trãſferre poſſe conceſſit, vt ibidem.

Teſtandiq; de bonis p Eccleſiam acquiſitis vſque ad duc. 500. pro quolibet officio, & de aliis bonis vſque ad quãcuque ſummã diſponẽdi, eiſdem Militibus facultatem conceſsit, vt ibidẽ.

& Iulij II. & Leonis Decimi, aliorumq; Rom. Pontif. prædecessorum nostrorum desuper expeditas litteras immobilia bona non possedissent in dicta Curia, vel extra eam testari, & de eis inter eorum vtriusq; sexus liberos & alias personas disponere, testari, codicillari, ac etiam inter viuos erogare, concedere & donare ac testamenta, dispositiones & concessiones si huiusmodi officia obtinuissent liberè & licitè fierent & valerent, licentiā & facultatem etiam concessimus; Ac voluimus quòd Milites Lauretani præfati, qui pro tempore forent, de eorum officiis, seu locis & emolumentis, quæ cum quibusuis aliis dictæ Curiæ officiis, seu locis & emolumentis compatibilia existerent & per quoscumque ne dum vnum, sed plura simul vel successiuè etiam vltra decem obtineri valerent disponere, & illa in manibus nostris & dictorum successorum nostrorum quando ipsis militibus placeeret, & in fauorē personarum per ipsos nominandarum ad instar aliorum officiorum dictæ Curiæ resignare liberè & licitè valerent, ac resignationes huiusmodi validæ & efficaces existerent & suos effectus sortiri deberēt. Cumq; descripti milites Lauretani huiusmodi centum millia scuta auri in auro pro nostris & dictæ S. R. E. necessitatibus subleuandis & pro infrascriptorum eis assignatorum prouentuum precio, seu recompensa de propriis eorum pecuniis obtulissent in pecunia numerata, & nobis cum effectu persoluere intenderent, & æquitati conuenire eorundem militum Lauretanorum vitæ adiumento & indemnitatibus taliter consulere, quòd ex bono & charitatiuo officio, quo in hoc erga nos & dictam Romanam Ecclesiam iuxta solutionem faciendam, vt supra, erant persuncti, nullo vnquam tempore ipsi eorumue successores iacturam, aut detrimentum sustinerent, de consilio & assensu, ac scientia suprascriptis, eisdem militibus Lauretanis, eorumq; in militiæ officiis huiusmodi successoribus perpetuum annuum redditum scutorum octo millium similium eis per modernum nostrum, ac pro tempore existentem Datarium ex quibusuis Datariæ redditibus, prouentibus, iuribus, obuentionibus, emolumentisq; ordinarijs, vel extraordinariis singulis mensibus integrè & sine aliqua retentione persoluendo perpetuò vendidimus, tradidimus, concessimus & assignauimus. Decernentes assignationes huiusmodi nullo tempore, nullaue causa impediri posse, vel debere. Et nihilominus ad abundantiorem cautelam Collegio Militum huiusmodi omnia & singula, redditus & prouentus & alia emolumenta eiusdem Datariç pro annua summa prędicta specialiter & expressè obligauimus & hypothecauimus, volentes quòd emolumenta præfata eidem Collegio, vt profertur, assignata à Kalendis mensis Iulij ex tunc proximè futuri incipiendo, & inter Milites Lauretanos huiusmodi per nos, vt prçfertur nominādos, diuiderentur & in futurum continuando iuxta earum ordinationes distribuerentur, certis etiam aliis in eorum fauorem priuilegiis, necnō obligationibus, cautelis, hypothecis & clausulis adiectis, prout in eisdem nostris litteris plenius continetur. Et deinde per nos accepto nōnullas dubitationes exortas fuisse circa ea, quæ super erectione Collegij huiusmodi statuta & ordinata, necnon militibus Lauretanis prædictis cōcessa per nos fuerant, & circa alia in dictis nostris litteris contenta, quę minus sufficienter expressa & specificata videbantur, nōnullos etiam conqueri, quòd conditiones dictis militibus Lauretanis impositæ nimium onerosę existerent. Nos ad omnem desuper dubitandi occasionem de medio tollendum per alias nostras litteras Motu, scientia & potestatis plenitudine similibus declarauimus nostræ voluntatis & intentionis fuisse & esse perpetuis futuris temporibus concessisse & concedere militibus Lauretanis præfatis tunc & pro tempore existentibus Laicis & Clericis, aliisq; qui aliqua dictorum officiorum Militum Lauretan. etiam plura etiam vsque ad numerum viginti simul obtineant, & obtinuerint quascumq; pensiones annuas super quibusuis fructibus, redditibus, & pronentibus, ac iuribus & emolumentis Ecclesiasticis cuiuscumque annui valoris existerent, necnon quoscumque fructus, redditus & prouentus similes etiam loco pensionum annuarū tunc & pro tempore percipientibus, vt illis etiam si eos matrimonium contrahere contigisset, quamdiu officia militiæ Lauretañ. obtinerent dumtaxat quęcumque similes vel dissimiles pensiones annuæ super similibus fructibus, redditibus, & prouentibus ac iuribus, obuentionibus & emolumentis, necnon distributionibus quotidianis, vel quicunq; fructus, redditus & prouentus mensarum Episcopalium, Archiepiscopalium, vel Patriarchalium ac Monasteriorum etiam consistorialium, cęterorumq; beneficiorum præfatorum etiam

Officia huius Militiæ cum aliis officiis Ro. Cu. compatibilia esse & plura simul ab vnoquoque retineri, & quandocumque resignari posse decreuit vt ibidē.

Fructusq; annuos octo millium ducatorū super redditis Datariæ, eisdē Militibus, qui pro S. R. E. necessitatibus scuta centum millia soluere obtulerunt assignauit vt ibidem.

Et pro cautela d. Collegii, eiusdē Datariæ emolumenta omnia obligauit vt ibidem.

Deinde ad tollendum omnes dubitationes circa d. priuilegia exortas, d priuilegia declarauit & ampliauit vt hic & sup. fol. 111. in pri. par. Bul. huius Pontificis.

loco pensionum annuarum summam ducentorum ducatorum auri de Camera similium pro quolibet milite Lauretan. & vnoquoque, ac singulo officio dictę militię Lauretan. non excedentes, quę quidem pentiones transirent ad successores in beneficiis, & fructus, redditus & prouẽtus huiusmodi ad vitam propria auctoritate annis singulis percipi possent, ipsiq; pensiones, fructus, ac redditus & prouentus à decimis, subsidiis & aliis oneribus ordinarüs & extra ordinariis pro tempore impositis liberi essent, etiamsi pensiones, vel fructus præfati sine causa etiam consistorialiter reseruatæ & assignatæ fuissent, non tamen vltra dictam summam ducẽtorum similium in totum pro vnoquoque Milite Lauretano & qnolibet, ac singulo officio eiusdem Militię Lauretan. reseruari, constitui, concedi & assignari possent, Ita quòd quilibet Militum Lauretan. pręfatorum tam Laicorũ quàm Clericorum, omnesq; & singuli alij officia Militiæ Lauretan. huiusmodi etiam vsque ad dictum numerum viginti pro tempore obtinentes vnam, vel plures pensiones annuas super similibus fructibus, redditibus, prouentibus, iuribus, obuentionibus & emolumentis, ac distributionibus quotidianis seu eorum loco quoscumque fructus, redditus & prouentus mensarum & monasteriorum etiam consistorialium, aliorumq; beneficiorũ præfatorum eatenus & pro tempore reseruatos & assignatos tunc & pro tempore habẽtes illas & illos, etiam si matrimonium vt præfertur, contraxissent vsque ad summam ducentorum ducatorum huiusmodi pro quolibet & singulo officio dictæ Militiæ Lauretan. nulla compositione soluta ad vitam retinere, necnon pensiones, ac fructus, redditus & prouentus huiusmodi consequi & habere, ac iuxta illarum & illorum reseruationum, constitutionum, concessionum & assignationum formam, continentiam & tenorem percipere, exigere & leuare, ac in suos vsus & vtilitatem conuertere absque alia dispensatione vel licentia desuper obtinenda liberè & licitè possent & deberent, Ita tamen quòd dicti Milites Lauretani laici in habitu armatæ Militiæ viro equiti conuenienti nos & successores nostros præfatos in aliquibus expeditionibus, aut conciliis sequi deberent. Militibus autem Lauretanis Clericis tunc & pro tempore existentibus huiusmodi, etiamsi matrimonium vt præfertur contraxissent, dummodo licitè illud contrahere possent, ac omnibus & singulis aliis etiam qui plura officia, Militum Lauretan. huiusmodi etiam vsque ad numerum viginti simul vt præfertur, obtinebant & obtinuissent, etiam si dicti Milites Lauretani eiusdem S.R.E. Cardinales, ac Patriarchæ, Archiepiscopi & Episcopi essent, vel forent, vt ipsi quascunque pensiones annuas super quibusuis fructibus, redditibus & prouentibus, ac etiam iuribus, obuentionibus & emolumentis quarumcumque similium mensarum Episcopalium etiam Metropolitan. & Patriarchalium, ac etiam Monasteriorum etiam consistorialium, aliorumq; beneficiorum Ecclesiasticorum cum cura & sine cura, secularium & quorumuis ordinum regularium, ipsorumq; beneficiorum distributionibus quotidianis etiam manualibus & aliàs quomodolibet, vt præfertur nuncupatis, etiam si beneficia huiusmodi, vt pręmittitur, vel aliàs quomodolibet qualificata & cuiuscunque annui valoris illorum singulorum fructus, redditus & prouentus forent, necnon etiam quoscumque fructus, redditus & prouentus similium mensarum & Monasteriorum, aliorumq; beneficiorum secularium & regularium huiusmodi etiam loco pensionum annuarum sibi eadem auctoritate Apostolica tunc & pro tempore reseruatas & assignatos, ac reseruandas & assignandos, non tamen dictam summam ducentorum ducatorum similium pro vnoquoque & singulo officio militię Lauretañ. huiusmodi nec medietatem fructuum, redditũum, prouentuum, iurium, obuentionum & emolumentorum beneficiorum huiusmodi excedentes in quoscunque clericos per eos eligendos vel nominandos etiam quæcunque, quotcunque & qualiacunque beneficia ecclesiastica, etiam vt pręfertur qualificata obtinentes, necnon etiam quascunque pensiones annuas, ac quoscunque fructus, redditus & prouentus etiam loco pensionum annuarum percipientes quandocunque, etiam cum primum officia Militię Lauretan. huiusmodi assecuti forent, etiam nullo expectato termino biennij in pręsentibus nostris litteris expressi & specificati, & aliàs etiam in mortis articulo etiam in manibus nostris vel Rom. Pont. pro tempore existentis seu alicuius personę in dignitate ecclesiastica constitutę etiam coram notario laico & duobus vel tribus testibus etiam laicis, & in Rom. Cur. & aliàs vbique locorum transferre, ita quòd dicti pro tempore existen. Rom. Pont. & personæ in dignitate ec-

clesia-

clesiastica constitute illas pensiones, ac dictorum fructuum, redditutum & prouentuum reseruationes & assignationes cassare penitus & extinguere, ac illarum & illorum loco aliam, seu alias cassatæ, seu cassatarum similes pensiones, ac eosdem fructus, redditus & prouentus, quorum reseruationes & assignationes sic cassatæ & extinctę forent cum omnibus & singulis indultis, clausulis, obligationibus & decretis, quibus prius reseruatæ & assignatæ erant aliàs iuxta illarum & illorum reseruationum, constitutionum, concessionum, & assignationum formam, & tenorem etiam absque consensu dictas pensiones soluere debentium, ac Ecclesiarum Cathedralium etiam Metropolitañ. etiam Patriarchalium prędictarum pręsulum pro tempore existentium, necnon Monasteria, aliaq; beneficia prædicta, super quorum fructibus, redditibus & prouentibus dictæ pensiones & quarum fructus, redditus & prouentus huiusmodi sic reseruatæ & assignati forent in titulum, vel Commendam, aut aliàs quomodolibet pro tempore obtinentium, aliorumq; desuper quocunque iure, interesse habentium huiusmodi clericis dicta auctoritate, reseruare, cōstituere, ac concedere & assignare liberè & licitè possent & valerent. Præterea etiā eiusdem mentis & intentionis nostrę fuisse & esse derogauisse & derogare pię me. Pij Papæ IIII. etiam prędecessoris contra Prælatos & alias personas in eorum Ecclesijs, seu beneficiis non residentes, & extra eorum residentiam pro tempore deceden. & quorumcunq; aliorum Rom. Pont. prædecessorum nostrorum omnibus, & singulis Apostolicis constitutionibus & ordinationibus necnon de præstando consensu in pensionibus aliisq; Cancellariæ Apostolicę regulis etiam editis & edendis contra prædicta, vel eorum aliqua facientibus, prout nos etiam Motu, scientia & potestatis plenitudine similibus militibus Lauretañ. tunc & pro tempore existeñ. aliisq; dicti officia Militiæ Lauretañ. etiam vsque ad dictum numerum viginti obtineñ. præfatis premissa omnia respectiuè, dummodo aliàs essent habiles dicta auctoritate Apostolica perpetuò cōcessimus, liberamq; facultatem & licentiam eis desuper impartiti sumus, ac cum illis super omnibus, & singulis pręfatis dicta auctoritate de specialis dono gratię dispensauimus, illisq; pariter indulsimus, atque Pij IIII. aliorumq; prædecessorum prædictorum constitutionibus, & ordinationibus & Cancellariæ prædictæ regulis specialiter & expresse derogauimus, ac sufficienter derogatum fuisse & esse voluimus, Necnon militibus Lauretanis præfatis, quòd officia Militiæ Lauretan. huiusmodi cum quibusuis aliis eiusdē Curię officiis compatibilia existerent, & per quoscunque etiam S.R.E. Cardinales, necnon Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos & quasuis alias personas pręfatas, aliàs tamen etiam habiles, vt pręfertur obtineri possent & illa in manibus nostris & quorumcumque Rom. Pont. successorum nostrorum huiusmodi in fauorem quarumcumque personarum per eos nominandarum vel cum quibus conuenerint ad instar aliorum officiorum dictæ Curiæ quandocūque sibi placuerit resignare etiam liberè, & licitè valeat, ac resignationes huiusmodi validæ & efficaces existerent & suos effectus sortiri deberent indulsimus, sicq; declarauimus, extendimus & ampliauimus prout in aliis etiam nostris desuper confectis litteris latius continetur. Cum autem sicut nuper accepimus post concessionem omnium huiusmodi officiorum, quæ vt præfertur instituta à nobis & diuersis priuilegijs insignita fuerunt, adhuc non desint complures viri, qui sincerum erga eandem Sedem Apostolicam gerentes deuotionis affectum in prędictorum Militum consortium & collegium iisdem conditionibus adscribi, & cooptari vehementer cupiunt; nos & sacram domum Lauretan. in cuius honorem ipsum Collegium initio à nobis erectum fuit magnificentius exornatā esse volentes, ac simul æquum censentes his quoque personis Apostolicæ benignitatis gratiam impartiri & communicare tam priorum quàm posteriorum nostrarum huiusmodi litterarum tenores præsentibus pro plenè & sufficienter expressis & ad verbum insertis habentes, illasq; harum serie approbantes & in suo robore permanere volentes, neque illarum tenorem vllo modo alterātes, aut immutantes, sed eis hæc tantum addentes Motu proprio non ad alicuius super hoc oblatæ nobis petitionis instantiā, sed ex nostra certa scientia, deq; Apostolicę potestatis plenitudine, sexaginta alia similia officia Militum Lauretan. participan. nuncupan. pariter per nos, aut Datarium nostrum modernum & pro tempore existentem in concessione cuiuslibet ex huiusmodi officijs à primæua erectione, vel per ipsius Datarij primam resignationem pro tempore vacantis nominandorum

ad eius-

Cōstitutionibus Pii IIII. & aliorū Pont. & regulis Cancellariæ circa præmissa quomodolibet facientib' derogauit vt ibid fol. 113. vbi notaui.

Officiaq; huius Militię cū aliis officiis Ro. Cu. compatibilia & resignabilia esse decreuit vt ibidem.

Nunc autē idē Pont. ex causa hic expressa cōsortio dictis 200. Militibus alios 60. addit & aggregat.

ad eiusdem omnipotentis Dei laudem, eiusq; genitricis gloriosæ Virginis honorem auctoritate Apostolica tenore præsentiũ perpetuò erigimus, & instituimus, illaq; sic erecta eidem Collegio numero, & consortio aliorum ducentorum Militum etiam Lauretanorum aliàs vt præfertur à nobis erecto sine eorum præiudicio fauorabiliter aggregamus, eademque sexaginta officia vnà cum aliis CC. in idem Collegium coniungimus, & incorporamus. Decernentes hæc ipsa per præsentes instituta LX. officia eiusdem prorsus naturę, qualitatis & substantię esse & censeri, cuius alia ducenta per nos aliàs erecta existunt in omnibus & per omnia & absque vlla prorsus differentia perinde ac si hęc quoq; à principio vnà cum illis eodem temporis momento instituta & sub pręfatis nostris litteris comprehensa fuissent. Quodq; hęc nouissima officia Militum Lauretan. obtinentes eorumq; in ipsis officiis pro tempore successores pręfatis ac omnibus & singulis, ac quibuscumque aliis facultatibus, priuilegiis, immunitatibus, exemptionibus, libertatibus, prerogatiuis, honoribus, insignibus, concessionibus, dispensationibus, indultis & gratiis quę personis pręfata ducenta officia militię Lauretanę pro tempore obtinentibus etiam à primęua erectione Collegij huiusmodi nominatis, & deinceps tam priorum quàm posteriorum huiusmodi nostrarum litterarum vigore, seu aliàs quomodolibet cõcessa sunt, vel concedentur pariformiter & ęquè principaliter & sine aliqua distinctione etiam in omnibus & per omnia perpetuò vtantur, fruantur & gaudeant, ac vti, frui & gaudere liberè & licitè valeant, similiter perpetuò concedimus & indulgemus, Sicq; pręfatas vtrasque nostras litteras & in eis contenta quęcunque tenore pręsentium extendimus & ampliamus, ac personis hęc posteriora LX. Militum Lauretan. officia habituris communicamus, eosq; participes efficimus, decernimus & declaramus. Quinimmo ipsos Milites Lauretanos amplioribus fauoribus & gratiis prosequi volentes, indultum, & facultatem, pensiones super fructibus, redditibus & prouentibus Ecclesiasticis eis pro tempore reseruatas, seu fructus ipsos loco pensionum eis assignatos vsque ad certas tunc expressas summas percipiendi & in personas sibi beneuisas etiam in articulo mortis & sine consensu eas soluere debentium transferendi Militibus Lauretanis clericis aliàs vt præfertur per nos concessa etiam ad Milites Lauretanos coniugatos etiam laicos & non clericos, ac etiam quoad prędia seu bona loco pensionum eis assignata extendimus & ampliamus. Ita vt qui nunc sunt, quique pro tempore erunt Milites Lauretan. cuiuscunq; status, gradus & conditionis etiam coniugati & laici pẽsiones, seu fructus aut prędia seu bona huiusmodi eis pro tempore reseruatas & assignata modo & forma & vsque ad summam superius expressam non solum percipere & retinere, sed etiam si eis placuerit quãdocunque transferre valeant, & vtroque priuilegio cumulatiuè vtantur. Tempus verò triennij, quo durante CCLX. officia prędicta per obitum personarum illa à primæua erectione, seu per primam resignationem Datarij præfati sibi concessa obtinentium non vacare, sed ad hæredes decedentiũ transire decreuimus, & harum serie decernimus nõ à die Datæ priorum nostrarum litterarum, vt in illis expressum fuit, sed à die factæ vnicuique Militi post solutum pretium cõcessionis computari volumus & ordinamus. Cęterum cum infrascripti LX. milites triginta millia scutorum auri in auro pro nostris & Rom. Ecclesiæ necessitatibus subleuandis & pro infrascriptorum eis assignatorum prouentuum, pretio seu recompensa de propriis eorum pecuniis obtulerint in pecunia numerata & nobis cum effectu persoluere intendant, & sicuti nuper, vt dictum est, aliis ducentis militibus ex redditibus Datariatus nostri, quos in fauorem ipsorum obligauimus, introitum annuum prędictum octomillium scutorum de & super cõpositionibus dispensationum matrimonialium nobis pro eorundem militum Lauretan. Collegio vltra id, quod antea solui consueuerat à personis dispensationes huiusmodi impetrantibus spontè oblatum post factam huiusmodi erectionem, ne ipsi Datariatus nostri redditus aliqua ex parte minuerentur, aut Camera Apostolica aliquid damni inde sentiret seorsum & ad partem applicauimus & assignauimus, ita etiam nunc æquitati conueniat sexaginta aliorum Militum vitæ adiumento & indemnitatibus taliter consulere, quòd ex bono & charitatiuo officio, quo in hoc erga nos & dictam Rom. Ecclesiam iuxta solutionem faciendam, vt supra sunt perfuncti, nullo vnquam tempore ipsi, eorumve successores iacturam, aut detrimentum sustineant, Motu, scientia & potestatis plenitudine supradictis eisdem

Priuilegiaq; omnia aliis Militibus cõcessa, eisdẽ 60. Mil. concedit.

Illaq; ampliat & extendit.

Fructus quoq; eisdẽ assignat.

CCLX.

CCLX. militibus Lauretanis sic in vnum Collegium coniunctis & aggregatis, eorumq; in militum officiis huiusmodi successoribus præter & vltra octo millia scuta annua huiusmodi, quæ omnino eis reseruata integrè debeantur alterum perpetuum annuum redditum aliorum duorum millium & quadringentorum scutorum similium pariter sine vllo damno, iactura, aut diminutione prouentuum Datariatus nostri eis per modernum nostrum, ac pro tempore existentem Datarium de & super iis compositionibus, quæ ex indultis patrocinandi, medendi, suscipiendi extra tempora à iure statuta, ordines sacros absolutionibus à quibusuis excessibus, ac dispensationibus non matrimonialibus, & aliis similibus concessionibus ad rationem trium ducatorum pro qualibet supplicatione quasi cuiusdam pœnæ loco à personis contra ius huiusmodi gratias petentibus exigũtur, nunquam antea Cameræ nostræ Apostolicæ applicatis neque incorporatis, aut ab ea percipi solitis (remanentibus tamen quibusuis aliis Datariæ redditibus, prouentibus, iuribus & obuentionibus emolumentisq; ordinariis, vel extraordinariis pro eodem sic per nos aucto Lauretan. militum collegio hypotheeatis) singulis mensibus integrè & sine aliqua retentione persoluendorum perpetuò vendimus, tradimus, concedimus & assignamus, & tam pro dictis CC. quàm pro his sexaginta Militibus annuos redditus huiusmodi vsque ad dictam summam atque adeo compositiones ipsas ex dispẽsationibus, indultis, absolutionibus & aliis gratiis pręfatis pro tempore prouenientes speecialiter & expressè, Ita vt specialis huiusmodi hypotheea & obligatio generalitati præfatæ nequaquam deroget, nec econtra, perpetuò applicamus & appropriamus, ipsiq; Collegio tamquam rem propriam & redditum ad eorum commodum tantum specialiter, neque vnquam antea in alios vsus cõuerti solitum assignamus & incorporamus, atque vtrumq; redditum pręfatũ insimul ad summam decem millium quadringentorum scutorum ascendentem, in vnam massam & in vnum corpus pro vniuerso Collegio confundimus & simul coniungimus, Decernentes assignationem, applicationẽ, appropriationẽ & incorporationẽ huiusmodi nullo tẽpore, nullaue causa impediri posse, vel debere & nihilominus ad abundantiorem cautelã vniuerso etiam CCLX. militum collegio pręfato omnia & singula alia redditus, prouẽtus & emolumẽta eiusdem Datarię quęcumq; sint pro vtraque annua summa pręd dicta specialiter & expresse obligamus & hypotheeamus, Volumusq; quòd vltimo dicta ad 2400. scuta annua ascendentia emolumenta eidem Collegio, vt pręfertur assignata, aliis octo millibus scutis pręfatis adiuncta, & vt præfertur simul cum illis in vnam summam & massam congesta, confusa & in vnum corpus redacta à Kalendis mensis Augusti proximi futuri tam pro ipsis L X. nouis militibus, quàm cæteris CC. prioribus militibus eodem modo ęqualiter distribuantur. Et quòd dicti L X. noui, aut alij priores milites ad probandum summam CXXX. millium scutorum pręfatorum in necessariam, vel euidentem vtilitatem Ecclesię & Sedis earundem conuersam fuisse minime teneantur, Ac in euentum in quem collegium militum Lauretanorum huiusmodi ex aliqua ratione, vel causa seu casu etiam inexcogitato in totum, vel partem per nos, vel successores nostros præfatos extingui, seu reuocari, aut ipsos milites quominus iura & emolumenta eis assignata pręfata integrè libereq; percipiant quomodolibet etiam casu fortuito, vel aliàs etiam totalem defectionem, vel cessationem ipsorum introituum inducente impediri, seu illa minui contigerit, tunc ad supplendum ex dictæ Datariæ vel aliis prædictæ Cameræ redditibus, aut si Collegium militum huiusmodi extinguatur, seu contra tenorem præsentium confundatur, vel alteretur etiam nos & successores nostros, ac Cameram præfatos, ipsiusq; Cameræ omnia & singula bona mobilia & immobilia ad restituendum ipsis militibus supradictam integram non modò priorum centum, sed etiam horum triginta millium scutorum summam per eos, vt præmittitur persolutam pariter obligamus. Quibus nullo modo nullaue ratione, vel causa computari debeant, seu possint in sortem iura & emolumenta per eosdem milites interim percepta in toto vel in parte: sed ipsi milites illa tamquam iusto & legitimo titulo, ac bona fide lucrentur, acquirant ac detineant nec ad illa restituendum vel cum sorte pręfata compensandum, modo aliquo cogi, vel compelli possint neque debeant: dictas verò nostras priores, aut posteriores litteras etiã ex eo quòd in Camera Apostolica iuxta Constitutionem fel. rec. Pij Papæ iiij. nostri pręd decessoris super gratiis interesse eiusdem Camerę quoquomodo concernentibus editam intra

Milites prædicti nõ teneãtur probare pecunias per eos solutas in necessitatẽ vel euidentem vtilitatem Sedis Apost. versas esse.

Obligatio omnium bonorũ Sedis & Cameræ Apost. pro securitate d. Militiæ.

Derogatio cõstitut. Pij iiii. quæ est in Bul. magno ĩ ipsius Pij iiii. const. 131. fol. 873.

intra tunc præfixum tempus præsentatæ, intimatæ, registratæ & admissæ minimè fuerũt, neque in posterum eas, aut præsentes litteras præsentari & intimari, registrari, aut admitti vmquam aliquis curet; Nihilominus tam illas, quas aduersus Cõstitutionem ipsam restituimus & reualidamus, quàm etiam præsentes litteras perpetuò etiam post lapsum temporis prædicti in ipsa Constitutione præscripti validas & efficaces fore, & in sua firmitate ac robore persistere, ipsiq; Collegio vniuerso Militum prædictorum, ac aliis, quos concernunt & concernent in futurum perpetuò suffragari debere perinde ac si cum effectu eiusdem Constitutionis forma adimpleta, præsentatæ, intimatæ, registratæ,& admissæ fuissent, ac ipsa Constitutio numquam emanasset,ipsumq; Collegium Militum præfatorum, aut aliquem pro eis ad illas,aut præsentes litteras post hac vlterius quouis tempore præsentandas, insinuandas admitti, aut registrari faciendas minime teneri, nec per hoc de illorum nullitate, aut inualiditate in iudicio, vel extra illud dici, aut opponi quouis modo posse, ac præsentibus litteris, quæ veri Contractus, & obligationis inter nos & Sedem prædictam ad dictam Cameram ex vna, ac Milites ipsos ex altera partibus legitimè initi & stipulati vim & robur obtinere decernimus per quascumque alias litteras & gratias per nos & dictos successores nostros desuper emanandas & concedendas derogari, clausulamq; cum eorum, vel earum, seu præsentium derogatione latissimè extendendam, ac clausulam quòd eodem præsentes litteræ, earumq; tenores pro expressis habeãtur in quibusuis supplicationibus & contractibus per nos & successores nostros & Cameram prædictos, & alias quascumque personas pro tempore signatis & initis appositã nihil penitus operari, & illius vigore in litteris Apostolicis, super ipsis supplicationibus cõficiẽdis quicquã vltra quàm in supplicationibus huiusmodi specificè sit expressum, narrari non posse, præsentesq; litteras etiam ex eo quòd non vt aliæ priores de ipsorum fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium consilio, & assensu in consistorio nostro emanauerint, vel quòd alienationes, & concessiones redditũum huiusmodi cum solemnitatibus debitis,iuxta Constitutiones Apostolicas desuper editas in Camera Apostolica plus offerenti candela accensa & seruatis alijs ad id forsan de iure seu aliàs requisitis factæ non fuerint impugnari, inualidari aut concessiones, applicationes ipsas etiam sub prætextu læsionis rescindi, aut annullari non posse, nec debere: sed illas perpetuò validas & efficaces fore, suosq; plenarios effectus sortiri & ipsis Militibus nunc & pro tempore existentibus suffragari debere in omnibus & per omnia perinde ac si de ipsorum fratrum vnanimi consilio & assensu obseruatis ad vnguem ijs omnibus, quæ seruanda erant in Cõsistorio, seu in Camera prædicta gesta fuissent, sicq; tam in his quàm in omnibus & quibuscumq; aliis in præsentibus nostris litteris contentis, aut aliàs superius expressis per modernos & pro tempore existentes eiusdem Curiæ Camerarium, & dictæ Cameræ clericos & Præsidentes, ac alios quoscunque Iudices & Commissarios etiam causarum Palatij Apostolici Auditores,& prædictæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales in quibuscumque causis super præmissis,vel eorum aliquo pro tempore motis iudicari & diffiniri, ac sententiari debere, sublata eis & eorum singulis quauis aliter iudicandi auctoritate & facultate,necnon irritum & inane quicquid secus super his, vel eorum aliquo per eos, & alios quoscumque quauis auctoritate etiam per nos & successores nostros præfatos scienter, vel ignoranter contigerit attentari pariter decernimus & declaramus, Eidemq; Camerario, Præsidentibus & Clericis nunc & pro tempore existentibus, ac omnibus & singulis aliis, ad quos id quomodolibet spectat & spectabit pro tempore, vt summam integram præfatorum centum triginta millium scutorum huiusmodi ad ordinarium introitum dictæ Cameræ ponant & describant, scripturasq; necessarias & opportunas, ac obligationes desuper conficiant, contractumq; per nos sic celebratum & bonam fidem nostram recognoscentes & sequentes faciant eisdem omnibus CCLX. militibus super præmissis & eorum inuiolabili obseruatione, quodcumque publicum instrumentum obligationum bonorum Romanæ Ecclesiæ & Cameræ prædictarum ad ipsorum militum Lauretanorũ requisitionem, prout etiam nos facimus per præsentes & in aliquem ex dictis euentibus absque alterius declarationis, seu mandati expectatione de præmissis debitam & integrã eis satisfactionem impendant præcipimus & mandamus, Volumusq; quòd generalis Curiæ causarum Cameræ Apostolicæ prædictæ Auditor, ac vniuersi & singuli alij moderni & pro

Clausulæ præseruatiuæ.

Decretum irritans.

Executorũ deputatio.

& pro tempore existentes Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, Priores & alij in dignitate Ecclesiastica constituti in dicta Curia, & extra eam residentes, ac per Collegium Militũ Lauretanorum huiusmodi eligendi & eorum singuli per se, vel alium, seu alios auctoritate nostra dictis Militibus in præmissis efficacis assistant præsidio defensionis, faciantq; eos & illorum singulos eorumq; filios quoties pro ipsorum parte super hoc fuerint requisiti omnibus & singulis prædictis pacificè frui & gaudere, Non permittentes eos per quoscunque desuper quomodolibet indebitè molestari, inquietari, aut impediri. Contradictores quoslibet & rebelles cuiuscũque status, gradus, ordinis, dignitatis, vel præeminentiæ fuerint per easdem censuras ecclesiasticas & pecuniarias pœnas, aliaq; iuris & facti quęuis opportuna remedia appellatione omni postposita compescendo, Non obstante Lateranensis Concilij nouissimè celebrati super bonis Ecclesiæ Romanæ & Sedis eiusdem numquam aut nisi ex certis tunc expressis causis & sub modo & forma in eis traditis alienãdis, ac etiam sanctæ memoriæ Symmachi, Non liceat Papę. & Innocentij Papę III. Volentes incipientibus, ac Pauli II. necnõ Pij IIII. ac Gregorij XIII. & eiusdem Pij IIII. etiam super residentia Prælatorum, & aliorum beneficia Ecclesiastica obtinentium, & super gratiis interesse Cameræ concernentibus, vt præfertur, in eadem Camera registrandis, ac aliorum Romanorum Pont. prædecessorum nostrorum, aliisq; nostris & Cancellariæ huiusmodi pro tempore editis generalibus & specialibus constitutionibus & ordinationibus, necnon priuilegiis, indultis & litteris Apostolicis quibusuis Sedis & Cameræ huiusmodi officialium Collegiis, eorumq; personis per nos, vel quoscumque prædecessores nostros etiam in vim contractus, etiam Motu & scientia similibus, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliusq; fortioribus, efficacioribus & insolitis clausulis irritantibusq; & aliis declarationibus & decretis etiam talibus quòd illis nullatenus vel nisi de eorum, quorum interest expresso consensu & dictorum fratrum nostrorum consilio etiam consistorialiter habito, aliisq; modis, & formis ibi traditis vsquequaque seruatis derogari possit etiam si inter alia caueatur expressè, quòd si eis derogari contingat, derogatio huiusmodi non valeat, nisi talis intentio derogandi aliquibus personis tunc expressis per diuersas in forma Breuis litteras cum interuallo vnius mẽsis, seu alterius temporis eis præsentata prius, ac intimata & insinuata fuerint. Necnon dictis clericis & Præsidentibus Cameræ & Fisco nostro concessis & cõcedendis, ac legibus Imperialibus, quibus cauetur in alienatione eorum fiscalium certam & exquisitam formam cum interuallo temporis & candela accensa seruandam fore, aliàs contractus sint nulli & inualidi & recipiens ad restitutionem vnà cum fructibus teneatur. Quibus omnibus illorum tenores præsentibus pro sufficiẽter expressis & insertis habentes illis aliàs in suo robore permãsuris hac vice & ad effectum omnium præmissorum, harum serie specialiter & expresse derogamus, cæterisq; contrariis quibuscumque. Vt autem pręsentes litteræ ad notitiam omnium deducantur, ac per omnes inuiolabiliter debeant obseruari, volumus quòd illę in Cancellaria Apostolica & audientia litterarum contradictarum nostrarum, ac in acie Campi Floræ affigantur & publicentur, vt eos quos ipsæ litteræ cõcernunt, seu concernere poterunt quomodolibet in futurum etiam si ad ipsorum notitiã non peruenerint, vel illas ignorauerint perinde arctent, ac si personaliter eis intimatę forent, nullamq; possit quisquam excusationem prętendere, vel ignorantiam allegare. Et quia difficile forsàn foret earundem præsentium litterarum notitiam ad quascũque personas peruenire & vbique illas pręsentare, eadem auctoritate Apostolica volumus & decernimus, quòd transumptis pręsentium litterarum etiam per impressionem factis manu alicuius defensoris pro tempore dicti Collegij dictorum Militum Lauretanorum subscriptis, & sigillo Datarij nostri prędicti nunc & pro tempore existentis, necnõ eiusdem Collegij sigillatis, quemadmodum adhiberetur pręsentibus litteris originalibus si pręsentarentur vbique adhibeatur tam in iudicio quàm extra illud plena & indubitata fides. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrę approbationis, erectionis, institutionis, aggregationis, concessionis, indulti, extensionis, ampliationis, communicationis, facti, elargitionis, statuti, venditionis, traditionis, concessionum, assignationum, hypothecationis, obligationum decretorum reualidationis, restitutionis, declarationis, pręcepti, mandati, derogationis & voluntatum infringere, vel ei ausu temerario contraire.

Clausulæ derogatoriæ.

Forma & effectus, publicationis, huius constitutionis.

Si quis autem hoc attentare prçſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud ſanctũ Marcum, Anno incarnationis Dominicç milleſimo quingenteſimo octuageſimo octauo, Duodecimo Kalendas Auguſti, Pontificatus noſtri, Anno Quarto.

E. Card. pro Dat.

XVII.

Extinctio Vectigalis olim impoſiti ſuper vino minutatim in Statu Eccleſiaſtico vendendi, Suppreſſioq; Montis Sixti quingentorum millium ſcutorum deſuper erecti, & extenſio Montis Prouinciarum.

Montem Sixtum erexit hic ſummus Pont. ex vrgentiſsimis cauſis vt ſup. in eius conſt. 61. fol. 216. in prima par. Montemq; Prouinciarum erexit Greg. XIII. vt in eius conſt. 41. fol. 1245. in bull. magno. Et modo hic ſummus Pont. vtriuſque Montis extinctioni prouidet.



SIXTVS Epiſcopus Seruus Seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

HVMANARVM rerum ea eſt incerta conditio, vt nihil tam prudenter animaduerti ac ſapienter conſtitui poſſit, quòd interdum nouis rationibus & cauſis exigentibus immutandum atque in aliam formam omnino redigendum eſſe nõ appareat: idq; multis in rebus expertum, nunc verò prçcipuè accidit, dum ſedulò inuigilamus, vt ſubditi noſtri, quos intimo complectimur charitatis affectu, ab exactionum difficultatibus & oneribus, ob quamplures ta men publici boni rationes impoſitis, quantum prçſentium temporum incommoda ferũt, noſtra opera & ſtudio omnino ſubleuentur. Poſt ſuſceptum igitur Apoſtolicç Sedis regimen paſtoralem noſtram vigiliam in ſummas perturbationes incidiſſe videntes, hçreticis atrociſſimis fidelium hoſtibus extrema omnia tentantibus ac minitantibus, facinoroſis & perditis hominibus impunè vndique volitantibus, iuraq; omnia nefariè violantibus, grauioraq; in dies diſcrimina impendere animaduertentes, non ſolùm prçſentibus malis mederi, verùmetiam imminentia pericula declinare, quantum virium noſtrarum imbecillitas poteſt, Deo adiuuante decreuimus. Verùm ad pias noſtras cogitationes exequendas, & ad ea gerenda quç meditabamur, atq; adhuc animo & cogitatione noſtra complectimur, ad Catholicç fidei augmentum & exaltationem, prçter cçtera remedia non exiguam pecuniç ſummam congerere neceſſarium eſſe intelligentes, idq; ſine aliqua exactione fieri nequaquam poſſe, aliquod ſanè opportunũ & neceſſarium prçſidium, vel inuiti, quàm minimo ſubditorum noſtrorum incommodo comparare coacti fuimus, ac ſolutionem vnius quatreni ſuper ea quantitate vini, quç minutatim vẽditur, ab aliquibus prçdeceſſoribus noſtris in Vrbe noſtra, ac ciuitate Bononiç & nõnullis aliis ditionis Eccleſiæ conſtitutis & deſignatis locis, ſuperioribus temporibus indictã, ad vniuerſum ſtatum Eccleſiaſticum, Vrbe & Bononia exceptis, de Ven. Fratrum noſtrorum S.R.E. Cardinalium conſilio extendimus, & per Cameræ Apoſtolicç miniſtros, à Kalendis menſis Maij, anni M.D.LXXXVII. Pontificatus verò noſtri tertio, exigi mandauimus, Ac deinceps vt eiuſdem Cameræ indemnitati ea in re quamprimum prouideretur, Ius exigendi eandem ſummam per Tribunal eiuſdem Cameræ, quod his negotiis eſt prçpoſitũ, publica licitatione de more præcedente candela accenſa & mox extincta, locari mandauimus, prout re ipſa ad quinquennium locatum fuit ſub die 24. menſis Aprilis eiuſdem anni Dilecto filio Philippo Antinorio Mercatori Florentino & ſociis, qui tunc ab eo nominati eſſent, tamquam plus offerentibus, pro annua ſolutione ſeptuaginta millium & centum

Hic ſummus Pont. ex vrgẽtiſsimis cauſis vectigal vnius quatreni ſuper vino minutatim vendendo impoſuit vt ſupra in eius conſtit. 61. fol. 216.

Illudq; locatũ fuit Philippo Antinorio pro annuis ſcutis ſeptuaginta millium & centũ.

centum scutorum monetæ, Iuliis decem pro quolibet scuto computatis eidem Cameræ persoluendorum. Vt autem exinde magna aliqua pecuniæ vis, prout rei vtilitas ac necessitas suadebat quàmprimum confici posset, super emolumentis ex dicta exactione in vnum redigendis, Montem vacabilem Sixtum appellatum locorum seu portionum numero quinque millium pro his qui ibidem pecunias collocassent in Vrbe instituimus, illiq; ex summa septuaginta millium ac centum scutorũ assignauimus quinquaginta millia scuta, ita vt ad rationem decem scutorum pro singulo loco his qui pecunias in dicto Monte collocauissent, annis singulis penderetur, ac eadem quinque millia loca, seu portiones vnà simul per eandem Cameram Apostolicam simili licitatione præcedente Dilectis filiis Marco Antonio Vbaldino & sociis mercatoribus Florentinis, tamquam plus offerentibus, pretio quingentorum viginti sex millium scutorum similium alienari curauimus, quæ integra summa per eosdem mercatores persoluta, in sanctiori ærario Castri nostri Sancti Angeli iam seposita collocataq; fuit, prout in litteris Apostolicis, atq; instrumentis & cedulis manu nostra subscriptis latissimè ea omnia atque distinctè explicantur. Verùm cum in ipsa exactione variæ exortæ sint difficultates, onusq; illud satis quidem per se leue, graue admodum reddiderint exactorum iniuriæ & quæstorum extorsiones ob immodicam lucri quamprimum consequendi cupiditatem, nonnulliq; etiam pretium vini non modicè auxerint. Vnde præcipuè pauperes hac exactione lædi compertum habentes, idq; piæ nostræ intentioni, atque erga subditos, præsertim paupertate oppressos, animi propensioni repugnare animaduertentes, dum hisce de rebus ad nos quotidie subditorum opem nostram implorantium querimoniæ deferrentur. Nos qui huic sanctæ Sedi subditos tamquam peculiares filios paterna charitate prosequimur, tantumq; abest vt insuetis oneribus prægrauare velimus, vt eosdem à veteribus potius quàm fieri potest eximere cupiamus, statim in his opportunum aliquod remediũ adhibere constituimus. Et primùm quidem negocio hoc cum eiusdem Cameræ ministris maturè discusso, demum Congregationi nuper à nobis pro grauaminibus subleuandis institutæ mandauimus, vt hanc rem totam subditorum indemnitati consulendo accuratè perpenderet, à qua omnibus maturè examinatis tandem accepimus, susceptũ per nos consilium de tollenda & abolenda penitus dicta vectigalis exactione & subditis à tam graui onere quod tot tantaq; incommoda consequuntur liberandis & de fructibus Monti Sixto cum ipsorum subditorum minori damno prouidendis, mirum in modum probatũ fuisse: quarè toto negocio huiusmodi cum reliquis omnibus fratribus nostris S. R. Eccl. Cardinalibus in Consistorio nostro secreto maturè dicti vectigalis exactionem omnino tollere & abolere, ac subditos nostros ab illius solutione immunes & liberos reddere decreuimus. Dictis igitur litteris, instrumentis ac scripturis super his confectis, aliisq; omnibus quæ necessario ad integram facti veritatem pertinentibus exprimenda essent pro insertis habitis, Motu proprio, ex certa nostra scientia maturaq; deliberatione ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, eorundemq; fratrum nostrorum Cardinalium consilio & assensu in Kalend. proximi mensis Septembris vectigal dicti quatreni quod ad statum Ecclesiasticũ vniuersum ex nõnullis locis nuper extensum fuerat, tollimus & extinguimus: Necnon quæcunque instrumenta locationum, sublocationum & conuentiones, capitula & pacta occasione exactionis dictæ impositionis cum quibuscunque inita & facta abolemus annullamus & irritamus, eisdemq; conductoribus & subconductoribus, aliisq; dictæ Cameræ Ministris à die Kalen. Septembris in futurum exactionẽ prædictam omnino interdicimus, subditosq; nostros à dicta die ab eadem solutione prorsus liberos & immunes esse volumus. Verùm quia dictus Mons Sixtus pro summa quinque millium locorum seu portione cum dote quinquaginta millium scutorum annuorum ex summa super dicto vectigali exigenda vt præfertur erectus fuerat, Volentes vt etiam ipse Mons facilius extinguatur, quinque millia loca seu portiones huiusmodi ad numerum trium millium tantùm reducimus, ac reliqua duo millia loca seu portiones extinguenda esse decernimus, pro quorum duorum millium locorum seu portionum extinctione illorumq; pretij restitutione, super residuo scutorum triginta millium quæ Prouinciæ status Ecclesiastici, eidem Cameræ Apostolicæ, ex conuentione pro extinctione vectigalis carnis suinæ annuatim persoluunt, & quod residuum in extinctionem Montis non vacabilis Prouincia-

Super quibus pecuniis idem Pontifex Montem Sixtũ vacabilem quingentorum millium scutorum cũ emolumentis scutorũ decem pro centenario erexit, vt sup. in eius const. 61. fol. 116. in pri. par.

Sed cũ in exactione d. Vectigalis, multæ extorsiones fierẽt & pauperes maxime grauarentur, idem Pontifex, Congregationi Cardin. super grauaminibus subleuan. erectæ, mãdauit vt desuper prouideretur, in qua Cõgregatione prouisum fuit, vt exactio d. Vectigalis tolleretur, & Mõs extingueretur vt infra.

Et modo idem Pontifex d. prouisionem exequendo subditorumq; suorũ indemnitati cõsulẽdo dictum Vectigal extinguit, & illius exactionẽ interdicit.

Mõtemq; pdictũ ad loca tria millia tantum reducit, & alia 2000. extingui mandat, ex residuo Montis Prouinciarum erecti p Greg. xiii. vt in eius cõst 41. f. 1245.

rum nuncupati per fel. rec. Gregorium Papam XIII. prædeceſſorem noſtrum ad rationem ſex cum dimidio pro quolibet loco & anno erecti, & per nos iterum aucti hactenus ceſſerat, & in futurum cedere debebat, tot loca ſeu portiones eiuſdem Mōtis Prouinciarum ad rationem ſex ſcutorum cum dimidio & anno pro quolibet loco ſeu portione, auctoritate & tenore prędictis erigimus & inſtituimus, ipſaq; noua loca ſeu portiones cū antiquis locis dicti Montis Prouinciarum etiam coniungimus, ac prouincialium nobis ſubditorum obligationem ad huiuſmodi noua loca extendimus, eundemq; Montem Prouinciarum in reliquis, quę his noſtris litteris non aduerſantur aliàs primæuę erectionis litteris earumq; forma ſeruatis adaugemus, ac modernum & pro tempore exiſtentē dicti Montis Prouinciarum Depoſitarium erga eos qui pecunias in emptionem nouorum locorum eius Montis per nos nunc primùm adaucti collocauerint, iuxta obligationes per eum pręſtitas obligatum eſſe & ſe obligari debere declaramus: Ita quòd eiſdem hypothecis & obligationibus Cameræ Apoſtolicæ & illius beneficiorū in genere & in ſpecie auctoritatibus, priuilegiis, exemptionibus, atque immunitatibus prorſus omnino gaudeant in poſterum deſcribendi auctoritate litterarum noſtrarum eiuſdē Montis Prouinciarum noui creditores, ſicuti per dicti Gregorij prædeceſſoris ac noſtras litteras iam deſcriptos creditores cautum eſt, gaudere & potiri, omniaq; & ſingula ad fauorem & ſecuritatem iam deſcriptorum dicti Montis creditorum per Sedem & Cameram Apoſtolicam conceſſa & indulta nouorum creditorum commodo cedere ſtatuimus. Declarantes ad hoc vt facilius & vtilius dicta noua loca vendantur, creditores nuperrimè deſcribendos extrahendos non eſſe, niſi prius alijs antiquioribus extractis: pecunię verò omnes ex dicto augmento locorum Montis Prouinciarum non vacabilis percipiendæ in extinctionem locorum duorum millium ex quinque millibus Montis Sixti pretio eorundem duorum millium locorum poſſeſſoribus reſtituto ad eam rationem ad quam per Cameram diuendita atque alienata fuerūt, conuertantur. Et quia id ex pretio dictorum nouorum locorum Montis Prouinciarum perfici nequibit, mandamus vt pecuniæ quę in manibus dilecti filij Bernardi Olgiati moderni dicti Montis Prouinciarum Depoſitarij reperientur, & quę in extinctionem dicti Montis Prouinciarum conuerti debebantur, in extinctionem dictorum locorum duorum millium perſoluantur; & quatenus non ſufficient, ex reſiduo exactionis illius quę à Philippo Antinorio & ſociis pro appaltu nuper aboliti vectigalis quatreni debetur, vſque ad integram quantitatem ſuppleri mandamus: Reliquis autem dicti Montis Sixti in tribus millibus locis creditoribus, ac quibus ad rationē decem ſcutorum pro ſingulo loco annis ſingulis reſpondendum erit, ſummam triginta quatuor millium ſcutorum à prouincijs ſtatus Eccleſiaſtici, hac forma ſeruata exigendā loco dicti vectigalis quatreni aſſignamus, ac ſolutionem faciendam in hunc modum pręſcribimus, Vt Prouincia Campanię maritimę Latij Sabinæ ſoluat duomillia & centum ſcuta. Prouincia Patrimonij cum ciuitate & diſtrictu Vrbis veteris quinque millia & ducenta. Prouincia Vmbriæ ſeptem millia & quingenta. Ducatus Camerini mille. Prouincia Marchiæ cum Ciuitate & Territorio Anconitan. & Lauretan. decem millia & ſeptingenta. Prouincia Romandiolæ ſeptem millia & quingenta, quam ſolutionem loco vectigalis quatreni ſublati ſurrogatam eſſe decernimus. Ita vt ad hoc omnes Ciuitates, Terræ, Caſtra, Oppida, Villæ & loca tam mediatè quàm immediatè ſubiecta ad ſoluendum dictam ſummam triginta quatuor millium ſcutorum pro rata concurrant; illa videlicet loca in quibus exactio & ſolutio dicti vectigalis iuxta noſtras dicti vectigalis indictionis litteras & contractus & Capitula locationum per dictam Cameram deſuper facta fieri poterat & debebat, Et inter loca prouinciarum & Prouinciales ipſos eiuſdem oneris partiendi ac diuidendi curam & facultatem quàm ampliſſimam eidem Cardinalium Congregationi cum interuentu Theſaurarij noſtri Generalis, ac eiuſdem Cameræ Apoſtolicæ Clerici, Decani & Commiſſarij demandamus, atque eorum decretis ſtandū eſſe, nec ab aliquibus ſub læſionis, aut alio pretextu reclamari poſſe ſtatuimus, ac rationè taxæ ſic factæ quamlibet ex præfatis Prouincijs, Ciuitatibus, Terris & locis ad ſolutionem faciendam in manibus Theſaurarij, ſiue exactoris ſubſidij Triennalis in qualibet Prouincia, ab eadem Camera deputati, eodem modo atque his temporibus, quibus fit ſolutio ratione impoſitionis carnis ſuinæ teneri & obligari omnino intendimus. Ita vt dicto-

Reliquis autē creditoribus d. Montis Sixti pro aliis locis quinque millibus, a Prouincijs Status Eccleſiaſtici, ſcut. 34. millia ſingulis annis ſolui iubet, modo & forma hic deſignatis.

Taxāq; & partitionem inter loca Prouinciarū faciendi curam & facultatem prædictæ Cardinaliū congregationi concedit.

dictorum triginta quatuor millium ſcutorum exactio eodem die Kal. proximi menſis Septembris inchoari debeat. Ex his verò triginta quatuor millibus ſcutis annuis ſic in poſterum ex cauſa aboliti vectigalis quatreni exigendis deductis ſumptibus ratione exactionis reliquum omne depoſitario Montis Sixti, qui pro tempore erit, integrè perſolui mandamus, qui ad rationem decem pro quolibet centenario prout in illius erectione decretum eſt, annuatim dicti Montis creditoribus reſpondebit, eademq; ſumma triginta quatuor millium ſcutorum ſubſtituta & ſurrogata pro fructibus dictorum locorum trium millium plenè cenſeatur loco ſcutorum quinquaginta millium ex vectigali dicti quatreni pro locis quinque millibus eiuſdem Montis Sixti creditoribus aſſignatorum. Reliqua autem in litteris noſtris inſtitutionis dicti Montis Sixti contenta vim obtinere, atque nihil ex his quæ ad fauorem creditorum Montis Sixti ſtatuta ſunt, planè decedere ſtatuimus. Ne autem ſubditi noſtri occaſione duplicis ſolutionis ex cauſis allatis in perpetuũ grauentur, dum magis expedita ratione illis proſpicere ob neceſſitates, quæ nos vndiq; circumſtant, nobis non eſt permiſſum, reſiduum annuæ ſummæ dictorum ſcutorum triginta quatuor millium ſumptibus ratione exactionis, ac fructibus Montis Sixti vt ſupra detractis, in extractionem ſeu redemptionem locorum Montis Prouinciarum ſingulis annis, forma in hæc vſque tempora obſeruata per dictorum montium Depoſitarium, quem ideo vnum eſſe volumus, conuertendum eſſe mandamus. Et vt hęc redemptio ſeu extinctio facilius fiat, loca Montis Sixti, quæ ex propria illorum inſtitutione vacare poſſunt, quandocumq; & cum primum per obitum illa poſſidentium vacare contigerit, ex nũc extinguimus, eademq; loca ſic vacantia & extincta alijs concedi prohibemus, atque fructus dictorum locorum Montis Sixti extinctorum, vnà cum fructibus locorum dicti Montis Prouinciarum, quæ pro tempore redimentur ſingulis annis etiam in extinctionẽ dictorum locorum Montis Prouinciarum ponendas eſſe edicimus, donec Deo adiuuante vterq; mons redemptus ac planè extinctus fuerit, quibus per redemptionem extinctis populi Eccleſiaſticæ ditionis ſingulareſq; perſonæ & alij quicunq; prædictis ſolutionibus obnoxij, ſint ab illis penitus immunes, atque in contrarium decreta nemini ſuffragẽtur. Quo verò ijdem ſubditi onus iniunctum taxæ triginta quatuor millium ſcutorum facilius ſubire poſſint, Ciuitatibus & locis prædictis, cæteriſq; ad quos ſpectat, vt à Cauponibus & Tabernariis, qui iter agentes hoſpitari & cauponas exercere ſolent, non autem ab ijs qui vinum etiam minutatim in propriis domibus vendunt, eandem taxam vnà cum ſumptibus in exactione faciendis, exigeñ. amplam abſolutamq; poteſtatem impartimur. Mandantes dilecto filio noſtro Henrico tit. S. Pudentianæ presbyt. Cardinali Caetano nuncupato S.R.E. Camerario, ac Cameræ Apoſtolicæ Præſidentibus & Clericis, quatenus has litteras admittant, ac in libris eiuſdem Cameræ deſcribi, omniaq; & ſingula in illis contenta exactè obſeruan. & exequen. curent, Decernentes Montis Prouinciarum locorum nunc ſuperadditorum emptores ad probandum cauſas in quas pecuniæ ex dictis locis redigendæ conuertendę erunt, nequaquam teneri, ac fructus ſex cum dimidio pro quolibet centenario aſſignatos in ſortem computari illis non poſſe, omneſq; & ſingulos etiam ſolemnitatum quantumuis ſubſtantialium quomodolibet circa eadem omiſſarum defectus ſupplemus, ac pręmiſſa vim validi initiq; & ſtipulati contractus habere ſtatuimus, ſicq; in pręmiſſis omnibus & ſingulis per quoſcumque Iudices ordinarios & delegatos, ac cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, necnon dictæ Cameræ Præſidentes & Clericos, ſublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate iudicari & diffiniri debere. Irritumq; & inane quicquid ſecus ſuper his à quoquã quauis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari decernimus. Non obſtantibus pręmiſſis, ac omnibus his quæ in ſingulis noſtris litteris ſuper huiuſmodi negocio editis decreuimus non obſtare, necnon Cancellariæ Apoſtolicę regula de non tollendo iure quæſito, alijſq; conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis ad fauorem Prouinciarum & locorum Status Eccleſiaſtici initis, promiſſionibus & obligationibus etiam iuramento aut alijs efficacioribus clauſulis & cautelis vallatis, ac omnibus his, quæ in ſingulis litteris ſuper dicto ſubſidio per dictum Gregorium & alios ante eum prædeceſſores noſtros, ac nos ipſos ſæpius forſan non obſtare decretum fuit. Quibus omnibus etiam ſi de illis eorumq; totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica & expreſſa, non autem per clauſulas gene-

Cætera antẽ in litteris erectionis Mõtis Sixti ad fauorẽ eius creditorũ contenta, illæſa reſeruat.

Reſiduũ quod vltra expenſas ex dictis annuis ſcut. 34. millib[9] ſupererit, in redeptionẽ locorũ Montis Prouinciarũ conuerti iubet, vt vterque Mons quanto citius extinguatur.

Ciuitatibus & aliis locis eãdẽ taxam cũ ſumptibus in exactione faciẽdis exigẽdi authoritatẽ cõcedit.

Decretum irritans.

Clauſulæ derogatoriæ.

generales mentio, seu quæuis alia expressio habenda esset, eorum tenores ac si de verbo ad verbum insererentur præsentibus pro expressis habentes illis aliàs in suo robore permansuris hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, Contrariis quibuscũque. Volumus autem pręsentium exemplis etiam impressis notarij publici manu subscriptis, ac sigillo Collegij Montis huiusmodi, siue personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eandem prorsus fidem adhiberi, quę his originalibus litteris haberetur exhibitis vel ostensis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrę sublationis, extinctionis, abolitionis, annullationis, irritationis, interdicti, reductionis, erectionis, institutionis, coniunctionis, extensionis, adauctionis, assignationis, pręscriptionis, demandationis, extinctionis, prohibitionis, editionis, impartitionis, derogationis, declarationũ, statutorum, mandatorum, decretorum & voluntatum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare pręsumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctũ Marcum Anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo quingentesimo octuagesimo octauo, sexto Kalen. Augusti, Pontificatus nostri Anno Quarto.

✠ Ego Sixtus Catholicæ Ecclesiæ Episcopus subscripsi.

✠
✠ Ego Io. Antonius Episcopus Portuen. Card. S.Georgij.
✠ Ego Alphonsus Card. Gesualdus Episcopus Tuscul.
✠ Ego Marcus Antonius Card. Columna Episc. Prænestin.
✠
✠
✠
✠
✠ Ego P. Card. Sanctacrucius tit. sancti Clementis.
✠
✠
✠ Ego Ludouicus, tit. S.Anastasiæ presbyter Card. Madrutius.
✠ Ego Nic. de Pelleue, tit. S. Praxedis Card. Senonen.
✠ Iul. Ant. tit. sancti Bartholomęi in Insula Presb. Card. S.Seuerinę.
✠ Ego Hieronymus Cardin. Rusticucius tit. S.Susannę.
✠ Ego Io. Hieronymus Card. Albanus, tt. S. Io. ante portam Latinam.
✠
✠
✠ Ego Petrus Card. Deza.
✠
✠
✠ Ego Antonius tit. SS.Io.& Pauli Card. Carafa.
✠ Ego Io. Antonius Card. SS. Quatuor.
✠ Ego Io. Baptista Card. sancti Marcelli.

✠
✠
✠ Ego Franc. Card. de Ioyeuse, tit. S.Trinitatis in Monte Pincio.
✠ Ego Iulius Card. Cananius, tit. sancti Eusebij.
✠ Ego Nicolaus, tit. sanctæ Cæciliæ Card. Cremonen.
✠ Ego Antonius Maria Card. Saluiatus, tit. S. Mariæ de Pace.
✠ Ego August. Card. tit. S. Marci nuncupatus Veronen.
✠ Ego Vincentius, tit. S. Mariæ in Via Card. Montis Regalis.
✠
✠
✠ Ego Scipio, tit. S. Saluatoris In Lauro Presbyter Card. Lancellotus.
✠
✠ Ego Henricus tit. S. Pudentianę Card. Caetan. S.R.E. Camer.
✠ Ego Io. Baptista, tt. S. Mariæ in Aracęli, Card. Castrucius Sig. Iust. Præf.
✠
✠
✠ Ego Dominicus, tit. S. Laurentij Card. Pinellus.
✠
✠ Ego Hieronymus Card. de Ruuere, tit. S. Petri ad Vincula.
✠
✠ Ego F. Hieron. tit. S. Tho. in Parione Card. Asculan.

✠ Ego

✠ Ego Antonius Maria, tit. S. Agnetis in Agone Card. Perusinus. ✠
✠ Ego F. Constantius Card. Sarnanus, tit. S. Petri in Monte aureo. ✠
✠ Ego G. Alanus Card. tit. S. Martini in montibus. ✠ Ego A. S. Eustachij, Diaconus Card. Montaltus.
✠ Ego Scipio, tit. S. Mariæ de Populo Card. Gonzaga. ✠ Ego Hierony. S. Mariæ in Cosmedin, Diac. Card. Matthæius.
✠ Ego Anton. tit. S. Vitalis. Card. Saulius. ✠ Ego Benedictus S. Agathæ, Diaconus Card. Iustinianus.
✠ Ego Euangelista, tit. S. Matthæi in Merulana Card. Cusentinus. ✠
✠ ✠
✠ Ego F. Steph. tt. SS. Marcellini, & Petri Presb. Card. Aretinus. ✠ Ego Federicus S. Mariæ in Domnica Diaconus Card. Borromæus.
✠
✠

Anno à Natiuitate Domini, Millesimo quingentesimo octuagesimo octauo, Inditione prima, die vero Vigesimaquarta Mensis Septembris, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Sixti diuina prouidentia Papæ V. Anno eius Quarto. Retroscriptæ litteræ Apostolicæ, affixæ, & publicatæ fuerunt in valuis Basilicarum S. Ioannis Lateranen. & S. Petri Apostolorum Principis, necnon Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ, vt moris est, per nos Catherinum Menandi, & Io. Burlurault Apostolicos Cursores. Publicatio.

Alex. Parabiacus Magister Curs.

XVIII.

Prohibitio conferendi Canonicatus & Præbendas ac Dignitates Ecclesiæ Valentiñ. spurijs aut illegitimè natis, quamuis legitimatis, & natalibus restitutis.

Aliam prohibitionem fecit idem Pontifex de non admitten. ad beneficia Regni Valētiæ, alienigenas Regnorum Hispaniæ, in quibus ipsi Valentini ad similia non admittuntur, vt habes supra in const. 2. fol. 10.

Circa materiam successionis illegitimorum quo ad bona Ecclesiastica & patrimonialia, vide Pij V. prohibitiones in eius const. 120. fol. 1102. & in const. 152. fol. 1159.



SIXTVS Papa V. Ad perpetuam rei memoriam. Matth. cap. 21
CVM Cœlestis ille Agricola vineam suam & agrū nobis custodiendum commiserit, vt ex illis tempore suo fructum afferamus: profectò nos ne in ea palmites fatui & infructuosi luxurientur, neve in illo herbæ inutiles & spinæ, quæ sementem suffocant patrisfamilias, internascantur omni studio curare debemus. Quod planè peragemus (diuino fauente auxilio) si in Ecclesijs quibusdam Metropolitanis insignibus, tanquàm in agro frugifero benè culto, ne inimicus homo noxium interseminet lolium, Spurios scilicet, & ex illegitimo ac damnato coitu natos (secundū legem Moysis ingredi Ecclesiam Domini vsque ad decimam generationem prohibitos) à Canonicatibus & præbendis, ac dignitatibus arcentes inuigilabimus. Idq; præsertim in Ecclesia Valentiñ. quam nos nouo lectorum scientiæ & diuinæ & humanæ numero, ac alijs gratijs abundè locupletauimus, & decorauimus. Nam inibi (sicut accepimus) ex quo ad Canonicatus, & Præbendas, ac Dignitates huiusmodi semel sic minus dignè assumpti sunt, postmodum successu temporis ad publica Ecclesiæ, Ciuitatis, & Regni Valentiæ gerenda munia electi, vt plurimum paternæ incontinentiæ imitatores, quietem publicam, & statum cæterorum Deo famu-

Luc. cap. 8. Causæ huius constitutionis. Matth. cap. 5.

famulantium perturbare consueuerunt. Nos igitur huiusmodi incommodis pro nostro pastoralis officij debito occurrere, & vt homines illarum partium (qui hac spe ad filios spurios in peccato gignendos sunt propensiores) eo magis abstineant à carnis flagitijs; quo suæ proli hoc refugium præclusum esse videant, prouidere volentes: Auctoritate Apostolica tenore præsentium statuimus & ordinamus, quòd deinceps perpetuis futuris temporibus quoties Canonicatus & Prębendas, seu Dignitates dictæ Ecclesię Valentiñ. per cessum, seu quamuis aliam dimissionem, etiam ex causa permutationis, vel amissionem, aut obitum, etiam apud Sedem Apostolicam, seu in aliquo ex mensibus, in quibus beneficiorum Ecclesiasticorum dispositio nobis, & dictę Sedi, per Constitutiones nostras desuper editas, aut aliàs quomodolibet reseruata existit, aut Ordinarijs Collatoribus per Constitutiones Apostolicas, aut Cancellariæ Apostolicæ Regulas, vel litteras Alternatiuarum, vel quęcumque priuilegia, & indulta Apostolica hactenus aut pro tempore concessa fuerit, vacare contigerit, etiam si actu nunc forsan quouis modo aliqui vel aliquę ex eis vacent: ipsi Canonicatus, & Prębendę, ac Dignitates dictę Ecclesię Valentin. alicui, vel aliquibus, qui ex legitimo & vero matrimonio procreati non sint, Spurijs, aut illegitimè genitis (etiam Apostolica, Imperiali, Regia, vel quauis alia auctoritate legitimatis, aut natalibus & primæuis iuribus naturę restitutis, per nos & successores nostros Romanos Pontifices, seu de latere Legatos, vel nunc & pro tempore existentē Archiepiscopum Valentiñ. aut alios ad quos id de iure vel aliàs quomodolibet spectat, & spectabit in futurum) conferri nullo modo debeant. Decernentes ex nunc, omnes & singulas collationes, prouisiones, & quasuis alias dispositiones de ipsis Canonicatibus & Prębendis, ac Dignitatibus pro ipsis Spurijs & illegitimè genitis, etiam per nos seu successores nostros, aut de latere Legatos, seu Archiepiscopum Valentiñ. aut alios prędictos, etiam cum quibusuis clausulis & decretis faciendas, nullas & inualidas, nulliusq; roboris vel momenti existere: nullumq; per eas, cuiquam ius acquiri, aut etiam coloratum titulum possidendi tribui, Ac pręsentes litteras sub quibusuis similium vel dissimilium gratiarum reuocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, aut alijs contrarijs dispositionibus, per quascumque litteras, aut Constitutiones Apostolicas, seu dictę Cancellarię regulas per nos & successores nostros, ac ex certa scientia, & de Apostolicæ potestatis plenitudine, necnon consistorialiter, etiam cum earundem pręsentiū speciali, specifica & expressa mentione, sub quibuscumque tenoribus & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsq; efficacioribus & insolitis clausulis, irritantibusque, & alijs decretis in genere, vel in specie, etiam Motu proprio, ac consistorialiter, & aliàs in contrarium forsan quomodolibet pro tempore factis & concessis, minimè comprehendi: sed semper ab illis exceptas fore & esse, ac quoties eas reuocari, vel limitari contigerit, toties in pristinum & validissimum statum restitutas, & plenariè reintegratas esse & censeri. Sicq; per quoscunque Iudices, & Commissarios, quauis auctoritate fungentes, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales, sublata eis & eorum cuilibet, quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate, & auctoritate, vbiq; iudicari, ac diffiniri debere: necnon irritum & inane, quicquid secus super his à quoquam quauis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus quibusuis cōstitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac dictæ Ecclesię Valentiñ. iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus; priuilegijs quoque, indultis, & litteris Apostolicis, sub quibuscumque tenoribus & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsq; efficacioribus & insolitis clausulis & decretis in genere, vel in specie, ac aliàs in contrarium quomodolibet concessis, approbatis & innouatis. Quibus omnibus etiam si de illis, illorumq; totis tenoribus, specialis, specifica, expressa & indiuidua, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quæuis alia expressio habenda foret, illorum tenores, pręsentibus pro expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter & expressè derogamus. Cęterisq; contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctum Marcum, sub annulo Piscatoris, die xxij. Augusti. M. D. LXXXVIII. Pontificatus nostri Anno Quarto.

Prohibitio conferendi Canonicatus & Præbēdas ac Dignitates Ecclesiæ Valentin. Spurijs aut illegitime natis, etiā legitimatis aut natalibus restitutis.

Clausulæ præseruatiuæ.

Decretum irritans.

Clausulæ derogatoriæ.

Electio

XIX.

Erectio Montis S. Bonauenturæ Vacabilis ad decem pro centenario.

Hic idem Mons extensus fuit, vt infra in const. 33.



IXTVS Episcopus Seruus Seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

INTER multiplices sollicitudinis nostræ curas, quæ nos in hac sublimi Apostolicæ vigiliæ puppi diuina prouidentia disponente, meritis licet imparibus, clauum tenentes assiduè anxios reddunt; ea quidem nō minimum vrget, vt immensis sumptibus tolerandis, præter eos, quos ab initio Pontificatus nostri pro scelestorum, & facinorosorum hominum licentia comprimenda, Basilicis & antiquis Vrbis Ecclesiis ad Dei cultum augendum reparandis, ac nouis ædificandis, Vijs tum ad ipsas Basilicas visitantium commoditatem, tum ad Vrbis ornatum dirigendis; Aquæductibus longa intercapedine disiectis restituendis, Annonę copia in eadem alma Vrbe nostra vniuersoq; statu Ecclesiastico paranda & conseruāda, Classe aduersus piratas ad orę maritimę defensionem, & securitatem construenda suscepimus; Nunc etiam ad opem & auxilium Regibus & Principibus Christianis arma, nobis potissimum adhortantibus, aduersus impios hæreticos, & sacrosanctæ Catholicę Ecclesiæ Romanæ, & Orthodoxæ fidei hostes, & desertores, pro Regnorum ab eis occupatorum recuperatione parantibus, prout cogitamus, præstandum opportunè prouideamus. Cum autem ad ea perficiendum ingenti pecunia opus sit, Nosq; ærarij nostri peculium, quod cura, diligentia, ac frugalitate nostris, benedicente Domino, ad publicam vtilitatem, & vrgentes Sedis Apostolicæ necessitates cōgessimus, diminuere, dum aliunde pecuniam comparari posse conspicimus, minime velimus. Attendentes quòd redditus, & introitus Camerę nostræ Apostolicæ à nobis vltra summam triginta millium scutorum annuatim ex diuersis rebus nullo fere cum subditorum nostrorum incommodo nouiter aucti sunt, Ex quibus nuper auctis redditibus pro faciliori exactione atque maiori eiusdem Cameræ vtilitati Appaltum sigilli, & vt vulgo dicitur, del Bollo, ponderum & mensurarum, ac appaltum pellium pilosarum Status nostri Ecclesiastici, Dohanis Vrbis nostræ, ac appaltus emolumenti salium Ceruiæ ad Cameram nostram spectantis & tractę rubię guadi, & quorum ex Prouincia nostra Romandiolæ Thesaurariæ eiusdem Prouinciæ perpetuò vniuimus, anneximus, & incorporauimus, prout in schedulis per nos Motuproprio editis latius explicatur; Ideo super dictis Dohanis Thesauraria cum appaltibus illis vnitis, ac aliis redditibus infradicendis ad necessitates prædictas subleuandas, Montem vacabilem, ex quo opportuna pecuniæ vis colligi possit, erigere constituimus. Quare habita cum venerabilibus fratribus nostris S.R.E. Cardinalibus in Cōsistorio nostro secreto deliberatione matura, ac de illorum consilio & assensu, deq; traditæ nobis Apostolicæ potestatis plenitudine, Montem vacabilem scutorum trecentorum millium monetæ, quem vt sub tutela, & patrocinio sancti Bonauenturę felicem sortiatur effectum, de eius nomine Montem S. Bonauenturæ nuncupari volumus, locorum seu portionum trium millium vacabilium ad instar Romanæ Curiæ officiorum, ac aliorum Montium vacabilium, non tamen per quinquennium proximum vt infra, nec per promotionem vel translationem ad Cathedrales etiam Metropolitanas vel Patriarchales Ecclesias & Monasteria ad rationem scutorum centum pro quolibet loco, seu portione à die prima mensis Septembris proxime venturi inchoandum, auctoritate Apostolica tenore præsentium perpetuò creamus, facimus, erigimus, & instituimus, Illique sic erecto & instituto, ac personis, quæ in eo pecunias posuerint, pro dicti Montis congrua dote, ac annuis fructibus & emolumentis, ad rationem scutorum decem similium annis singulis pro quolibet loco, & quolibet bimestre in fine pro rata soluendorum summam scutorum triginta millium annuorum, videlicet decem millium & quingentorum similium ex Dohanarum Vrbis cum augmento appaltus sigilli præscripti, ac pellium pilosarum Status Ecclesiastici eiusdem Dohanis vnitorum, Vndecim millium & quingentorum ex

Causæ erectionis huius Montis.

Erectio Mōtis scut. 300. millium S. Bonauenturæ vacabilis post quinquennium.

Assignatio fructuum ad decē pro cētenario.

Thesaurariæ Romandiolæ cum præfatis appaltibus salium,& extractionis guadi rubiæ & ouorum illi vnitis: quod augmentum & res vnitę ad Viginti duo millia scuta insimul annuatim ascendunt, Quatuor millium & quingentorum ex conductionis & appaltus Postarum status nostri Ecclesiastici,& Trium millium ac quingentorum similium ex datij vini Ciuitatis nostrę Bonon. redditibus, per dictarum Dohanarum, & Thesaurariæ cum membris præfatis adiectis, & applicatis, necnon Postarum, & Datij vini modernos,& successiuè quoscumque alios pro tempore Conductores & Appaltatores annuatim & quolibet bimestre illorum rata dicto Monti ac illius Depositario respectiuè soluendorū, etiam perpetuò concedimus, applicamus, appropriamus, & assignamus, applicatamq; appropriatam,& assignatam esse volumus & mandamus. Ipsumq; Montem & illius creditores in nostrum Sedis & Cameræ præfatarum locum, quoad omnes & integras summas præfatas in totum scuta Triginta millia monetæ præfatę singulis annis constituentes, earumq; liberam perceptionem,exactionem,& consequutionem ponimus,substituimus, & surrogamus, easdemq; summas ab omnibus oneribus,tributis,subsidiis, & collectionibus ex quacumque vrgenti & publica,ac etiam fidei Catholicę tuendę causa impositis, & imponendis, ac omnibus & quibuscumque aliis grauaminibus ordinariis,& extraordinariis præsentibus & futuris, eximimus, & liberamus, exemptaq; & libera,dictosq; Dohanarum & Thesaurariæ prędictarum, ac membrorum & appaltuum eisdem nouiter applicatorum & annexorum, necnon Postarum & Datij, redditus, introitus, & emolumenta quęcumq; eidem Monti & illius creditoribus perpetuò obligata, & hypothecata esse volumus. Ac pro maiori eorundem Montis, & personarum in eo pecunias ponere volentium cautela & securitate, omnia & singula alia Sedis & Cameræ prædictarum mobilia & immobilia, bona, res, actiones, & iura præsentia & futura vbiq; locorum existentia: prędicto Monti sanctę Bonauenturæ, illiusq; singularibus personis generaliter & specialiter obligamus & hypothecamus, obligataq; & hypothecata esse volumus & decernimus. Necnon eadem auctoritate statuimus quòd quæcumque vtriusque sexus personæ cuiuscumq; status, gradus, ordinis, conditionis, ætatis, dignitatis, & præeminentiæ existentes, etiam si Cardinalatus honore prefulgeant,& Ecclesijs Cathedralibus etiam Metropolitanis, & Patriarchalibus, seu Monasteriis præsint, & quæcunque quotcumque,& qualiacumque beneficia Ecclesiastica cum cura, & sine cura obtineant, in sacris etiam presbyteratus ordinibus constitutę, necnon quorumuis sub quauis regula institutorum, hospitalium, & militiarum, ac quorumcumque, (non tamen mendicantium) ordinum Religiosæ quibus à iure, aut per priuilegium concessum est, proprium retinere posse, cuiuscunque nominis, qualitatis, & conditionis, & qualitercumque preterquam ratione regularis professionis, in aliquo ordine mendicantium inhabiles & incapaces existant, in Monte sancti Bonauenturæ prædicto quascumque pecuniarum quantitates, non tamen infra dictam summam scutorum centum in singulas personas,ita vt etiam loca, & portiones prędictæ diuidi nō possint, vsque ad summam dictorum Trium millium locorum seu portionum ponere, & tam ipsæ personæ, quàm alij ab eis causam habentes, quoad vixerint pro pecuniis sic positis, ad rationem decem scutorum similium pro quolibet loco singulis annis, & quolibet bimestre eorum ratam sine aliquo conscientiæ scrupulo, & sortis principalis diminutione, vel aliquo restitutionis onere, etiam si assassinij sacrilegij, læsæ maiestatis, aut alia quæcumque grauissima etiam de necessitate exprimēda crimina, præterquam in personam Romani Pontificis pro tempore existentis, aut alicuius S. R. Eccl. Cardinalis commiserit, ac propterea siue legitimè conuictæ, siue in eorum non comparentium contumaciam in pœnam vltimi supplicij condemnatæ seu condemnandæ, & pœnæ huiusmodi per eas persoluendæ, atque omnia eorum bona Fisco ipso iure, vel ipso facto applicata, seu applicanda fuerint, tam pro sorte principali, quàm pro emolumentis locorum seu portionū Montis huiusmodi, quę seu quas nullatenus confiscari aut ad instantiā quorumcunq; suorum Creditorum, vel aliàs modo aliquo sequestrari, aut impediri posse decernimus, integrè omni protsus impedimento cessante percipere, & habere, & loca seu portiones huiusmodi, corpore tamē sanæ,& aliàs prout in resignationibus dictæ Curię officiorum, & aliorum Montium vacabilium obseruatur, in vnius vel plurium, prout eis placuerit etiam filiorum suorum, aut aliarum quarumcunq; personarum

Exeptio à quibuscúque grauaminibus.

Obligatio omnium bonorū Sedis & Cameræ Apost. pro securitate d. Montis.

Personæ quæcunque etiam religiosæ non tamen Mendicantes in hoc Monte pecunias ponere possunt.

Pecuniæ istius Montis confiscari & sequestrari non possunt.

rum quibus loca Montis Sixti per nos erecti obtinere licet, queq; in litteris erectionis eiusdem Montis Sixti expressæ hûc fauorem in manibus dilecti filij nostri Henrici Presbyteri Card. Caetani moderni; & pro tempore existenti S. R. E. Camerarij, quem Protectorem, & administratorem dicti Montis sancti Bonauenturæ cum libera, & absoluta potestate litteras patentes dicti Montis sub eius nomine & sigillo expediendi, ac omnia alia peragendi quę ad eiusdē Montis vtilitatē pertinere cognouerit cōstituimus & deputamus, resignare, & de locis, seu portionibus huiusmodi dūmodo in personā vnius ne minori quantitate vnius loci non disponetur, ne loca ipsa diuidantur, nulla alia desuper obtēta dispensatione, in toto vel parte simul vel separatim per viā resignationis huiusmodi, liberè disponere possint, ita vt resignatarij in pecuniis per eos à quibusuis causam habuerint, positis, & locis seu portionibus, & emolumentis prædictis, per eādem resignationem succedere, & ad illa admitti debeant. Eidemq; Monti & personis in eo pecunias habētibus Collegium, defensores, & officiales quoscunq; creandi, & deputandi, ordinationes, & statuta quęcunq; licita tamen & honesta ab eadē Camera examinanda, & approbanda, condendi facultatem concedimus. Necnon ijs vt omnibus & singulis aliis priuilegiis, facultatibus, exemptionibus, immunitatibus, libertatibus, prærogatiuis, gratiis, & Indultis, quibus cæteri creditores aliorum Montium vacabilium, & præsertim Sixti, & Camerariatus, Datariæ, & Cancellariarum nuper à nobis erectorum vtuntur, potiuntur, & gaudent, ac vti, potiri, & gaudere possunt & poterunt quomodolibet in futurum, pariformiter, & absq; vlla prorsus differentia, etiam perinde ac si omnia hic de verbo ad verbum inserta forent vti, frui, & potiri liberè, & licitè valeant indulgemus. Volentes quòd Mons sancti Bonauenturæ huiusmodi, illiusq; personæ ratione pecuniarum in eo positarum ab omni etiam mensatæ, ac aliorum onerum per Nos & pro tempore existentes Romanos Pont. etiam pro defensione fidei, ac augmento cultus diuini, & alia subleuatione & conseruatione status Romanæ Ecclesiæ, quomodolibet impositorum solutione liberæ immunes, & exemptæ existant, & censeantur, nec super annuis redditibus & emolumentis eis assignatis, illorumq; perceptione & exactione etiam per Nos & successores nostros prędictos quouis modo perturbari, inquietari, vel molestari, aut aliquo grauamine, seu onere, etiam si euidens vtilitas, & vrgens necessitas id suaserit, onerari possint. Et ad probandum quòd pecuniæ in dicto Monte positæ, vel aliqua earum pars in vtilitatem, aut necessitatē Rom. Ecclesiæ vel Sedis & Camerę prędictarū aut Catholicæ fidei defensionem concessæ fuerint, minimè teneantur. Quodq; præsentes vim, & robur veri & validi contractus & obligationis inter nos Sedem, & Cameram prædictas ex vna, & eos, qui pecunias super ipso Monte posuerint, vel ab eis causam habuerint ex altera partibus legitimè initi & stipulati obtineant, & obtinere; dictusq; Mons sancti Bonauenturę & illius Montistæ in pacifica, libera, & quieta dictorum emolumentorum eis vt pręfertur assignatorum exactionis, & perceptionis possessione perpetuò manuteneri, & conseruari. Quodq; ipsius Montis Depositarius introitus & emolumenta prædicta exigere, ac inter personas quæ suas pecunias in dicto Monte sancti Bonauenturæ posuerint pro rata locorum & portionum cuiuslibet quolibet bimestre in fine distribuere, & diuidere debeat. Secretarium autem & Computistam dicti Montis deputandi & eligendi facultatem nobis reseruamus, quiquidē Secretarius per nos deputandus personis, pecunias suas in dicto Monte, tam à primæua eius erectione huiusmodi, quàm aliàs ponentibus, vt præfertur, pro earum securitate litteras, patentes, concessionum & resignationum locorum seu portionum huiusmodi sub eiusdem S. R. E. Camerarij pro tempore existentis nomine, & quæ illius manu subscriptæ, ac sigillo eiusdem Camerarij munitæ sint, tam hac prima vice, quàm quoties loca seu portiones huiusmodi per resignationē, &c. vel obitū, aut aliàs vacare contigerit, conficere, & tradere, Collegium verò Montis S. Bonauēturæ huiusmodi seu illius Officiales & Montistæ pro tempore existētes, omnesq; alij ad quos id spectabit, statim visis huiusmodi litteris & pro quibus illæ emanauerint, nulla alia ab eis petita vel recepta solutione, in numerum Creditorum dicti Montis, & dicti Collegij recipere, & ad emolumentorum pro rata locorum seu portionum huiusmodi eis debitorum perceptionem admittere teneantur, dictusq; Secretarius per nos vt prędmittitur deputandus, pro resignationibus & expeditionibus litterarum patentium huiusmodi eadē

Montistæ pro directione Mōtis, statuta facere, & officiales creare valeāt.

Priuilegia Mōtis Sixti Camerariatus Datariæ & Cancellariarum concessa, huic Mōti conceduntur. Hæc priuilegia vide sup. in cōstit. 15. fol. 90. & indicaui fol. 93.

Depositarius Montis, eius emolumēta exigat, & Mōtistis quolibet bimestri soluat.

Secretarius patētes faciat recepto salario recipi solito a Secretariis, Nūtium Camerariatus Datariæ & Cācellariarum.

emolumenta percipere possit, quæ Secretarij Montium Camerariatus Datariæ, & Cancellariarum percipere solent, illaq; cum Computista dicti Montis Sancti Bonauenturæ diuidere, prout secretarij Montium prædictorum diuidere consueuerunt; Decernentes Montem sancti Bonauenturæ prædictum, illiusq; loca & portiones prædictas respectu fructuum, emolumentorum, iurium, & priuilegiorum eidem assignatorum, & concessorum nullis omnino reductionibus aut aliis contrariis dispositionibus, etiã prætextu enormissimæ læsionis, vrgentis necessitatis, seu etiam euidentis vtilitatis, aut alia quacumq; causa siue in specie siue in genere facienda, obnoxia esse: sed firma perpetuò & inuiolata persistere, nec quemquam ex ipsius Montis sancti Bonauenturæ descriptis creditoribus, aut ab eis causam, & ius habentibus, super integris fructibus & emolumentis prædictis quocumque modo turbari, vel impediri posse, ac dictis Dohanarum Vrbis, & Thesaurarię Romandiolæ, membrorum, ac appaltuum eisdem respectiuè adiectorum, & applicatorum, necnon Postarum status nostri Ecclesiastici, & Datij Ciuitatis nostræ Bononiæ, nunc & pro tempore existẽtibus Conductoribus, & Appaltatoribus, vt ex pecuniis redditibus, & emolumentis earundem Dohanarum, & Thesaurariæ, membrorum, & adiectionum præfatarum Postarum, & Datij Monti sancti Bonauenturæ prædicto, ac illius Depositario pro tempore existenti per nos Cameram, vel eiusdem Montis Collegium deputando dictas respectiuè pecuniarum summas in totam dictam summam scutorum triginta millium constituentes annuatim, & quolibet bimestre in fine illarum ratam, liberè, & absque vlla contradictione soluant, seque ad illas modis & temporibus prædictis eorum conductionibus & appaltibus respectiuè durantibus soluẽdum obligent, & quascumque obligationes, & instrumenta desuper necessaria & opportuna etiam in forma Cameræ cum iuramento, & aliis vinculis, & cautelis solitis, & necessariis, & dicto Depositario beneuisis faciant, & ad id iuris & facti remedijs præcise cogi, & compelli possint præcipimus & mandamus. Volentes etiam quòd de cætero omnes earundem Dohanarum, & Thesaurariæ prædictarum, dictorumq; membrorum & appaltuum illis vnitorum, & adiectorum, necnon Postarum, & Datij vini prædicti futuri Appaltatores & Conductores, in contractibus eorum appaltuum, & conductionum cum eadem Camera celebrandis sese pariter ad dictas solutiones, vt supra respectiuè faciendas obligare, ipsaq; Camera dictas respectiuè pecuniarum summas in dictis contractibus in futurũ celebrandis eidem Monti assignare, ac in Tabulis exitus dictorum appaltuum describi & adnotari facere teneantur. Si quis autem ex dictis earundem Dohanarum, & Thesaurariç cum adiectionibus, & augmentis prædictis, Postarum, & Datij vini prædicti conductoribus, & appaltatoribus dictas obligationes facere recusauerit, post sex menses à die qua requisiti fuerint, eo ipso cadant ab omni commodo contractum eorum appaltuum & conductionum. Quodq; Dohanerij, Thesaurarij ac postarum, & datij vini conductores prædicti nunc & pro tempore existentes omnes dictas pecuniarum summas sic vt præmittitur Depositario Montis huiusmodi etiam absque alio nostro Sedis, vel Cameræ mandato desuper expediendo, sed harum vigore dumtaxat, persoluant: quas solutiones ex nunc prout ex tunc, & econtra harũ vigore vt præmittitur faciendas bonas, validas, & benefactas declaramus, eosdemq; Appaltatores, & conductores pro solutionibus sic faciendis ex nunc prout ex tunc, vt supra quietamus, absoluimus, & perpetuò liberamus, dictasq; solutiones admittimus, & acceptamus, & ab eadem Camera admitti & acceptari; Et nihilominus quatenus opus sit, & ad maiorem cautelam quæcumque mandata desuper necessaria & opportuna etiam ad omnem ipsorum requisitionem & instantiam per Cameram nostram fieri & expediri iubemus, Vt autem personæ pecunias suas in dicto Monte sancti Bonauenturæ ponentes, aliquod commodum ex nostra liberalitate consequantur, volumus & dicta auctoritate statuimus, eisq; indulgemus, quòd ipsius Montis loca seu portiones, quæ seu quas personæ ipsæ emerint per quinquennium à dicta die prima Septembris computandum per mortem ciuilem, aut naturalem personarum ipsarum vel ab eis causam dicto quinquennio durante habentium non vacent, sed ad hæredes, & successores quoscumque morientium eodem quinquennio durante deueniant ipsiq; hęredes, & successores, loca seu portiones huiusmodi retinere, vel resignare, illorumq; seu illarum precium recipere possint, & resignationes huiusmodi admitti debeant, & ex nunc

Priuilegium, quod Mõs iste reductionibus & aliis contrariis dispositionibus nõ subiaceat.

Priuilegiũ qd loca huius Mõtis non vacent per quinquennium.

cas

eas liberè, & omni contradictione remota admitti mãdamus; Quodq; perpetuis futuris temporibus quicumq; tam in eiusdẽ S. Bonauenturæ Montis creditores, quã etiã aliqua ex illius locis per cessionẽ vel aliter etiã per primæuam pecuniarũ in illo positionẽ acquirentes ad loca seu portiones ipsius Mõtis S. Bonauẽturæ quasuis alias personas, sub quarũ nominibus loca & portiones huiusmodi ponantur nominare, & sibi ipsis quoad personæ nominatæ vixerint tam locorũ seu portionum huiusmodi, quàm eorũ fructuũ, & emolumentorum omni modo in dispositionem, illa interim personis sic nominatis penitus interdicta, & cum aliis sibi beneuisis, aliàs tamen licitis pactis, & conuentionibus reseruare, possint: ita tamen quòd per obitum sic nominatatum personarum post quinquenniũ prædictum, nisi prius resignauerint, omnino vacent, Sicq; & non aliàs in omnibus, & singulis præmissis per quoscumque iudices ordinarios, & delegatos etiam causarum Palatij Apost. Auditores, ac S. R. E. Cardinales etiam de latere legatos, in quauis causa, & instantia, sublata eis, & eorũ cuilibet quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari & diffiniri debere: irritum quoq; & inane quicquid secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari decernimus. Decretum irritans.

Nõ obstãtibus præmissis, & fel. rec. Symmachi, Benedicti XII. Calixti III. Pauli II. Innocentij Octaui, Alexandri Sexti, Pauli etiam Tertij, Pauli Quarti, & Pij Quinti, aliorumq; Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum de rebus Ecclesiæ non alienandis & alienatis recuperandis, aliisq; Apost. ac in Prouincialibus, & Synodalibus, ac vniuersalibus Concilijs editis specialibus vel generalibus, constitutionibus & ordinationibus, & prædicta fieri specialiter, & expresse prohibentibus, & facta irrita esse decernentibus, dictęq; Camerę iuramento confirmatione Apostolica quauis firmitate alia roboratis statutis, consuetudinibus, stabilimẽtis, vsibus, & naturis: priuilegiis quoque indultis, & litteris Apost. eidem Cameræ illiusq; agentibus, & personis sub quibuscumq; tenoribus & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisq; efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusq; & aliis decretis, etiam Mõtu proprio, & ex certa scientia deq; consilio, assensu, & potestatis plenitudine similibus ac pro conseruatione status, dignitatis, & ęstimationis S. R. E. concessis, confirmatis, & etiam iteratis vicibus innouatis extensis, & moderatis, quibus omnibus etiam si de illis illorumq; totis tenoribus, specialis, specifica, integra, atque indiuidua mentio habenda esset, illorum tenores ac si de verbo ad verbum insererentur, præsentibus pro sufficienter expressis & insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, illaq; quatenus pręmissis obstent tollimus, abrogamus, & abolemus. Clausulæ derogatoriæ.

Volumus autem vt pręsentium transumptis, seu exemplis etiam impressis manu Secretarij Collegij dicti Montis sancti Bonauẽturę seu Notarij publici subscriptis, & sigillo eiusdem Collegij seu personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides in iudicio & extra illud vbique locorum adhibeatur, quæ adhiberetur eisdem pręsentibus si forent exhibitæ vel ostensę. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ creationis, facti, erectionis, institutionis, applicationis, appropriationis, assignationis, positionis, substitutionis, surrogationis, exemptionis, obligationis, hypothecæ, statutorum, constitutionis, deputationis, concessionis, indultorum, reseruationis, præcepti, mandatorum, quietationis, liberationis, admissionis decretorum, derogationis, sublationis, ablationis, abrogationis, & voluntatum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare pręsumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctũ Marcum Anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo quingentesimo octuagesimo octauo, vndecimo Kalen. Septembris, Pontificatus nostri Anno Quarto.

✠ Ego Sixtus Catholicæ Ecclesiæ Episcopus subscripsi.

✠	✠
✠ Ego Io. Ant. Eps Portueñ. Car. S. Geor.	✠ Ego M. Ant. Car. Colũna Eps Prænest.
✠ Ego Alph. Card. Gesuald. Eps Tuscul.	✠ Ego P. Card. Comẽsis Episc. Albanen.

✠ Ego

✠
✠
✠ Ego P. Card. Sanctacrucius, tit. Sancti Clementis.
✠
✠
✠
✠ Ego Nic. de Pelleue, tit. S. Praxedis Card. Senonen.
✠ Iul. Ant. tit. sancti Bartholomęi in Insula Presb. Card. S.Seuerinę.
✠ Ego Hieronymus Cardin. Rusticucius tit. S.Susannę.
✠ Ego Io.Hieronymus Card. Albanus, tt. S.Io.ante portam Latinam.
✠
✠
✠ Ego Petrus Card. Deza, tit. S.Hieron. Illyric.
✠
✠
✠ Ego Antonius tit. SS.Io.& Pauli Card. Carafa.
✠ Ego Io. Antonius Card. SS. Quatuor.
✠ Ego Io.Baptista Card. sancti Marcelli.
✠
✠
✠
✠ Ego Franc. Card. de Ioyeuse, tit. Sanctiss. Trinitatis in Monte Pincio.
✠
✠
✠ Ego Antonius Maria Card. Saluiatus, tit. S. Mariæ de Pace.
✠ Ego August. Card. tit. S. Marci nuncupatus Veronen.
✠ Ego Vincentius, tit. S. Mariæ in Via Card. Montis Regalis.
✠
✠
✠
✠ Ego Scipio, tit. S. Saluatoris in Lauro Presbyter Card. Lancellotus.
✠
✠ Ego Henricus tit. S. Pudentianę Card. Caetan. S.R.E.Camer.

✠ Ego Io. Baptista, tt. S. Mariæ in Ara cęli, Card. Castrucius Sig. Iust. Præf.
✠
✠
✠ Ego Dominicus, tit. S. Laurentij Card. Pinellus.
✠
✠ Ego Hieronymus Card. de Ruuere, tit. S. Petri ad Vincula.
✠
✠ Ego F. Hieron. tit. S. Tho. in Parione Card. Asculan.
✠ Ego Antonius Maria, tit. S. Agnetis in Agone Card. Perusinus.
✠ Ego F. Constantius Card. Sarnanus, tit. S. Petri in Monte aureo.
✠ Ego G. Alanus Card. tit. S. Martini in montibus.
✠ Ego Scipio, tit. S. Mariæ de Populo Card. Gonzaga.
✠ Ego Antonius tituli sancti Vitalis Cardinalis Saulius.
✠ Ego Euangelista, tit. S. Matthæi in Merulana Presb. Card. Cusentinus.
✠
✠ Ego F. Steph. tt. SS. Marcellini, & Petri Presb. Card. Aretinus.
✠
✠
✠
✠
✠
✠
✠ Ego A. S. Eustachij, Diaconus Card. Montaltus.
✠ Ego Hierony. S. Mariæ in Cosmedin, Diac. Card. Matthæius.
✠ Ego Benedictus S. Agathæ, Diaconus Card. Iustinianus.
✠
✠
✠ Ego Federicus S. Mariæ in Domnica Diaconus Card. Borromæus.

Publicatio. Anno à Natiuitate Domini Nostri, Millesimo quingentesimo octuagesimo octauo, Indictione prima, die vero decimaoctaua Mensis Octobris, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Sixti diuina prouidentia Papę V. Anno eius Quarto. Retroscriptæ litteræ Apostolicæ, affixæ, & publicatæ fuerunt in valuis Basilicarum S. Ioannis Lateranen. & S. Petri Apostolorum Principis, necnon Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Florę, vt moris est, per nos Io. Baptistam Bagni, & Octauium Tagliettum Apostolicos Cursores.

Alex. Parabiacus Magister Curs.

XX.

Confirmatio & innouatio omnium, quæ tam per Sanctitatem suam, quàm R. Cameram Apostolicam gesta sunt, circa Proxenetas Vrbis & Rom. Cur. illorumq; exercitium & taxas.



SIXTVS Papa Quintus, Ad futuram rei memoriam.

PASTORALIS officij cura nos admonet, vt circa Dominici gregis Populorumq; nostrę temporali ditioni diuina disponente clemẽtia cõmissorum, pręcipuè Romanorum ciuium, ac Romanę Curię officialium, aliorumq; Curialium Regimen, peruigiles esse; & quę eorum in contrahendis negociis securitatem concernunt, prospicere, ac eos qui cum Camera nostra Apostolica contrahunt, eò magis cautos reddere teneamur. Cum itaq; aliàs, ex eo quòd in hac Alma Vrbe nostra Proxenetę super officiis Rom. Curię ac locis Montium resignandis, societatibusq; contrahendis, & bonis emendis, censibus constituendis, aliisq; negociis firmandis, in incerto statu versarētur, & sine numero prę- scripto persisterent, ita vt quisque pro libito Proxeneticę artis omnino inexpers, illam exercere præsumeret. Vnde varia damna & quandoq; fraudes cum maximo contrahentium, quandoq; pauperum, mulierum, viduarum, minorum, & miserabilium personarū, domorumq; & locorum etiam piorum, detrimento & iactura euenirent. Nos pro nostri pastoralis officij munere, dictis Proxenetis congruam formam constituere, & eorum statum in meliorem conditionem reddere, cõtrahentiumq; securitati, simulq; & nostrę Camerę Apostolicę vtilitati consulere volentes, omnes & singulos Proxenetas pręfatos & alios quoscumq; exercitium proxeneticum eatenus quomodolibet (non tamen quoad merces ripales, & cambia) exercentes ab exercitio huiusmodi amouimus & amotos decreuimus, illisq; necnon Notariis ac Collegiorum, officiorum seu Montium Secretariis, seu Capellanis illorūq; substitutis (à quibus à certis annis citra abusus inoleuerat, vt ipsi quoque hanc proxeneticam artem simul cum eorum arte, Notarij Secretarij & Capellani non sine aliquo scandalo & mali suspitione exercere vellent ac exercerent) & aliis quibusuis personis, ne de cetero in exercitio pręfato, quoquomodo intromittere auderent expresse prohibuimus, eademq; Proxenetarum exercitia vnà cum illorum emolumentis, & Iuribus vniuersis eidem nostræ Camerę Apostolicę applicauimus & appropriauimus. Ac vnum Collegium Quadraginta Proxenetarum pro quadraginta viris, bonę vitæ, laudabilis conditionis, & famæ, rerum & negociorum huiusmodi, computorumq; faciendorum peritis, quorum medio & opera dictæ omnes societates, ipsaq; officia etiam in futurum erigenda, & loca Montium tam institutorum quàm instituendorum, census, palatia, domus, tenutæ, casalia, & alia stabilia bona, necnon scommissæ seu sponsiones (soluta eis competenti mercede, iuxta taxam desuper successiuè, prouidè factam) contrahi, resignari, vendi, acquiri, & tractari deberent, & in reliquis, cum capitulis, declarationibus priuilegiis & facultatibus, per dilectū filium nostrū Henricum tit. S. Pudentianæ presbyt. Cardinalem Caetanum nostrū, & S. R. E. Camerariū (quem ad hoc deputanimus) tunc statuendis ad nouenniū proximè futurū, Kal. Aprilis proximè præteriti, tunc inchoandū & deinde ad nostrū & Sedis Apostolicę beneplacitū nostro motuproprio ereximus & instituimus, ac dilectū filium Zanobium Landum, laicum Florentinum (de cuius probitate, fide, & diligentia in Domino confidimus) in nostrum & dictæ Cameræ, quoad hoc Commissarium deputauimus, illiq; pro dicti Collegij & Proxenetarum congrua dote, omnia & singula iura, regalia, salaria, mercedes & emolumenta, per Proxenetas huiusmodi cõsequi & lucrari solita, & consueta, & per eos consequenda & lucranda, ac vt præfertur taxata assignauimus, ita vt eorum singuli (nominatione & deputatione de illis vt infra faciendis semper saluis) illa recipere, & in eorum vsus & vtilitatem conuertere possent & valerent. Qui Zanobius propterea in nostram, & dictæ Sedis subuentionem summam trium millium & quingentorum scutorum monetæ, de Iuliis decem pro quolibet scuto, quolibet dictorum nouem annorū de semestri in semestre & in fine cuiuslibet semestris

Hic Põtifex ex causis hic expressis Proxenetarum exercitia (nõ tamẽ quoad merces ripales, & cambia) vnà cum eorum iuribus & emolumẽtis Cameræ Apostol. applicauit, & Collegium 40. Proxenetarum ad negocia pertractanda peritorū instituit, & Zanobium Landum desuper Commissarium deputauit, & emolumenta a Proxenetis pcipi solita, eidẽ per nouẽnium applicauit, & dictos 40. Proxenetas ad negocia & alios 30. ad sponsiones tractan. facultatẽ nominandi concessit.

æquam

æquam illorum ratam se soluturum obtulerat, ad quem de cetero totum & integrum dictorum Proxenetarum exercitium, cum illorum emolumentis, ac electio & nominatio eorundem Quadraginta Proxenetarum, qui super eisdem emolumentis, se cum ipso Zanobio vt dictum est concordare liberent, illorum verò deputatio ad Henricum Camerarium prefatum, per suas patentes litteras facienda; dictis nouem annis durantibus toties quoties opus esset respectiuè, spectare & pertinere decreuimus & declarauimus: Et vltra huiusmodi quadraginta ad negotia præfata, alios triginta ad sponsiones seu vt aiunt scommissas, tractandas & concludendas, ad eius nutum seu aliàs ponendos & amouendos, atq; per Henricum Camerarium præfatum, vt supra deputandos (qui bannimenta per ipsum Camerarium desuper emissa seruarent) eligere & nominare posset, & valeret illi indulsimus: Reliqua verò dictos Proxenetas, illorumq; exercitium ac emolumēta, ac tam dicti Zanobij, quàm Cameræ præfatæ cautelam concernentia, latius in capitulis per Henricum, tunc formandis explicari possent & deberent, Mandauimusq; tam Henrico Camerario, quàm dilectis filiis Thesaurario nostro generali, ac Decano & Clericis, dictæ Cameræ, quatenus dictā nostri Motus proprij cedulam in eadem Camera reciperēt & admitterent, ac in eiusdem Cameræ libris registrari, præmissaq; omnia & singula inuiolabiliter obseruari, & quæcumque bannimenta, patentes & edicta pro præmissorum plenaria executione publicari mandarent & facerent, obligationemq; de soluēdo dicta Tria millia & quingenta scuta quolibet anno (dictis nouem annis durātibus) simulq; & cautionem arbitrio Henrici Camerarij idoneam ab ipso Zanobio reciperent, & tam præmissa, quàm alia in dictis capitulis, inter Henricum Camerarium, & dictum Zanobium, vt præfertur tunc statuendis & formandis contenta nostro & Successorum nostrorum, ac eiusdem Cameræ nominibus inuiolabiliter obseruare promitterent, ac obseruarent, & super premissis, cum ipso contraherent, Et pro obseruatione inuiolabili omnium in instrumento seu instrumentis desuper celebrandis contentorum & cōtinendorum nos, successoresq; nostros Rom. Pontifices, & dictam Cameram, illiusq; bona præsentia & futura, in ampliori eiusdem Cameræ forma etiam cum iuramento obligarent, prout & nos ex tunc obligauimus, aliasq; & alia facerent & exequerentur in nostra Motus proprij cedula manu nostra signata latius expressa. Quare cum inter Henricum Camerarium eisdem nominibus ex vna, & Zanobium præfatum parte, ex altera eiusdem nostri motus proprij vigore, ad certa capitula & conuentiones super præmissis postea deuentum fuit ab ipsis etiam subscripta, Successiuè die septima Aprilis, proximi præteriti, idem Henricus Camerarius, & dilecti filij Thesaurarius noster generalis, ac ipsius Cameræ Decanus & Clerici debitè vt moris est congregati & coadunati pro Tribunali sedentes Cameram ipsam facientes & repręsentantes, assistentibus etiam dilectis filijs Vicecamerario & ceteris personis cameralibus, adesse solitis, & visis prius, ac inter eos ibidem discussis, ac maturè consideratis dictis capitulis & conuentionibus, desuperq; nonnullis additis immutatis & in certis partibus ad publicam vtilitatem modificatis, Tandem ex decreto in eadem plena Camera maturè facto inter ipsos nostro & eiusdem Cameræ nominibus ex vna, & dictum Zanobium, etiam suo hæredumq; & successorum suorum nominibus parte ex altera, ad dictorum capitulorum etiam sic additorum immutatorum & modificatorum stipulationem mutuo deuentum fuit, dictusq; Zanobius illorum occasione, inter cætera dictā annuam summam scutorum Trium millium & quingentorum monetæ, per dictos nouem annos ex tunc proximè futuros, & quolibet bimestri illorum æquam ratam & portionē dictæ nostræ Cameræ in manibus illius generalis Depositarij de semestri in semestre, & in fine cuiuslibet semestris, dicta die septima Aprilis incipiendo, & vt sequitur continuando soluere, & tam ipse quàm dicta Camera, omnia & singula in eisdem capitulis contenta inuicem obseruare promiserūt, & pro solutione dictæ annuæ summę scutorum Trium millium & quingentorum, dilectus filius Marcus Antonius Scarlattus, socius institor & complementum habens, rationis fundacariæ in Vrbe cantantis sub nomine hæredum q. Francisci Scarlatti, & Sociorum in Vrbe mercatorum, pro ipso Zanobio principaliter & insolidum fideiussit, aliasq; & alia fecerunt contrahentes præfati, in instrumento publico manu dilecti filij Tydei de Marchis eiusdem nostræ Cameræ notarij ibidem celebrato obligatione Camerali, & iuramento vtrinque roborato, latius expressa. Verùm

Camera Apostolica de mandato Papæ quędā capitula cū d. Comissario fecit.

quia

quia post præmissa sic conclusa & bannimenta desuper emissa, nõnullæ insurrexerunt difficultates, præcipuè pro eo quòd ex forma dictorum Capitulorum omnibus permissum sit contrahere, dummodo mediatoris præmiati opera non vtantur, tenerentur tamen contrahentes, probare in contractibus ipsis nullum interuenisse mediatorem præmiatũ. Durum enim & perdifficile videbatur, quòd quis teneretur hoc in quocunque ex suprascriptis contractibus (antequam ad illorum stipulationem deueniretur) probare seu mercedem, proxenetici penes ipsum notarium deponere, ac in rebus alijs ad audientiam nostram, & in ipsa Camera deductis. Quibus per nos & dictam Cameram, etiam consultò perpensis, vt omnes præfatę difficultates tollantur, & contractuum cursus non impediatur: Tãdem ex decreto in ipsa plena Camera maturè facto, Camera ipsa eidem Zanobio Commissario dumtaxat quartam partem dictæ mercedis, (habito respectu ad taxam aliàs desuper factam, & in bannimentis expressam (pro his tantum quatuor contractibus, scilicet pro officiorum Rom. Curiæ, ac Montium, tam erectorum, quàm erigendorum resignationibus, seu quibuscunque translationibus, & venditionibus, per quasuis etiam particulares personas, necnon pro societatibus quibuscunq; super eisdem officijs inter quoscunque, & pro quacunque, etiam notabili pecuniarum summa, censuumq; annuorum super quibusuis bonis stabilibus, tam in Vrbe, quàm illius districtu, ac aliàs vbilibet consistentibus impositionibus & constitutionibus tunc de cętero faciendis assignandum duxit & assignauit, illiq; effectualiter dictum quartum à quibusuis contrahentibus & quolibet eorum pro rata soluendum esse, & solui debere, statuit, & declarauit, ita vt tam Cancellarię & Cameræ, quàm alij quicunque Notarij vel Secretarij, ad dictas Officiorum, seu Mõtium resignationes, translationes, Societates, & Censuum impositiones recipiendum rogati, dictum quartum exigere, & de illo Zanobio præfato computum quolibet bimestre (cum retentione octo centenario pro eorum laboris huiusmodi prouisione) fideliter dare omnino teneantur & debeant: nec quærendum sit, an in his quatuor contractibus proxeneta interuenerit an non, dictos enim quatuor contractus tanquã à nostra & Sedis Apostolicæ auctoritate & respectiuè permissione prouenientes, hoc paruo onere in nostram & Sedis præfatæ subuentionem erogando, Camera ipsa iure grauari posse censuit, de quo quidem quarto ipse Zanobius (cui prius integra omnium aliorum contractuum superius nominatorum merces per nos & dictam Cameram in vim dicti contractus assignata fuerat) per viam transactionis inter ipsum & dictam Cameram factæ contentus fuit, & ad hoc suum expressum præstitit consensum: in illis verò ex his quatuor cõtractibus, in quibus proxeneta mediator fuerit Zanobius præfatus dictum eius quartum ab ipso proxeneta, non autem à contrahentibus, neque à Notario, vel Secretario consequi curet. Nè autem contingat supradictos quadraginta Proxenetas à quoquam super emolumentis eis vt præfertur debitis fraudari, quod nullus omnino, tam ratione dictorũ quatuor, quàm aliorum omnium præfatorum cõtractuum opera alicuius mediatoris, quàm vnius ex quadraginta proxenetis ab ipso Zanobio deputatis (quãdo tamen talis mediator operam suam aliquo præmio, aut præmij promissione mediante interpositurus sit) vti nullatenus possit, seu valeat. Nam in casum alicuius præmij totum illud præmium ad dictos quadraginta Proxenetas tanquam ad id specialiter deputatos, & artem ipsam titulo oneroso exercentes, iuxta supradictam taxam omnino spectare & pertinere, nec alteri quicquam erogari posse Camera ipsa etiam decreuit, voluit, & mandauit. Sed si contrahentes allegauerint mediatori nihil omnino solutum datum, donatumue, seu promissum fuisse, hoc iureiurando in manibus Notarij de contractu rogandi, & ante vel post ipsius contractus stipulationem, attestari omnino debeant, & super hoc particularis mentio & expressio in ipsius contractus initio, seu fine per Notarium fieri debere etiam decreuit, & tunc super hoc nulla alia requiratur probatio, sed tantum iuramentum istud exigatur: & hoc idem à Secretarijs Montium præfatorum, tam erectorum, quàm erigendorum in resignationibus, translationibus & creditorum quorumuis locorum montium huiusmodi creationibus seruari omnino debere ordinauit. Et quoad officia Rom. Curiæ, etiam in futurũ erigenda defensores, seu alij Collegiorum officiales quemquam admittere, Secretariję, seu Capellaniæ admissionem recipere, seu adnotare nisi in primis & ante omnia Zanobio præfato de dicto eius quarto satisfactum, seu illud penes ipsos depositatũ fuerit: de quo

Deinde quædã difficultates super eisdẽ capitulis ortæ fuerunt.

Concordia igitur & trãsactio desuper confecta fuit vt hic.

computum in fine bimestris cuiuslibet ipsi, vt supra reddere teneantur, & quæ de Notarijs superius dicta sunt, ab ipsis quoque Secretarijs seu Capellanis omnino respectiuè seruari debeant. Declarauit tamen ipsa Camera dictum quartum ratione aliorum, quàm supradictorum quatuor contractuum ipsi Zanobio, nullatenus deberi, sed illud à taxa præfata detrahi & à contrahentibus retineri liberè posse & debere, & sic cõtrahentes tres quartas partes taxæ præfatæ (reliqua retenta) tantum Proxenetis præfatis soluere teneri. Quo verò ad sponsiones, seu scommissas, necnon mercantias & drogas, (sic vulgò dictas) integrum proxeneticum eidem Zanobio iuxta formam dicti contractus omnino reseruatum existat, & tam pro dicti Zanobij, quàm potissimè contrahentium securitate; ne de cætero Notatij ipsi, qui Tribunalibus Vrbis non inseruiũt, seu officium ab ipsa Camera non obtinent (quorum vt plurimum scripturæ depereunt, multiq; irrepunt errores & quasi irreperibiles existunt, alijsq; iustis de causis in ipsa Camera deductis) de Societatũ & Censuum prædictorum contractibus à quoquam contrahere volente, nisi saltim insolidum, cum vno Notario alicui Tribunali inseruiente, seu officium Notariatus à Camera obtinente rogari, & tales contractus recipere, seu annotare respectiuè nõ possint, seu valeant: alioquin isti contractus aliter quàm insolidum, vt dictum est, rogati omni fide careant, nec executioni demandentur, & contrahentes summa, seu re ipsa, de qua agitur, ipso iure priuati existant, Fisco nostro applicanda: Notarij verò ipsi falsitatis vltra alias pœnas pecuniarias per dictam Cameram statuendas, eo ipso incurrant, aliasq; & alia Camera ipsa decreuit, statuit, ordinauit, & mandauit in bãdimentis publicis per Henricum Camerarium præfatum nostro, de mãdato & ex eiusdem Cameræ decreto primo videlicet, decimanona Aprilis, & secundo decima Augusti proximè præteritorum, vt moris est expeditis & per Almam Vrbem affixis & publicatis latius contenta & expressa. Quocirca volentes dictis capitulis & contrauentionibus, ac instrumento & bannimentis & contentis in eis, aliisq; supra & infrascriptis pro maiori Zanobij & Proxenetarum, ac aliorum cautela & securitate robur confirmationis Apostolicæ adijcere, aliasq; super illis opportunè prouidere, Motuproprio, & ex certa nostra sciẽtia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine de omnibus & singulis præmissis & aliis inter Henricum Camerarium prius & deinde dictam nostram Cameram & dictum Zanobium firmatis, & successiuè, in dicto instrumento & bannimentis, aliisq; prędictis redactis enunciatis & comprehensis plenam & certam notitiam habentes, ac capitulorum, conuentionum & pactorum, ac instrumenti, necnon bannimentorum & edictorum, tam pro illorum obseruatione & exequutione vltimò, quam aliorum antea de mense Februarij proxime præteriti super sponsionibus, seu excommissis per Henricum Camerarium præfatum, etiam nostro de mandato emissorum & publicatorum, aliorumq; hic de necessitate exprimendorum veriores tenores præsentibus pro expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, & haberi volentes, dictumq; nostrum Motumproprium super iam dicta erectione signatum & in eo contenta quæcunque harum serie innouantes capitula, conuentiones & pacta, instrumentumq; & bannimenta, atque edicta, omniaq; & singula in eis contenta expressa & narrata & inde secuta quęcunque, tenore præsentium motu, sciẽtia & potestate prędictis, approbamus, & in omnibus & per omnia plenissimè confirmamus, eaq; omnia de certis ordine mandato & voluntate nostris semper processisse & gesta fuisse & esse etiam in verbo Romani Pontificis attestamur, Supplentes omnes & singulos, tam iuris, quàm facti ac solemnitatum, etiam quantumuis substantialium & similia instrumenta, & alia annullantium defectus si qui forsan interuenerint in eisdem, Et nihilominus potiori pro cautela totum & integrum exercitium supradictorum Proxenetarũ cum omnibus & singulis exercitij huiusmodi lucro & emolumento, ac membris, iuribus & pertinentijs, facultatibusq; & priuilegiis, ac aliis in dictis capitulis & conuentionibus, bannimentis & edictis, aliisq; prouisionibus desuper quomodolibet factis; ac aliàs superius expressis dicto Zanobio, eiusq; hæredibus & successoribus quibuscunque pro tempore, atq; annua præstatione, pactisq; capitulis & conuentionibus obligationibus, modoq; & forma, quibus ex forma dicti instrumenti & aliorum præmissorum, vt prę mittitur, eidem Zanobio & suis prę fatis concessum fuit, tenore præsentium concedimus, damus, transferimus & assignamus, ac instrumentum & bannimenta edicta ipsa in omnibus & per omnia iuxta illorum formam continentiam

Pontificis approbatio.

tinentiam & tenorem innouamus, Sicq; & non aliàs per quoscunque Iudices & Commissarios, etiam Sanctę Romanæ Ecclesiæ Cardinales, ac causarum Palatij Apostolici Auditores (sublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate & auctoritate) iudicari & diffiniri debere. Irritumque & inane si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari decernimus. Mandantes propterea eidem Henrico Cardinali Camerario, ac Thesaurario nostris, necnon Decano & Clericis, cæterisq; Cameralibus, ad quos spectat, seu spectabit in futurum nunc & pro tempore existentibus; quatenus præsentes litteras & in eis contenta quæcunque in ipsa Camera admittant, & in eiusdem Cameræ libris registrari mandent & faciant, Et desuper patentes litteras, mandata & alias prouisiones, tam contra Notarios, Secretarios, Capellanos, eorumq; substitutos & scribas præfatos, quàm alios quoscunque, quocunque titulo, dignitate & auctoritate fungentes, & quocunque nomine nuncupatos, nunc & in futurum quoties opus fuerit, vigore præsentium expediant & expediri, dictumq; instrumentum & capitula, ac bannimenta, edicta & in eis contenta quæcunque obseruent, & adimpleant, ac à supradictis Notarijs, Secretarijs, Capellanis, & substitutis, & aliis quibuslibet etiam Romanæ Curiæ & ipsius Vrbis iudicibus, tam Ecclesiasticis, quàm secularibus quauis auctoritate fungentibus, ad quos quomodolibet spectat seu pertinet, aut spectabit & pertinebit in futurum inuiolabiliter obseruari & adimpleri, ac debitæ executioni demandari sub pœnis tam pecuniarijs, quàm alijs in illis contentis mandent & faciant ad dictarumq; pœnarum incursus declarationem & executionem iuxta eorundem capitulorum & bannimentorum, ac edictorum, etiam in futurum expediedorum formam & tenorem irremissibiliter procedant: contradictores quoslibet & inobedientes, tam per prędicta, quàm alia opportuna iuris & facti remedia, ac demum per sententias censuras & pœnas Ecclesiasticas seruata Concilij Tridentini forma omni & quacunque appellatione postposita compellant. Non obstantibus premissis, atque nostra de iure quęsito non tollendo, ac fel. record. Pij Papę Quarti prædecessoris nostri, quòd similes contractus forsan non nisi per subhastationem & candela accensa, ac seruatis certis aliis actibus celebrari possint, aliisq; constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac tam nouis quàm antiquis dictæ Vrbis & Tribunalium, eorumq; Iudicibus, etiam Capitolinis, ac eorundem Tribunalium & aliis quibusuis Notariis & eorum Collegiis, ac supradictis Proxenetis sic reuocatis, etiam iuramento confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, priuilegiis quoque indultis & litteris Apostolicis in genere vel in specie, etiam Consistorialiter cum quibusuis clausulis, etiam derogatoriarum derogatoriis concessis, approbatis & innouatis. Quibus omnibus & singulis, etiam si de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa & indiuidua, ac de verbo ad verbum non autem per clausulas generales idem importantes mentio seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, eorum tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus. Cæterisq; contrariis quibuscunque. Datum Romæ apud sanctum Marcum sub Annulo Piscatoris, die prima Septembris M. D. L X X X V I I I. Pontificatus nostri Anno Quarto.

Decretum irritans.

Executorum deputatio.

Clausulę derogatoriæ.

Die 14. Decembris 1588. Præsentes litteræ Apostolicæ præsentatæ fuerunt in plena Camera Apostolica, & 16. eiusdem Camera ipsa referente Reuerendiss. D. M. Antonio Serlupio dictæ Cameræ Clerico præsente citato R. P. D. I. Lomellino dictæ Cameræ generali Commissario, illas admisit, & registrari mandauit, prout successiue registratę fuerunt, libro tertio signaturarum S. D. N. fol. nono, penes me infrascriptum dictæ Cameræ Notarium.

Admissio & registratio in Camera.

Tydeus de Marchis.

XXI.

Confirmatio Introituum aliàs applicatorum Hospitali pauperum Mendicantium Vrbis, & concessio aliorum reddituum, exemptionum, & priuilegiorum, necnon & Iurisdictionis pro Iudice ab Administratoribus Hospitalis deputando, ad cognoscendas causas, interesse eiusdem Hospitalis concernentes.

Erectionem huius Hospitalis habes supra in constit. 58. fol. 106. in pri. par.



SIXTVS Episcopus Seruus Seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

POSTVLAT ratio pastoralis officij nobis, licet imparibus meritis, Diuina prouidẽtia commissi, vt Hospitalibus & pijs locis, quę ad Christi pauperum necessitates subleuandas nostra primum cura & pastorali vigilantia erecta & instituta fuerunt, quò maiora in dies ad Dei gloriam & animarum salutem in spiritualibus & temporalibus suscipiant incrementa, vberiora etiam subsidia & ampliora priuilegia concedamus. Cum itaque nuper ingenti nostra pia tamen impensa, in hac Alma Vrbe, ne vlterius Mendici per vias & plateas eiusdem Vrbis dispersi, ac vagantes, victum quæritando defatigarentur, simulq; vt eorundem Mendicorum animæ & corporis saluti opportunè consuleretur, domum Hospitalem ad eos excipiendos, alendos, vestiendos de venerabilium fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium consilio auctoritate Apostolica erexerimus & instituerimus, eidemq; Hospitali dotis nomine, & ad sustentandos pauperes ab initio in ipsa primæua erectione, nouem millium scutorum monetæ Romanæ redditum annuum, Quinque millium videlicet super noua exactione, seu gabella lignorum combustibilium, ac reliquorum Quatuor millium ex pensionibus alterius itidem nouæ gabellę super attractione Nauium seu nauicularum quę per Tiberim fluuium deducuntur, sub certis modo & forma tunc expressis assignauerimus, ac perpetuò dicauerimus, quibusdam etiam priuilegijs & exemptionibus eidẽ Hospitali attributis, prout in nostris litteris desuper confectis plenius continetur. Et hoc tam pium & salutare opus aliàs à felicis recor. nonnullis prędecessoribus nostris inchoatum, pręcipuè vero a Pio IIII. & Gregorio XIII. semper tamen ex eo quòd certos redditus pro alimentis inopum non assignarunt, irrito conatu dimissum, nostra demum auctoritate iuuante Domino non modo iam suum effectum magno cum fructu & eorundem pauperum non mediocri solatio sortitum fuerit, sed in dies succrescat magis multitudo pauperum, qui de benignitate Apostolica confidentes, illuc tamquam ad tutissimum refugium se recipiant. Nos quia prędicti redditus eorundem pauperum necessitatibus nequaquam sufficere videbantur, quò vberius illis subueniretur, & in Hospitalis prędicti Cappella ad Dei gloriam & animarum salutem diuinus cultus augeretur, vnam S.Blasij de Lugna in Ciuitate Firmana, ac aliam Beatæ Mariæ nouæ & S.Crucis inuicem vel aliàs perpetuò forsan annexas in Montis Vlmi Firmanæ Diœc. territorio rurales sine cura Ecclesias, seu Cappellas per obitum bo.mem. Decij tit. Sãcti Matthęi in Merulana Presbyteri Card. Azzolini nuncupati, seu aliàs vacantes, quarum centum & quinquaginta, & deinde perpetuam etiam sine cura Cappellaniam sub inuocatione, seu ad altare S. Marię in eiusdem S. Marię de Colepia, nuncupatę Vicentiñ. Ciuitatis, vel Diœc. ac duo perpetua simplicia beneficia ecclesiastica clericatus nuncupata in S.Io. Baptistę de Cornedo dictę Vicentiñ. Diœc. Parochialibus vel alijs Ecclesiis per obitum quondam Nicolai Randoni Sedis Apost. Notarij vacantia quorum centum: ac deinceps vnam Abbatiam forsan nuncupatam SS. Decentij & Germani, & aliam S.Petri in Mazzola, etiam nuncupatam, ac reliquam S.Georgij Pisaureñ. Ciuitatis, vel Diœc. sine cura Ecclesias seu Cappellas per obitum q. Petri Antonij Mazzę vacantes, quarum ducentorum, ac nouissimè vnam S. Angeli de Monte, & aliam S.Sebastiani de Populo per q. Bernardini Calui, ac reliquam S.Rochi sine cura Ecclesias, seu Cappellas, necnon alteram ex duabus

Sanctiss. D. N. Sixtus V. Hospitale pauperum Mendicãtiũ in Vrbe erexit, & annuum redditum nouẽ millium scutorũ assignauit, priuilegiaq; & gratias concessit vt sup. in cõstit. 58. fo. 106. in prima par.

Et deinde cappellæ d. Hospitalis beneficia hic enarrata vniuit vt in diuersis eius litteris, quas hic non habes.

bus

bus portionibus Ecclesię per duos rectores portionarios nuncupatos regi solitæ Beatæ Marię Virginis de Burgo nuncupatę, ac vnam sub S. Andreę, aliamq; sub S. Ioannis, ac aliam sub S. Antonij, ac reliquam perpetuas sine cura Capellanias sub Annunciationis eiusdem Beatę Marię inuocationibus vel ad altaria in Ecclesia S. Angeli de Vitturito oppidorum, seu locorum valuen. Dioec. per q. Siluestri Angelici obitus vacantes, quarum Quinquaginta ducatorum auri de Camera fructus redditus & prouentus secundum communem extimationem valorem annuum nō excedunt, eidem Hospitali & illius Cappellę pro pauperum subuentione & Cappellanorum illius congrua sustentatione perpetuò vniuimus, & incorporauimus, prout in diuersis nostris desuper confectis litteris latius continetur. Ac prętera ex eisdem causis redditum annuum quingentorum scutorum auri ad quindecim annos soluendorum per Maginum Gabrielem Venetum Hebręum ratione priuilegij & indulti super Oleo & Christallo ex quibusdam rebus inutilibus per eum nouiter inuentis priuatiuè ad omnes alias colligendo & vendendo ipsi Magino Hebręo per nos concessi Hospitali Mendicorum huiusmodi ad dictos quindecim annos applicauimus & appropriauimus. Quare vt nunc quoque & Sedis Apostolicę, quę omnes afflictos materno sinu semper complectitur pietas & benignitas magis ac magis elucescat, & ex hoc pio instituto ijdem pauperes prosperiore successu quotidie maiora sentiant adiumenta; & quod salubriter & feliciter ordinatum est, id perpetuis futuris temporibus, sine vlla perturbatione, impedimento aut obstaculo conseruari queat, Motuproprio & ex certa nostra scientia, ac de Apostolicę potestatis plenitudine, eidem Hospitali pauperum mendicorum de Vrbe vltra huiusmodi prouentus per dictas aut quascumque alias nostras litteras, quarum tenores, & quorumcumque introituum eiusdem Hospitalis veros annuos valores pręsentibus haberi volumus pro plenè & sufficienter expresis illi quomodolibet assignatos pro eiusdem dotis augmento & eorumdem pauperum commodiori sustentatione, alios etiam redditus annuos nūquam ante hunc diem Camerę Apostolicę incorporatos, neque ab eadem Camera percipi consuetos, sed nostra cura & solertia nunc primum ad hos pios vsus, sine subditorum nostrorum grauamine, aut alicuius pręiudicio inuentos, & acquisitos, vnum videlicet quatuor millium scutorum monetæ, de & super gabellæ, seu Datij super chartis lusorijs venalibus nuper à nobis impositi annuis responsionibus, ad septem millia scuta similia nunc annuatim ascēdentibus, necnō alterum Mille ex locatione alterius itidem gabellæ, seu Datij carnicciorum Cinciariorum & Gallaminis ditionis nostrę temporalis Ecclesiasticæ, ac demùm reliquum centum & sexaginta octo ducatorum, ex locatione plateæ Hebræorum in Vrbe prouenientes, tenore præsentium perpetuò concedimus, assignamus, applicamus & incorporamus, atque etiam molendinum in ipsa Vrbe ad ipsum Pontem Sixtum & prope prędictum Hospitale situm nuper à nobis pecunia nostra hac de causa emptum eidem hospitali perpetuò donamus, concedimus & elargimur. Quos quidem redditus annuos ex supradictis gabella carnicciorum & Platea Hebręorum, ac Molendino percipiendos etiam si in futurum ad quamcunque summam pro tempore augeri contigerit integros, & vniuersos per eos qui nunc sunt, quique pro tempore erunt conductores, arrendatarios, vel vt dicunt appaltatores, ac per quoscunque alios ab ipsius Hospitalis administratoribus ad eorum exactionem pro tempore deputatos, seu ab eis causam habentes, eisdem administratoribus, seu eorum legitimis procuratoribus omni mora & dilatione cessante cuiusuis Magistratus superioris, aut ipsius Camerę licentia, iurium, cessione possessionis, seu quasi traditione declaratione, aut cōsensu minimè requisitis, nulloq; alio à nobis, vel successoribus nostris expectato mandato, etiam si in locationibus iam factis, quarum tenores haberi volumus pro expresis, aliter forsan caueatur, realiter & cum effectu persolui, & per eosdem Administratores, seu eorum procuratores propria auctoritate, etiā sine alicuius licentia, vt pręfertur percipi, & in Hospitalis vsus conuerti omnino debere, etiam perpetuò statuimus & ordinamus. Necnon quascumque concessiones dictæ Plateæ, per nos aut prędecessores nostros cuiuis personę etiam intuitu meritorum, seu obsequiorum nobis vel ipsis, aut Sedi Apostolicæ impensorum, vel aliàs, quàm ex titulo oneroso factas reuocamus, cassamus & annullamus, ac tam eandem plateam, quàm gabellas & Molendinum prędicta ad ipsum Hospitale pleno iure in re & ad rem quæsito

Et annuū redditū scutorum 500. ad annos quindecim per Gabrielem Venetum soluendorum pro priuilegio obtento de conficiendo oleo & christallo ex quibusdā inutilibus reb' nouiter inuentis, eid. Hospitali concessit.

Et nunc alios reddit' annuos 4000. scutorū monetæ ex gabella sup chartis lusorijs venalibus nuper imposita, & aliū annuū redditū scutorū mille ex gabella carnicciorū &c. & aliū annuū redditū scutorum 168. ex locatione Plateæ Iudæorum, & etiā molēdinū prope Pontē Sixtū eidem Hospitali elargitur.

legitimè & perpetuò spectare & pertinere decernimus & declaramus. Ita quòd in posterum nullus quouis quæsito colore in præiudicium dictarum assignationum & donationis, & contra mentem Administratorum dicti Hospitalis aliquod onus siue grauamen in eisdem gabellis, seu platea, aut Molendino imponere; vel impositum exigere valeat, præsertim si ex dictis impositionibus aliquod detrimentum dictis donationibus, assignationibus & applicationibus in fauorem ipsius Hospitalis factis euenire possit. Quoniam verò ea est perditorum quorumdam hominum impudentia, vt quamuis validi & robusti sint, tamen interdum ficta, aut simulata infirmitate, aut alio prætextu per segnitiam & socordiam malint incertis sedibus huc illuc vagando ex mendicitate, quàm ex honestis laboribus, & industria victum sibi comparare, eisdem Hospitalis præfati Administratoribus contra eos omnes qui mendicare per Vrbem præsument Edicta & Banna proponendi & publicandi, & inobedientes pœnis tam pecuniarijs, quàm etiam corporis afflictiuis, & Triremium, vel alijs eorum arbitrio, non tamen vltimi supplicij, puniẽdi plenam & liberam tribuimus potestatem. Tres autem refectiones Peregrinis per alias nostras litteras assignatas ijs dumtaxat dari volumus, quos Congregatio Administratorũ ipsius Hospitalis verè pauperes iudicauerit. Ceterum cum idem Hospitale, eiusq; Administratores ob varias quæstiones, lites & controuersias, quæ circa illius iura excitari in dies contingit, etiam coram diuersis iudicibus, & Tribunalibus magno cum dispendio vexentur. Nos in hoc quoque eiusdem Hospitalis indemnitati consulere volentes, motu & scientia similibus, quòd de cetero perpetuis futuris temporibus moderni, & pro tempore existẽtes dicti Hospitalis Administratores vnum vtriusque iuris Doctorem clericum, etsi ita videbitur in dignitate Ecclesiastica constitutum, in Iudicem causarum Hospitalis prædicti eligere, seu deputare possint & valeãt Apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuò statuimus & ordinamus. Ac eidem Doctori sic pro tempore electo & deputato, ex nunc prout ex tunc, & econtra post electionem & deputationem huiusmodi omnes & singulas causas, lites, quæstiones, & controuersias inter dictum Hospitale, siue illius Administratores, Officiales & Ministros nunc & pro tempore existentes, ac quascumque alias tam laicas, quàm Ecclesiasticas personas, cuiuscumque gradus, status, ordinis, dignitatis, conditionis, vel præeminentiæ existentes, etiam Cardinalatus honore præfulgentes vniuersitates, societates, congregationes, collegia, ac tam virorum, quàm mulierum Monasteria, Hospitalia, aut alia loca pia, etiam coram nunc & pro tempore existentibus S.R.E. Camerario, Clericis, & Præsidẽtibus Cameræ Apostolicæ, & eiusdem Cameræ causarum Auditore generali; necnon Vicario, Gubernatore, & Senatore dictæ Vrbis, illorumq; Locatenentibus, Collateralibus Iudicibus, ac appellationum Curiæ causarum Capitolij, eiusdem Vrbis Capitaneo, necnon causarum Palatij Apostolici Auditoribus, ac eiusdem S.R.E. Cardinalibus, & aliis quibuscumque iudicibus ordinariis à nobis, & successoribus nostris Romanis Pontificibus specialiter quomodocũque Commissarijs deputatis & delegatis, ac deputandis & delegandis; nunc & pro tempore motas & pendentes, ac quomodolibet mouendas & pendendas de & super quibuscumque locationibus, venditionibus, donationibus, legatis, fideicommissis, testamentis, hæreditatibus, & illarum discussionibus, ac quibuscumque aliis dispositionibus ad fauorem eiusdem Hospitalis, & quorumcumque iurium, & actionum cessionibus, aliisq; quibuscumque inter viuos, & causa mortis, & quasi contractibus, etiam vigore obligationis in forma Cameræ executionibus, reuocationibus, bonis, rebus, iuribus & actionibus Hospitalis, eiusq; Administratorum officialium ministrorum præfatorum, eorumq; litis consortium tam coniunctim, quàm diuisim, ac tam actiuè quàm passiuè, ac tam secundariò quàm principaliter interesse concernentes, & ad ipsum Hospitale, etiam per viam necessariæ defensionis, & aliàs quomodolibet spectantes, & pertinentes in quacumque instantia: quorum omnium status & merita, ac iudicum, & collitigantium nomina, cognomina & qualitates, ceteraq; etiam de necessitate exprimenda, præsentibus pro expressis habemus, in statu & terminis in quibus ad præsens reperiuntur, & quandocumque reperientur harum serie ad nos & Sedem Apostolicam aduocantes, illasq; omnes & singulas alias similes, vel dissimiles causas, quomodolibet nunc & pro tempore motas & pendentes, ac quas dictum Hospitale, illiusq; Administratores, Officiales & Ministri habere & mouere volent

Administratoribus Hospitalis bannimenta contra Mendicantes per Vrbem publicãdi & inobediẽtes pœnis pecuniarijs & corporis afflictiuis, & triremium, & alijs eorũ arbitrio, non tamen vltimi supplicij pœnis puniendi facultatem concedit.

Et vnũ Doctorem Clericum seu in dignitate Ecclesiast. cõstitutum in Iudicem causarũ Hospitalis eligendi eisdẽ auctoritatẽ concedit.

Iudiciq; sic deputato dat ipse Pōt. iurisdictionem quascũq; causas interesse d. Hospitalis concernẽtes cognoscendi.

volent contra easdem personas, vniuersitates, societates, congregationes, collegia, monasteria, hospitalia, aut alia æquè aut magis priuilegiata pia loca, etiam quomodolibet, & qualitercumque priuilegiata, & exempta pro ipsius Hospitalis rebus, bonis, hæreditatibus, legatis, iuribus, & actionibus huiusmodi tam agendo pro ipso Hospitali, & quacũque persona ab eo causam habente, quàm etiam si contra ipsum Hospitale ad instantiam quarumcumque personarum qualitercumque qualificatarum, & priuilegiatarum quomodolibet agatur eidem Doctori, vt præfertur electo, & deputato vnà cum omnibus & singulis earum incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis & connexis summariè, simpliciter & de plano, & sola facti veritate inspecta, ac sine strepitu & figura iudicij, & absque tela iudiciaria, ac aliquorum terminorum etiam substantialium obseruatione, aut alicuius regestri vel extractus confectione per seipsum, vel in eius à dicta Vrbe absentia, aut aliàs ex quauis causa per alium ab eisdem Administratoribus durante absentia, seu aliàs quomodolibet eligendum, vsque ad finalem sententiarum executionem inclusiuè audiendas, cognoscendas, fineq; debito terminandas, aut etiam alibi pro tempore introductas, seu commissas reassumendas auctoritate & tenore prædictis, etiam perpetuò committimus & mandamus, ipsumq; Doctorem vt præfertur electum & deputatum in dictis causis, tam pro ipso Hospitali, quàm contra illum motis & pendentibus, & in futurum mouendis in iudicem ordinarium, & Apostolica auctoritate deputatum cum facultate easdem causas vsque ad finem, absque tamen alicuius propinæ receptione, cognoscendi, decidendi atque terminandi, ac etiam cum potestate citandi, & inhibendi, quos, quibus & quoties opus fuerit, etiam per se vel alium, seu alios quoscumque tam in Romana Curia, quàm extra eam, etiam per edictum publicum constito sibi etiam summariè de non tuto accessu, eisdemq; & prædictis, ac quibuscumque aliis eiusdem Vrbis Curiarum, seu Tribunalium iudicibus & personis tam Ecclesiasticis, quàm etiam pecuniariis pœnis prout sibi videbitur inhibendi: & in euentum non paritionis contra inobedientes, contumaces & rebelles ad declarationem incursus censurarum & pœnarum huiusmodi, illarumq; aggrauationes, & aliàs prout sibi melius expedire videbitur seu placuerit, seruata forma Concilij Tridentini, procedendi, sententiasque, seu mandata per eum pro tempore latas, seu relaxata debitæ executioni demandandi, siue demandari faciendi. Contradictores quoslibet & rebelles, ac premissis quouis prætextu non parentes per censuras Ecclesiasticas, ac etiam pecuniarias pœnas, aliaq; opportuna iuris & facti remedia appellatione postposita compescẽdo, auxiliumq; brachij sæcularis ad hoc si opus fuerit, inuocandi, aliaq; omnia & singula in præmissis, & circa ea quomodolibet necessaria, & opportuna faciendi, dicendi, gerendi, exequendi, ac cum alijs facultatibus ad id quomodolibet necessariis auctoritate & tenore prędictis similiter perpetuò facimus, constituimus & deputamus, sibiq; plenam, liberam facultatem, atque auctoritatem etiam cõcedimus & impartimur: Decernentes quòd à pro tempore existentis Doctoris, vt præfertur, electi & deputati sententiis, mandatis, ordinationibus & decretis nullatenus suspensiuè appellari, reclamari, de nullitate dici, siue quomodolibet aduersus illa ad effectum impediendi, seu suspendendi executionem aliquod remedium attentari posit deuolutiuè, aut semel tantum pro qualibet parte liceat appellare, & alia remedia intentare coram pro tempore existenti Vrbis Gubernatore, seu alio Iudice ab ipso Gubernatore nominando: ei verò parti, quę semel appellauit, secundò vel vlterius sublata sit omnis & quæcumque appellatio: sed duæ sententiæ conformes plenariam executionem obtineant, ac firmæ & illibatæ permaneant, ac si essent tres conformes, ac nullitas aliqua exceptis tribus substantialibus opponi nullo modo posit. Et licet ad instantiam quorumcumque hæredum, seu quorumlibet aliorum committatur in futurum, vel etiam modo pendeat commissa causa discussionis alicuius hæreditatis, & dicto Hospitali, seu illius Administratoribus, vel Officialibus & Ministris, etiam virtute commissionis fuerit inhibitum, tamen ne exactio creditorum in præiudicium Hospitalis huiusmodi protrahatur, data idonea cautione per dictos Administratores Officiales, seu ministros de restituendo summam debitam in euentum succumbentiæ prioribus & potioribus creditoribus; pro tempore existens Doctor prædictus eosdem hæredes, siue alios quoscumque debitores, seu ipsorum quemlibet, & ex quocumque titulo causam habentes ad satisfaciendum integraliter

Summariè & c. procedendi.

In curia & extra citan. & inhibendi.

A sententia d. Iudicis deputati ad effectũ deuolutiuũ & semel tantum ad Gubernatorem Vrbis appellari posse decernit.

De nullitate ex tribus substantialibus tãtum dici posse declarat.

In causis discussionũ data cautione pro parte Hosp. d restituẽdo sũmã debitã in euẽtũ succũbẽtiæ priorib. & potiorib. creditoribus, Iudex deputatus debitores ad satisfaciẽdũ Hospitali cogat.

Singulisq; diebus & horis, pręterq̃ in honorē Dei feriatis procedendi.

Notariũ ad nutũ Administratorũ, deputandũ & amouendum habeat.

tegraliter dicto Hospitali de eius credito iuris & facti remedijs cogat & compellat. Ac in omnibus & singulis causis prędictis ad dictum Hospitale, vt præfertur, quomodolibet spectantibus singulis diebus & horis feriatis & non feriatis præterquàm in honorem Dei procedat, Et Notarium actuarium per eosdem Administratores eligendum, ac ab eis & eorum arbitrio, ac ad eorum nutum ponendum & amouendum, quem eis placuerit habeat, qui teneatur dare idoneam cautionem eisdẽ Administratoribus in eius deputatione de restituendo absque aliqua pecuniarum solutione & fraude, & omni mora & dilatione atque exceptione, seu excusatione postpositis, quoties ab eisdem Administratoribus ab huiusmodi Notariatus officio amotus fuerit, omnes & singulas scripturas ad dictũ Hospitale, vt præfertur, quomodolibet spectantes per eosdem Administratores facto de illis inuentario, Notario successori ab eisdem Administratoribus deputato consignãdo,

Citationes possint fieri etiam p Mandatarios Cur. Capitolii, & Hospitalis, ac alios quoscuq;

Mandata &c. d. Iudicis possint & debeant exequi per quoscũq; Vrbis executores.

Quòdq; citationes in causis prædictis etiam per curiæ Capitolij, seu alios quoscunque etiam dicti Hospitalis Mandatarios fieri possint. Ac quòd quicumque executores Curiarum, seu Tribunalium dictæ Vrbis possint & debeant exequi & effectualiter executioni demandare omnes & singulas sententias, decreta & mandata pro tempore existentis Doctoris huiusmodi, siue in eius absentia, aut aliàs ipso impedito ab eisdem Administratoribus eligendi, quæ non obstante regula Cancellariæ, sub eius paruo sigillo expediri possint. Ac insuper Hospitale prædictum eiusq; Administratores, officiales & ministros,

Hospitalis Administ. Officiales, Ministri, afficturarii & causam ab eis habentes nõ possint conueniri nisi corã d. Iudice etiã vigore cuiusuis cõmissionis signaturæ Iustitiæ.

afficturarios, & alios ab eis causam habentes ex nunc deinceps occasione premissorũ principaliter seu secundariò alibi quàm coram pro tempore existente Doctore, vt præfertur electo, & deputato conueniri, aut ad alios conueniendum constringi non posse, & processus, sententias, mandata & decreta per alium seu alios tam ordinarios quàm etiam specialiter deputatos & delegatos Iudices quauis auctoritate fungentes, in causis prædictis quomodolibet pro tempore formatos in quacunque instantia latas & facta cum inde secutis quibuscumque nulla, irrita & inania, nulliusq; roboris & momenti fore inhibentes expressè moderno & pro tempore existenti Signaturæ Iustitiæ Pręfecto, aut aliàs pro tempore Iustitiæ Signaturam habenti, necnon Regenti Cancellariæ, qui pro tempore erit, omnibusq; & singulis Referendarijs, ne de cætero ad instantiam & requisitionem cuiuscumque supplicationem aliquam recipere referendariare seu proponere Præfecto Signaturæ Iustitiæ audeat vel præsumat, & similiter Signaturam facienti, non signet, siue anocatoriam, siue simplicis Iustitiæ siue appellatoriam & similem, neque in initio neque in medio litis, & quòd signatæ nullius sint roboris & momenti, nullamq; tribuant iurisdictionem, neque ipse Iudex cui fuerint commissæ audeat illarum virtute citare, inhibere vel quomodolibet procedere, irritumq; & inane quicquid scienter vel ignoranter secus factum fuerit, ipso iure decernimus, salua semper nostra ac pro tempore existentis Romani Pontificis manu propria signatura, sine qua omne rescriptum censeatur & sit inualidum, & à nostra voluntate alienum.

Iudex procedat nõ obstante quacũq; cõmissione manu Papæ nõ signata.

Extensio & ampliatio exēptionum Hospit.

Et nihilominus Doctor sic vt præfertur deputatus à prædicto Hospitali absque vitio attentatorum procedere possit, & valeat. Exemptionem verò & immunitatem aliàs eidem Hospitali concessam extẽdentes & ampliãtes, volumus vt tam ipsum Hospitale quàm eius personæ, necnon agri, possessiones, prædia Vrbana & Rustica ac quæcumque res & bona immobilia, mobilia & se mouentia vbilibet gentium & locorum constituta, eorumq; afficturarij & conductores ratione quorumcũq; fructuum, frugum, & mercium ac rerum ad victum aut vestitum aut aliàs ad vsus humanos pertinentium qui in ipsius Hospitalis agris aut prędijs colliguntur aut extrahuntur, aut ad vsum Hospitalis aliunde importantur tam in emendo, quàm in vendendo, aut de loco ad locum extrahendo aut transferendo etiam quoad ea pro Centenario Dohanerijs Ripæ Vrbis nostræ solui solitis & quoad Sal pro vsu Hospitalis, quod gratis prout alijs locis pijs dari solet, etiam prędicto Hospitali dari debeat, & à quibuscumque datijs, portorijs, gabellis, dohanis, oneribus & actionibus, subsidijs, tallijs, collectis, angarijs, ordinarijs & extraordinarijs quomodolibet nuncupatis ex quacunque etiam vrgentissima causa nunc & pro tempore impositis & imponendis tam in dicta Vrbe quam extra eam in quocunque loco dictioni nostrę temporali Ecclesiasticæ mediatè & immediatè subiecto prorsus libera, exempta & immunia sint ac censeantur, nec ad aliquam solutionem quoquomodo cogi aut compelli possint. Districtè autem interdicimus, quibuscũq;

Exēptio à trib. pro centenario dohanerijs Ripę solui solitis.

Sal pro vsu Hospitalis detur gratis.

Exēptio à quibuscũq; gabellis, dohanis, & oneribus ordinarijs & extraordinarijs per totũ statum ecclesiast.

personis

personis ad quas exactio huiusmodi onerum, gabellarum, collectarum, tallearum, subsidij, Dohanę quomodolibet spectabit, ne quicquam quouis pretextu contra nostram huiusmodi concessionem petere aut exigere, ipsumq; Hospitale vel eius ministros aut alios ab eo causam habentes molestare quoquomodo audeant vel pręsumant. Quinimo dilectis filijs modernis & pro tempore existentibus Sanctę Romanę Ecclesię Camerario, necnon Camerę Apostolicę Clericis Pręsidentibus per pręsentes mandamus, quatenus ipsi vel eorum aliquis quoties pro parte Hospitalis prędicti fuerit requisitus, pręsentes litteras & in eis contenta quęcunque solenniter publicantes, eisq; efficacis defensionis pręsidio assistentes Hospitale prędictum eiusq; ministros, affictuarios & alios quoscunque pro eo agentes faciant exemptione, immunitate illiusq; extensione & ampliatione prędictis pacificè frui & gaudere. Non permittentes illos quouis modo indebitè molestari. Contradictores per opportuna iuris & facti remedia compescendo, inuocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachij secularis.

Executorũ huius constitutionis deputatio.

Ceterum omnes mulctas & pœnas ab ijs personis quę circa datia & gabellas vt pręfertur dicto Hospitali tam per pręsentes, quàm per alias nostras litteras concessa, assignata & applicata fraudem aliquam committent pro tempore exigendas integrè ipsi Hospitali, vt Administratores prędicti de illis suo arbitrio liberè disponant, perpetuò concedimus, donamus & applicamus, & quatenus in ipso contractu appaltus seu conductionis datiorum & gabellarum huiusmodi, seu in eorum impositione aliter de ijs caueatur quascunque de huiusmodi mulctis seu pœnis contrarias dispositiones ad cuiuscunque etiam Camerę Apostolicę fauorem factas reuocamus & annullamus.

Applicatio fraudum gabellarũ, etiam alias applicatarum.

Postremò statuimus & ordinamus, quòd ij Quatuor Clerici seculares, qui nunc sunt pro Capellanis ad Missas celebrandas, sacramentaq; Ecclesiastica administranda in eodem Hospitali deputati inde quoad vixerint per modernos aut pro tempore existentes Administratores amoueri nullo modo possint, nec debeant: quinimmo eorum cuilibet Nonaginta scuta monetę Roman. ex fructibus, redditibus & prouentibus dictarum Ecclesiarum, Capellaniarum & beneficiorum vnitorum per modernos & pro tempore existentes ipsius Hospitalis Administratores annuatim persoluantur, ac pręsentes litterę validę & efficacis collationis & prouisionis eorum cuilibet factę vim & robur obtineant:

Capellani qui nunc sunt, non possint ab Administratorib⁹ amoueri.

Quilibet Capellan⁹ habeat scuta 90. p Administratores soluenda.

Atque ex nũc in Capella eiusdem Hospitalis Quatuor perpetuas sine cura, personalem tamen residentiam requirentes Capellanias, necnon duo alia etiam sine cura personalem tamen residentiam requirentia beneficia ecclesiastica Clericatus nũcupanda per pręsentes perpetuò erigimus & instituimus eisq; sic erectis & institutis pro congrua dote ac dictorum etiam pro tempore existentium Capellanorum & Clericorum congrua sustentatione, qui videlicet Capellani in ipsa Capella Missas celebrare ac personis Hospitalis prędicti iuxta formam priorum nostrarum litterarum super ipsius Hospitalis erectione editarum sacramenta Ecclesiastica ministrare. Clerici verò eis in Altaris ministerio & sacramentorum administratione inseruire debeat singulis quidem Capellanijs Nonaginta, singulis vero beneficiis prędictis pro quolibet Clerico Viginti scuta huiusmodi annuatim eorum cuilibet per ipsos Administratores vt pręfertur ex dictis fructibus beneficiorum huiusmodi persoluenda.

Erectio quatuor Capellaniarũ Capellæ Hospitalis.

Erectio duorũ beneficiorũ ecclesiasticorum Clericatus nuncupat.

Clerici habent scuta viginti pro quolibet anno.

Siquid verò ex eisdem fructibus superfuerit, id omne Sacristię eiusdem Capellę perpetuò applicamus & appropriamus.

Residuum fructuum beneficiorũ vnitorũ applicatur Sacristiæ.

In posterum verò quoties perpetuis futuris tẽporibus aliquod ex huiusmodi Capellanijs vel beneficijs, Clericatibus nũcupatis, ex Capellanorum easdem Capellanias ad pręsens obtinentium, vel eorum successorum quorumcunque personis quando & vbilibet vacare contigerit; tunc non ad nutum Administratorum, sed in titulum perpetui beneficij Ecclesiastici personalem residentiam requirentis ad præsentationem Administratorum prędictorum, nec aliàs per Sedem Apostolicam dumtaxat conferantur.

Capellaniæ ad præsentationẽ Administratorum & nõ aliàs per Sedem Apost. conferantur.

Decernentes pręsentes litteras sub quibusuis similium vel dissimilium concessionum & gratiarum reuocationibus, suspensionibus & derogationibus minimè comprehendi: sed semper ab illis exceptas, & quoties emanabunt toties in pristinum statum restitutas & plenariè reintegratas esse & censeri. Sicq; per quoscunque Iudices & Commissarios etiam causarum Palatij Apost. Auditores ac S. R. E. Card. sublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate in quauis causa & instantia iudicari & diffiniri debere, necnon irritum & inane si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter

Decretum irritans.

Clausulæ derogatoriæ. contigerit attentari. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, præfatęq; Cameræ iuramento, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis & consuetudinibus, priuilegiis eidem Cameræ, necnon quibusuis Iudicibus & Tribunalibus etiam Auditori causarum eiusdem Cameræ quomodolibet concessis. Quibus omnibus & singulis, etiam si de illis specialis, specifica & expressa mentio facienda, seu quæuis alia expressio adhoc seruanda foret, illorum tenores ac si de verbo ad verbum insererentur pręsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisq; contrariis quibuscunque. Volumus autem quòd pręsentium transumptis etiam impressis Notarij publici manu subscriptis, & sigillo personę in dignitate Ecclesiastica constitutę munitis, eadem prorsus fides in iudicio & extra illud adhibeatur, quę eisdem pręsentibus adhiberetur, si essent exhibitę vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrę assignationis, incorporationis, elargitionis, cassationis, declarationis, tributionis, aduocationis, commissionis, facti, constitutionis, deputationis, impartitionis, extensionis, ampliationis, interdicti, erectionis, institutionis, statutorum, ordinationum, mandatorum, concessionum, donationum, applicationum, reuocationum, annullationum, appropriationum, voluntatum, decretorum, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare pręsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud S. Marcum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo octuagesimo octauo, octauo Idus Septembris Pontificatus nostri Anno Quarto.

Pro Reuerendiss. D. Summatore F. Hierosol.

Deputatio R. P. D. Horatii Burghesii in Iudicem d. Hospitalis. Die quarta Mensis Octobris 1588. Domini Administratores supradicti Hospitalis insimul Congregati deputarunt in Iudicem R. P. D. Horatium Burghesium Clericum Rom. S. V. D. eiusdem Sanctiss. D. N. Papæ vtriusque Signaturæ Referendarium, ac Fisci, & Cameræ Apostolicæ Aduocatum, de ordine eiusdem Sanctiss. D. N. Papæ, & iuxta Suæ Sanctitatis mentem.

XXII.

Declaratio dubiorum emergentium super Constitutione edita contra Illegitimos, & alios, sub Religionis iugo, Altissimo famulari volentes.

Hæc constitutio habetur sup. fol. 256. in prima par. Bullarij huius Pontificis.



SIXTVS Episcopus Seruus Seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

AD Romanum spectat Pontificem Sacrorum Canonum conditorē, quæ per eum sancita sunt, ita suæ declarationis arbitrio dilucida reddere, vt inde nemini possit dubitationis scrupulus exoriri; pręsertim verò salubriter consulere, vt cum de Regularibus agitur, qui se omnino Dei omnipotentis obsequio manciparunt, tollantur ea omnia, quæ eorū sanctum Christò piè inseruiendi Institutum quoquomodo valeant perturbare. Sanè post editam nostram Constitutionem, quę incipit: Cum de omnibus Ecclesiasticis ordinibus &c. Super modo & forma recipiendi & admittendi eos, qui sub Religionis iugo, Altissimo famulari desiderant, cum variæ sint exortæ dubitationes & quæstiones, eęq; postea ad audientiam nostram perlatæ, Nos ad tollendam omnem ambiguitatis occasionem, habita cum Venerabilibus fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus Congregationis super Regularium negotiis & consultationibus per nos institutę matura deliberatione, de illorum consilio & assensu præsentem nostram perpetuò valituram declarationis constitutionem duximus promulgandam. (Causæ huius constitutionis.)

Cum

Cum itaque inter alia dubitetur, num primo dicta nostra constitutio vbi de illegitimè genitis loquitur, comprehendat etiam eos qui postea per subsequens matrimonium fuerunt legitimati: Nos inhærentes Sacrorum Canonum dispositioni, auctoritate Apostolica tenore præsentium, Declaramus illegitimè natos ex ijs parentibus, inter quos tempore, quo ipsi geniti sunt, matrimonium ritè consistere poterat, secuto postea matrimonio legitimos effectos, sub dicta Constitutione minimè comprehendi, sed eos tam quo ad emittendam professionem, quàm quo ad consequendos gradus, honores & dignitates sui ordinis, æquo iure cum illis, qui ex matrimonio legitimo & constanti nati sunt, censendos esse.

Prime declaratio quod illegitime nati ex iis perentibus, inter quos tuc matrimonium cõsistere poterat, & postea subsecutum sit, non cõprehenduntur sub d. cõstit. edita cõtra illegitimos.

Illegitimos verò etiam ex soluto & soluta, qui antequam nostra constitutio emanaret, professi, vigore seu prętextu priuilegiorum, aut indultorum Apostolicorum cuiuis Ordini, Religioni, Monasterio, aut Congregationi eorumue superioribus in genere vel in specie concessorum eo ipso per ingressum religionis, vel per eosdem superiores siue alios quoslibet etiã Sedis Apostolicæ de latere legatos, aut alios officiales vel ministros quauis præeminentia vel auctoritate etiam Apostolica fungentes, aut facultate suffultos legitimati, aut ad gradus, honores & dignitates habilitati, seu reintegrati, & illis aliàs perfuncti sunt: Volumus posthac non obstan. quibuscumque tam antiquis priuilegiis, aut litteris Apostolicis, quàm alijs indultis seu declarationibus, etiam si illa per nos post dictam constitutionem nouissimè edita fuisse asserantur, honores, gradus, aut dignitates huiusmodi obtinere non posse, ac dispensationes & legitimationes quascumque eis nullatenus suffragari, nisi specialiter & nominatim cum eorum singulis fuerit super nataliũ defectu ad honores, gradus, & dignitates obtinendas ante vel post ingressum religionis per Rom. Pontificem immediatè, vel de eius speciali mandato dispensatum, deq; dispensatione seu mandato per litteras Apostolicas, seu in forma Breuis, vel saltem per patentes litteras Cardinalis Protectoris de ipsius Rom. Pont. voluntate fidem facientes legitimè constiterit.

Secũda declaratio quod illegitime nati ex soluto & soluta qui ante editã constitutionẽ prædictã, quauis auctoritate legitimati, aut ad dignitates habilitati, & illis pfuncti sũt, dignitates ipsas obtinere nõ possint, nisi specialiter cũ eis fuerit super nataliũ defectu à Romano Pont. vel de eius speciali mandato dispensatum.

Eos pariter, qui tempore publicationis nostræ constitutionis in suis Religionibus sine huiusmodi speciali Rom. Pont. dispensatione officia, honores, & dignitates habebãt ad vitam, eo ipso ab illis amotos & absolutos harum serie declaramus. Ad tempus autem illa obtinentes permittimus in sua administratione vsque ad finem sui temporis conseruari: ita tamen vt in posterum nec tempus ordinarium eis prorogari, aut extendi, neque ipsi ad alias non modò similes, verùm etiam neque ad inferiores, aut altiores & maiores dignitates, honores, gradus ascendere possint, perinde ac si id ipsum in præfata nostra Constitutione ab initio expressum fuisset.

Tertie declaratio quod q sine tali dispẽsatione, tẽpore editæ constitutionis prędictæ, officia, & dignitates ad vitę obtinebant, eo ipso ab illis amoti cẽseantur, Qui verò ad tẽpus obtinebant, ea retineant, sed ordinarium tẽpus non extendatur, nec ipsi ad maiores vel inferiores gradus ascendere valeant.

Ne tamen huiusmodi Religiosi in liberalium artium, ac præsertim sacræ Theologiæ studiis, & Religiosis profectibus segniores fiant, atque eorumdem pia studia refrigescãt, eos nosse volumus: quòd si ipsorum quispiam eximia doctrina, vitæq; & morum sanctitate excellere reperietur, deq; eorum probitate & præclaris meritis ordinum Protectores eam apud nos fidem fecerint, vt non immeritò sperari queat, eorum doctrinam & operam ipsi Ordini & sanctæ Dei Ecclesiæ vsui & commodo futuram, tunc demum indulgentiam & benignitatem nostram facilè experientur.

Quoniam verò à multis quæsitum est sub nomine honorum, graduum & dignitatum, à quibus illegitimi penitus excluduntur, quid potissimùm sit intelligendum: Declaramus hac in re, de qua nunc agitur, Appellatione dignitatum, honorum, graduum debere intelligi Præpositatus, Abbatiatus, Prioratus, Guardianatus, Custodiatus, Prouincialium, ac Generalium superiorum officia, & alia his similia cum honore, & superioritate coniuncta. Ab officijs autem oneris, veluti lectoris, confessarij, studiorum & sacræ Theologiæ magistri, Regentis, Prædicatoris verbi Dei, & cæteris huiusmodi, immo etiam à voce actiua, à sacris ordinibus suscipiendis, ipsorumq; ministerio, ipsos illegitimos, dummodo ex sacrilegio vel incestu geniti non sint, nequaquam arcemus.

Declaratio qd itelligatur sub nomine dignitatum honorũ & graduum a quibus præfati illegitimi excluduntur.

Cum verò in quibusdam Religionibus capitula Prouincialia aut numquam, aut non quotannis, sed rarius celebrentur: quędam etiam monasteria, aut domus huiusmodi in remotissimis regionibus Hęreticorum, aut Infidelium tyrannidi finitimis sita sint: ne ij, quos extra Capitula ad habitum, vel professionem regulares admitti prohibuimus, tem-

Prima declaratio circa celebrationẽ Capitulorũ Generaliũ siue Prouincialiu, pro inqsitione sup Nouitiis recipiendis.

pus celebrandis capitulis pręfixum nimis diu expectare, aut ad ea cum maximo incommodo accedere cogantur, concedimus & indulgemus, Vt in qualibet Prouincia saltem duo, vel si commodè fieri poterit, tria, aut plura monasteria seu domus regulares deputentur, quarum seu quorum superiores infra annum saltem ad inquisitionem super nouitijs faciendam, & ad ipsos Religiosos iuxta formam præfatæ constitutionis recipiẽdos, & ad alia quæ in ipsa constitutione continentur peragenda insimul congregentur.

2. Declaratio circa facultatẽ dictorũ Capitulorũ, vel ab eis deputatorũ pro inquisitione pdicta.

Quòd si paucitas, aut nimia distantia monasteriorum ne id quidem patiatur, saltem tribus ex antiquioribus Patribus vnius Monasterij, aut domus eius Prouinciæ huiusmodi facultas & auctoritas per capitulum Generale scilicet Monachorum, vel Prouinciale Mendicantium & reliquorum Regularium eius ordinis demandetur.

3. Declaratio circa facultatẽ Capitulorũ Cõuentualium in prædictis.

Verùm in ijs Monasterijs, domibus & locis regularibus, quæ aut nondum in congregationes redacta, aut aliàs nulli Prouinciæ subiecta sunt, statuimus vt trina Capitula Conuentualia tribus distinctis cum interuallo saltem decem dierum vicibus celebrata, eandem in recipiendis Nouitijs per trinas huiusmodi distinctas vices approbatis, habeant auctoritatem, quæ per nostram Constitutionem Capitulis Prouincialibus est attributa.

Declaratio circa numerũ suffragiorũ in recipien. Religiosis.

Neque verò si in generalibus vel Prouincialibus Capitulis aliqui vocales desint, nec si à diffinitorum consensu aliquis discrepauerit, idcirco receptio religiosorum retardari, impediri, aut impugnari debebit: sed satis esse volumus si vocalium & suffragiorum numerus legitimus à iure, vel per cuiuscunque ordinis statuta præfinitus interuenerit.

Declaratio circa verbum Capituli.

Et quod de Capitulo Prouinciali aut generali dictum est, idem iuris statuimus, si quæ Religiones non Capitulorum, sed Congregationum, aut dietarum, vel alio quouis nomine vti reperiantur.

Prima Declaratio circa admittendos ad professionem.

Quod autem pertinet ad professionem tam illegitimorum, quàm eorum qui post xvi. ætatis annum expletum regularem habitum susceperunt, quia tunc demum verè & propriè religiosi effici dicuntur, cum professionem emittunt; Declaramus eos, qui ante prædictam nostram editam Constitutionem habitum susceperint, & post ipsius promulgationem cupiunt profiteri, non aliàs ad professionem admittendos esse, quàm facta inquisitione, & seruata forma in ipsa constitutione præscripta: & eorum, qui post dictam promulgationem etiam ignoranter non habita dicta inquisitione, & non seruata forma ad professionem admissi fuerint, professionem nullius esse roboris & momenti. In oblatis autem & Conuersis professionem emittentibus satis erit, si quo ad mores, & statum personarum ipsa inquisitio fiat.

2. Declaratio circa nullitatẽ tacitæ professionis.

Sed cum eadem ratio vigeat in tacita professione emittenda, quę militat in expressa, statuimus, quòd in quibusuis ordinibus & Religionibus, nequę etiam tacita professio quorumcunque religiosorum induci possit, nec inducta intelligatur, nisi in receptione constitutionis forma seruata fuerit.

3. Declaratio circa validitatẽ expressæ professionis, & Apostataru reditus ad Religionem.

Si quis verò ante editam nostram Constitutionem iam tacitè professus, expressè cupiat profiteri, vel si quis apostata ad suam Religionem redire voluerit, inquisitio & forma præscripta non erit necessaria nisi vel de moribus, statu & qualitate personæ, vel de validitate ipsius tacitè professionis dubitatio aliqua oriatur.

Declaratio circa eos aduenas & cæteros sub regulari habitu recipien. q cõmorantur in regionib9 à sua patria valde remotis, aut ab infidelibus oppressis.

In ijs autem qui in locis à sua patria longissimè remotis degentes, vel quorum patria ab Hæreticis vel Infidelibus miserè oppressa detinctur, voluerint se diuinis obsequiis sub regulari habitu dicare, vt in hoc quoque Sedis Apostolicæ benignitas elucescat, quæ cunctos mortales, præsertim verò exteros ex longinquis regionibus ad eam assiduè confluentes materno sinu libenter amplectitur; sancimus exteros huiusmodi & aduenas, quãuis non liquidò constet de ijs omnibus, quæ in constitutione nostra requiruntur, tamen si diligentia adhibita nihil appareat quod eos impediat, habiles reputandos esse.

Declar. circa eos quos post promotionem ad dignitates & gradus, natalium defectu, aut criminũ notã pati constiterit.

Quòd si quis ante vel post Constitutionem ipsam professus ad sacros ordines vel ad honores, gradus & dignitates promotus existat, & postmodum in eo natalium defectum, aut criminum in dicta Constitutione nostra expressorum notam, quę prius ignorabantur detegi contigerit: Decernimus eum statim post huiusmodi defectus notitiam habitã non aliàs quàm iuxta formam ipsius constitutionis ad honores, gradus & dignitates, aut ad executionem sacrorum ordinum admitti debere.

Contra

Contra criminoſos verò, quorum profeſſio eadem conſtitutione noſtra irrita declaratur, ac propterea Iudicibus & curijs ſecularibus procedendi facultas conceditur; tunc demum id locum habere volumus, & non aliter, cum actis publicis conſtiterit ipſos Iudices & curiam ſecularem ante ſuſceptionem habitus de ipſo crimine aduerſus eos accuſationem ſuſcepiſſe, vel inquiſitionem inſtituiſſe.

Declaratio qd criminoſorum profeſsio irritetur, & iudices cõtra eos procedant, ſi ante ſuſceptionẽ habitus, accuſatio ſuſcepta, vel inquiſitio inſtituta ſit & nõ aliter.

Cæterum quæ à nobis circa Religioſos viros in præfata conſtitutione ſancita ſunt, ea nequaquam volumus ad Moniales nunc extendi.

Poſtremò dum interdicimus, ne quis regularis alterius Prouinciæ intra aliquod Monaſterium, domum, vel locum alienæ Prouinciæ, etiam tamquam hoſpes, & ad modicum tempus recipi poſsit, niſi à Superiore loci vbi reſidebat, & à quo diſceſsit licentiam expreſſam in ſcriptis exhibuerit, vel niſi ſatis cognitus ſit; id obſeruari volumus non ſolùm in religioſis itinerantibus de vna in aliam Prouinciam, ſed in ijs quoque qui proficiſcuntur de vno in aliud eiuſdem Prouinciæ monaſterium tam ſui quàm alterius ordinis.

Prima declaratio circa receptionẽ Hoſpitũ aduenarum ſeu itinerãtũ de vna Prouĩcia ad aliã, & de vno eiuſdẽ Prouin. Monaſterio ad aliud.

Quòd ſi dicerent, ſe ad Apoſtolicam Sedem confugere ob grauamina à ſuis Superioribus ſibi illata, & ideo ab ipſis Superioribus licentiam, & litteras obtinere nõ potuiſſe, non propterea vllo modo recipi valeant, niſi fide dignorum teſtimonio de petita ab eis licentia, & per ſuos Superiores denegata conſtiterit.

2. Declaratio circa eoſdem.

In Alma verò Vrbe noſtra Religioſi aduenæ & peregrini de grauaminibus ſibi illatis conquerentes nullibi ſine huiuſmodi litteris, aut licentia recipiendi erunt, niſi prius ad Congregationem dictorum Cardinalium ſuper negotijs Regularium à nobis deputatorum, vel ad ſuos Protectores remittantur, vbi ipſis auditis pro rerum & perſonarum qualitate quid agendum ſit ſtatuetur.

3. Declaratio circa receptionẽ peregrinorũ & aduenarũ religioſoru in Vrbe.

Reliqua autem in priori noſtra Conſtitutione contenta, quæ in præſentibus litteris nõ declarantur, Volumus perpetuò firma & valida, & in ſuo robore permanere; ac ab omnibus ad quos ſpectat inuiolabiliter obſeruari:

Cõfirmatio aliorũ in d. conſtitutione contentorum.

Et ſi quid à nobis alicui ordini aut Religioni præter aut contra præfatæ conſtitutionis formam poſt illius editionem circa recipien. extra capitula Nouitios, aut aliàs indultum aut conceſſum fuit, id omne ac deſuper confectas litteras prorſus reuocamus & annullamus, ac ad terminos præſentis conſtitutionis reducimus, & alias nemini volumus ſuffragari.

Reuocatio quarũcunq; cõceſſionũ forſan de recipien. Nouitiis extra Capitula.

Decernentes ſic in præmiſſis vniuerſis & ſingulis per quoſcunque Iudices ordinarios & delegatos, etiam cauſarum ſacri Palatij Apoſtolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales ſublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate in quauis cauſa & inſtantia vbique iudicari & diffiniri debere: Necnon irritum & inane ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari.

Decretum irritans.

Non obſtantibus præfata & aliis conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis; necnon quorumcunque ordinum tam mendicantium quàm non mendicantium religionum ac Monaſteriorum, etiam eorum, quę ordinum capita dicuntur, Prioratuum, Domorum & quorumuis Regularium locorum iuramento confirmatione Apoſtolica vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, conſuetudinibus, ſtabilimentis, vſibus, & naturis quantocunque tempore obſeruatis, necnon fundationibus eorundem, alijs quoque priuilegijs, indultis, exemptionibus & litteris Apoſtolicis illis omnibus ipſorumq; Superioribus Generalibus, vel Prouincialibus, Conuentibus, Capitulis, fratribus, & perſonis per quoſcunque Rom. Pont. prædeceſſores noſtros, ac noſmetipſos etiam poſt primo dictæ noſtræ conſtitutionis publicationem & præfatam Sedem, etiam per modum ſtatuti perpetui, ac initi & ſtipulati contractus ſeu quaſi, necnon motu, ſcientia & poteſtatis plenitudine ſimilibus, ac etiam conſideratione, intuitu, contemplatione, vel ad inſtantiam Imperatoris, Regum, Ducum, aliorumq; Principum, Sanctæq; Rom. Eccl. Cardinalium, ac de eorum conſilio & aſſenſu etiam conſiſtorialiter habito quomodocũque ac ſub quibuſuis tenoribus & formis, necnon cum quibuſuis reſtrictiuis, reſtitutiuis, præſeruatiuis, annullatiuis derogatoriarum derogatoriis, aliiſq; efficacioribus, efficaciſſimis & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus, & aliis decretis quomodocumque conceſſis, confirmatis, & etiam iteratis vicibus extenſis & moderatis, etiam ſi in eis ac ſtatutis ſtabilimentis & fundationibus

Clauſulæ derogatoriæ.

dationibus

dationibus præfatis caueatur expressè, quòd numquam eorum priuilegia & indulta reuocata vel moderata aut immutata intelligantur, nec illis in toto vel in parte derogatū censeatur per quascunque litteras etiam derogatoriarum derogatorias, ac alias fortiores & efficaciores clausulas in se continentes, nisi illorum ac etiam certarum specialium litterarum Apostolicarum inde confectarum verè, nō autem per clausulas generales vel speciales idem importantes inserto tenore, ac de simili Cardinalium consilio: quodq; semper in huiusmodi derogationibus & aliis dispositionibus cēseatur apposita clausula, quòd tunc demum nec aliter, nec alio modo effectum sortiantur, cum superiorum capitulorū & conuentuum præfatorum ad id accedat assensus, quodq; derogationes & aliç depositiones huiusmodi aliter effectum non habeant, nisi consistorialiter factæ, & per trinas distinctas litteras eundem tenorem continentes tribus distinctis vicibus Superioribus Capitulis & Conuentibus præfatis fuerint intimatæ, eorumq; pariter ad id expressus accedat assensus: aliter verò factæ viribus & effectu omnino careant, ac Superiores Capitula Conuentus & aliæ personæ præfatæ ad parendum illis & decretis desuper processibus eorumq; executoribus & subexecutoribus, ac ipsorum mandatis & monitionibus minimè teneantur: sed litterarum huiusmodi executionem omnino impedire nec ratione resistentiæ censuris Ecclesiasticis, etiam per ipsos executores vel subexecutores latis innodari possint. Quibus omnibus etiam si aliàs de eis eorumq; totis tenoribus specialis, specifica, expressa & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio seu quæuis alia expressio habenda aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, tenores huiusmodi ac si de verbo ad verbum insererentur pręsentibus pro sufficienter expressis & insertis habentes harum serie specialiter & expresse derogamus, & quatenus effectum præsentium quoquomodo impedire, vel retardare, vel illis obesse possent, ea omnino tollimus & abrogamus, cęterisq; contrarijs quibuscūque. Vt autem pręsentes litteræ omnibus plenius innotescant, mandamus illas ad valuas Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, & in Cancellaria Apostolica, necnon acie. Campi Floræ publicari, earumq; exempla de more affigi: Volumusq; & decernimus vt ipsarum præsentium exempla etiam impressa, manuq; Notarij publici & sigillo Prælati Ecclesiastici, aut illius curiæ obsignata, eandem vbique locorum fidem faciant, quam ipsæ præsentes facerent si essent exhibitę vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrarum declarationum, voluntatum, permissionis, concessionis, indulti, statuti, sanctionis, decretorum, derogationis, sublationis & abrogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Romæ in Monte Quirinali Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo octuagesimo octauo, Duodecimo Calen. Nouembris, Pontificatus Nostri Anno Quarto.

Clausulæ derogatoriæ.

Forma publicationis huius constitutionis.

E. Card. pro Dat.

Publicatio. Anno à Natiuitate Domini, Millesimo quingentesimo octuagesimo octauo, Indictione prima die verò septima Mensis Nouembris, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Nostri Domini Sixti diuina prouidentia Papæ Quinti, Anno Quarto: Retroscriptæ litteræ Apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt in valuis Basilicarum S. Ioannis Lateranen. & S. Petri Principis Apostolorum de Vrbe, necnon Cancellariæ Apostolicæ, & aciei Campi Floræ, vt moris est per nos Io. Baptistam Bagni, & Octauium Taglietttum Sanctiss. D.N. PP. Curss.

Alex. Parabiacus Mag. Cursorum.

Contra

XXIII.

Contra Abortum quouis modo procurantes, aut ſterilitatis potiones dantes vel ſumentes, eiſq; auxilium, conſilium, ſiue conſenſum præſtantes.



SIXTVS Epiſcopus Seruus Seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

Effrænatam perditiſſimorum hominum contra diuinæ legis præceptum de non occidendo, peccandi audaciam, atque licentiam ſanctiſſimis legibus, variiſq; conſtitutionibus ſæpius repreſſam animaduertentes; cogimur nos quoque in ſupremo Iuſtitiæ throno à Domino conſtituti, iuſtiſſima ratione ſuadente, vetera iura partim innouando partim ampliando, eorum etiam immanitatem pari pœna propoſita coercere, qui immaturos fœtus intra materna viſcera adhuc latentes crudeliſſimè necare non verentur. Quis enim non deteſtetur tam execrandum facinus, per quod ne dum corporum, ſed quod grauius eſt, etiam animarum certa iactura ſequitur? Quis non grauiſſimis ſuppliciis damnet illis impietatem, qui animam Dei imagine inſignitam, pro qua redimenda Chriſtus Dominus noſter pretioſum ſanguinem fudit, æternę capacem beatitudinis, & ad conſortium Angelorum deſtinatã à beata Dei viſione excluſit, reparationem cæleſtium ſedium quantum in ipſo fuit impediuit, Deo ſeruitiũ ſuæ creaturæ ademit? qui liberos prius vita priuauit, quàm illi à natura propriam lucem accipere, aut ſe materni cuſtodia corporis ab efferata ſæuitia tegere potuerint? Quis non abhorreat libidinoſam impiorum hominum crudelitatẽ vel crudelem libidinem, quæ eò uſque proceſſit, vt etiam venena procuret ad conceptos fœtus intra viſcera extinguendos & fundendos, etiam ſuam prolem prius interire quàm viuere, aut ſi iam viuebat, occidi antequam naſci nefario ſcelere moliendo. Quis deniq; non damnet grauiſsimis ſuppliciis illorum ſcelera, qui venenis, potionibus ac maleficiis mulieribus ſterilitatem inducunt, aut ne concipiant, neu pariant, maleficis medicamentis impediunt? Maleficos, inquit Dominus ad Moyſen, non patieris viuere: nimis enim impudenter contra Dei voluntatem ſe opponunt: qui, vt S. Hieronymus ait, dum natura recipit ſemen, receptum confouet, confotum corporat, corporatum in membra diſtinguit, dum inter ventris anguſtias Dei manus ſemper operatur: idemq; corporis creator & animæ eſt, impiè deſpicit bonitatem figuli, ideſt Dei, qui hominem plaſmauit, fecit & voluit; ſiquidem vt S. teſtatur Ambroſius, non mediocre munus eſt Dei dare liberos propagatores generis. Diuinum donum eſt fœcunditas parientis, eodemq; tempore diro hoc flagitio priuantur liberis parentes qui generauerant; vita filij qui generati ſunt; matres coniugij præmiis; terra quæ ab his coleretur; mundus qui ab eiſdem cognoſceretur; Eccleſia quæ deuote numero plebis aucta gauderet.

Exod. 20. & Deut. 5.
3. Reg. 2. & Pauli ad Timoth. epiſt. 2. cap. 3.
Paulus epiſt. 2. ad Hebr. ca. 9.
S. Aug. lib. 1. de Nupt. & concupiſc. cap. 15.
Exod. cap 22.
S. Hieronymus in epiſt. contra Ruffinum.
S. Ambroſius in com. ſup Luc. euãg cap 1. de Zachar. cõfir.

Vnde non immeritò vj. Synodo Conſtantinopolitana ſancitum eſt, vt perſonæ quæ dant abortionem cientia medicamenta, & quæ fœtus necantia venena accipiunt, homicidæ pœnis ſubiiciantur: ſed & veteri concilio Ilerdenſi cautum eſt: vt qui conceptos ex adulterio fœtus necare ſtuduerint, vel in ventribus matrum potionibus aliquibus colliſerint, ſi poſtea pęnitentes ad Eccleſiæ manſuetudinem recurrant, omni tempore vitæ ſuæ fletibus & humilitati inſiſtant: ſi verò Clerici fuerint, officium miniſtrandi eis recuperare non liceat, omneſq; tam Eccleſiaſticæ quàm profanę leges grauibus pœnis afficiunt eos, qui in vtero matris puerperium interimi, aut ne mulieres concipiant, ſiue vt conceptos fœtus eijciant, nefariè machinantur. Nos igitur poſt repreſſam eorum temeritatem, qui matrimonij iura violare, & quamuin ipſis eſt, vinculum indiſſolubile diſſoluere præſumunt, quiue turpioribus quibuſdam inceſtis ſe inquinare non erubeſcunt, hoc quoque malum, quantum viribus nobis à Domino traditis contendere poſſumus, noſtris potiſſimum temporibus exterminare volentes: Omnes & quoſcumque tam viros quàm mulieres cuiuſcumque ſtatus, gradus, ordinis, ac conditionis, etiam Clericos ſæculares vel cuiuſuis ordinis regulares, quauis dignitate & pręeminentia Eccleſiaſtica vel mun-

Cõc. Tomo 2.
eod. To. Cõc.
Hic ſãctiſſ. Põt. cõtra violãtes iura matrimonii edidit conſtitutionẽ quæ eſt ſup. fol. 157. in prima par. Et etiam cõtra inceſtus in qui buſdã caſib⁹ cõmittẽtes vt ibidem fol. 197.

mundana fulgentes, qui de cetero per se aut interpositas personas abortus seu fœtus immaturi tam animari quàm etiam inanimati, formati vel informis eiectionem procurauerint percussionibus, venenis, medicamentis, potionibus, oneribus, laboribusq; mulieri prægnanti impositis, ac aliis etiam incognitis vel maximè exquisitis rationibus: ita vt re ipsa abortus inde secutus fuerit, ac etiam prægnantes ipsas mulieres, quæ scienter præmissa fecerint, pœnas tam diuino quàm humano iure, ac tam per canonicas sanctiones & Apostolicas constitutiones, quàm ciuilia iura aduersus veros homicidas, qui homicidium voluntarium actu & re ipsa patrauerint, propositas & inflictas (quorum omnium tenores his nostris litteris pro expressis & ad verbum insertis habemus) eo ipso incurrere hac nostra perpetuò valitura constitutione statuimus & ordinamus; ipsasq; pœnas, leges & constitutiones ad casus præfatos extendimus. Eos verò qui Clerici fuerint, omni priuilegio clericali, officiis, dignitatibus & beneficiis Ecclesiasticis, quę sic vacatura nostrę & Sedis Apostolicæ dispositioni perpetuò reseruamus, ipso facto priuamus, & in futurum inhabiles ad ea suscipienda decernimus: adeo vt illi qui hoc delictum commiserint, non secus atque ij qui sua voluntate homicidium perpetrauerint iuxta Conc. Tridentini decreta, etiam si crimen id nec ordine Iudiciario probatum, nec alia ratione publicum, sed occultum fuerit, ad sacros ordines promoueri, aut in susceptis ordinibus ministrare nullo modo possint, nec illis aliqua Ecclesiastica beneficia, etiam si curam non habeant animarum, conferri liceat: sed omni ordine ac beneficio & officio perpetuò careant, necnon & illos qui Clerici non fuerint, & talia perpetrauerint non solùm pœnas incurrere supra narratas, sed etiam inhabiles ad ordines & alia prędicta decernimus & declaramus. Volentes quòd hi, qui foro Ecclesiastico subiecti, vt præfertur, deliquisse comperti fuerint, per Iudicem Ecclesiasticum depositi & degradati, curiæ & potestati sæculari tradantur, quę de eis illud capiat supplicium, quod contra laicos verè homicidas per diuinas leges, ac ciuilia iura est dispositum. Pręterea eisdem pœnis teneri omnino statuimus eos, qui sterilitatis potiones, ac venena mulieribus propinauerint, & quominus fœtū concipiant impedimentum pręstiterint, ac ea facienda & exequenda curauerint, siue quocunq; modo in his consuluerint, ac mulieres ipsas quę eadem pocula spontè ac sciēter sumpserint. Quocirca mādamus vniuersis & singulis Iudicibus ordinariis, & delegatis tam Ecclesiasticis quàm sęcularibus, quibus contra criminum reos etiam quo ad causas huiusmodi de iure vel ratione delicti aut personarum legitimè competet iurisdictio; ita tamen vt inter eos præuentionis locus sit; vt in his delictis quę vt plurimum in occulto perpetrantur, contra quoscumque non solùm per accusationem & delationem, verùm etiam per inquisitionem ac simplicem denunciationem procedant, ac ad illa probanda testes aliàs de iure inhabiles, eorundem tamen Iudicum arbitrio habita ratione personarum, causarum & qualitatum illarum ac circumstantiarum quarumcumque admittant, ac in eos qui culpabiles fuerint, prout per nos sancitum est, demum animaduertant. Insuper vt immanissimi huius delicti grauitati non solùm temporalibus, verùm etiam spiritualibus pœnis prospiciamus, ac prouideamus; omnes & singulos cuiuscumque status, gradus, ordinis vel conditionis existentes, tam laicos quàm clericos sęculares, & cuiuscumque ordinis regulares, necnon mulieres sæculares, vel quemcumq; ordinem professas, qui vel quæ vel vti principales vel vt sociæ consciæue ad tale facinus committendum opem, consilium, fauorem, potionem, vel alia cuiuscunque generis medicamenta scienter dederint, ac etiam scribendo litteras priuatas vel apochas, vel aliàs verbis aut signis iuuerint aut cōsuluerint (vltra supradictas pœnas) ipso facto, nunc prout ex tunc excommunicamus, & pro excommunicatis declaramus. Decernentes ac declarātes, quòd per quęcumque Iubilea, & Indulgentias per nos & successores nostros etiam anno Iubilei, aut alio quouis tempore etiam Cruciatæ sanctę Iubilei, vel quouis alio titulo concessas & concedendas, necnon per quascumque litteras Apostolicas quibusuis Principibus seu ad eorum instantiam per nos & successores nostros pariter concessas & concedendas, ac etiam vigore priuilegiorum mare magnum vel aliàs quomodolibet nuncupatorū quibusuis Congregationibus Regularium, aut Episcopis vigore Concilij Tridentini, vel alias per nos & prædecessores nostros quomodocumque concessorum, vel in futurum concedendorum, nec personę sic vt pręfertur delinquētes & excommunicatę pręterquā in mor-

C. Si aliquis, de homici. volu. vel casuali.

Et cōtra sterilitatis potiones propinātes, vel sumentes, aut cōceptioni impedimētū dātes, eorūq; auxiliatores easdē pœnas infligit.

Iudices ordinarii cōtra quoscūque nedum per accusationem sed etiam per inquisitionē sup præmissis procedāt, & testes inhabiles eorum arbitrio recipiant, & culpabiles pœnis hic expressis afficiāt.

Principales in præmissis delinquetes, eorūq; fautores excommunicationis pœna plectuntur à qua absolui nequeāt nisi ī articulo mortis, & ab irregularitate propterea a Clericis contracta à Roman. Pont. & ex vrgētissimis causis tantummodo dispēsari non possit.



in mortis articulo, absolui valeant, nec cum ijs Clericis qui huiusmodi delicta perpetrauerint, etiam si eorum crimen occultum fuerit super irregularitate præmissorum occasione contracta, nec per locorũ ordinarios nec per alios quauis auctoritate fungentes quàm per nos & Rom. Pont. nostros successores, & tunc non nisi vrgentissimis de causis dispẽsari possit. Ac tam absoluendi quàm dispensandi facultatem huiusmodi etiam quoad forum conscientiæ in casibus superius expressis nobis & successoribus nostris dumtaxat reseruamus: Statuentes sic in præmissis vniuersis & singulis per quoscumque Iudices ordinarios & delegatos etiam causarum Palatij Apost. Auditores & S.R.E. Cardinales sublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate & auctoritate in quauis causa & instantia iudicari & diffiniri debere. Irritumq; & inane quicquid secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter vel ignorãter contigerit attentari. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, aut aliis legibus aliter forsan circa præmissa disponentibus, aut in casibus præfatis distinguentibus, ceterisque contrariis quibuscũque. Volumus autem vt præsentium litterarum exemplis etiam impressis manu Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica cõstitutæ munitis, eadẽ fides in iudicio & extra adhibeatur, quæ originalibus litteris exhibitis adhiberetur. Quodq; eędem ad valuas Basilicę Principis Apostolorum de Vrbe, & in acie Campi Floræ de more publicatæ & affixæ, dimissis inibi earũ exemplis post quindecim dierum spatium à die huiusce publicationis numerandos, quemcumq; afficiant ac si vnicuique forent intimatæ, cum non sit verisimile quemquam ea posse ignorare quæ palam ac publicè fuerint euulgata. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ constitutionis, statutorum, ordinationis, extensionis, decretorum, declarationũ, voluntatum & mandati infringere, aut ei ausu temerario contraire. Si quis autem secus id attentare pręsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Romæ in Monte Quirinali, Anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo quingentesimo octuagesimo octauo, Quarto Kal. Nouembris, Pontificatus nostri Anno Quarto.

Decretum irritans.

Clausulæ derogatoriæ.

Forma & effectus publicationis huius constitutionis.

E. Card. Prodat.

Anno à Natiuitate Domini, Millesimo quingentesimo octuagesimo octauo, Indictione prima, Die vero xvj. Mensis Nouembris, Pontificatus Sanctiss. in Christo Patris & D. N. Sixti diuina prouidentia Papę Quinti, Anno Quarto: Retroscriptæ litteræ Apostolicæ affixæ & publicatæ fuerũt in valuis Basilicarũ S. Ioannis Lateranen. & S. Petri Principis Apostolorũ de Vrbe, necnõ Cancellariæ Apostolicæ, & aciei Campi Floræ, vt moris est, per nos Horatiũ de Raynaldis, & Octauium Taglietũ S.D.N. Papę Curs.

Publicatio.

Alex. Parabiachus Mag. Curs.

XXIIII.

Erectio Officij Reuisoris expeditionum in Tribunalibus Almæ Vrbis & Romanæ Curiæ fieñ.



SIXTVS Papa V. Motu proprio &c.

Cvm Pontificatus nostri initio, ex Apostolicę seruitutis munere nobis diuinitus imposito, quasi continua meditatione impulsi, nobis semper cordi fuerit, vt vltra fructuosam agri Dominici culturam, negotia ipsa quæ in Tribunalibus Almę Vrbis nostræ ab illorum Notarijs geruntur, rectius, & cum minori litigantium dispendio, maioriq; ipsorum Tribunalium, ac totius Rom. Cu. decore & ornamento, quàm in pręteritum factum sit, gerantur, quò litigantes ipsi ab indebitis exactionibus nullitatibusq; & exinde perpetuis litibus incommodis, & impensis subleuentur, Motu igitur simili, & certa nostra sciẽtia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, vnũ Officiũ Reuisoris omniũ & quarumcũq; expeditionũ, quas in Cameræ nostræ Apostolicæ, Rotę Auditoris Cameræ, Vicarij nostri, Guber-

Causæ erectionis huius officii.

erectio officii Reuisoris omniũ expeditionũ in Tribunalib' Almæ Vrbis & Ro. Cu. de cętero fieñ.

Gubernatoris, Senatoris, Collateralium, Conseruatorum, Archiuij, Burgi, Ripæ & Ripettæ, Curiæq; de Sabellis & Turris Nonę, aliisq; ipsius Curię Tribunalibus, & illorum ac aliis quibusuis ipsius Vrbis, & Romanæ Curię Iudicibus, tam ordinariis, quàm delegatis, & etiam Conseruatoriis quocunque nomine nuncupatis, etiam si S. R. E. Cardinales fuerint, in quibuscunque causis ciuilibus, criminalibus, profanis, matrimonialibus, vel mixtis, coram ipsis, siue ordinaria eorum iurisdictione, siue quarumcumque cõmissionum tam per signaturam nostram gratiæ quàm Iustitiæ, aut aliàs à nobis obtentarum, & manu nostra signatarum, quàm ex indulto Apostolico, ac aliàs quomodolibet nunc, & pro tempore pendentibus, quomodolibet fieri, & expediri contigerit, pro vna persona ad id idonea & experta, ac in hisce Romanæ Curię negocijs & expeditionibus versata,

Facultates d. Reuisoris.

aliasq; bonæ vitæ conditionis, & famæ, qui Reuisor expeditionum Tribunalium Vrbis, & Rom. Cur. nuncupetur, quiq; de cætero dictarum expeditionum minutas à Notarijs conficiendas reuidere, illisq; addere, minuere, ac aliàs ipsas ad debitam formam redigere, ac eius arbitrio debitè corrigere, taxasq; tam pro dictis expeditionibus, quàm regestris, extractibus, processuum rubricaturis, inditiorum copijs, sententiarum notis, processuum cassationibus, ac instrumentis, copiisque, & aliis quibuscunque scripturis, ipsis Notariis tam vltimo per fel. rec. Pium Quartum, & Pium Quintũ, quàm antea per alios Rom. Pontifices prædecessores nostros desuper editas, & eisdem Notariis traditas, ab ipsis Notariis obseruari curet, aliaq; faciat, dicat, & exequatur in capitulis infrascriptis contenta, quorum tenores &c. perpetuò erigimus & instituimus, Illiq; sic erecto & instituto, pro illius congrua dote, omnia & singula emolumenta in eisdem capitulis contenta concedimus & assignamus per præsentes. Mandantes propterea dilectis filiis nostris, Henrico tituli sanctæ Pudentianę nostro & S.R.E. Camerario, ac nostro & dictæ Cameræ generali Thesaurario, ipsiusq; Cameræ Decano, & Clericis Præsidentibus, quatenus præsentes nostram Motus proprij cedulam & desuper forsan conficien. litteras, in ipsa Camera admittant, & in illius libris registrari mandent, & faciant, Officiumq; ipsum personæ idoneę, & vt supra qualificatę pro tempore, ac cum facultatibus priuilegiis, salariis, & emolumentis in capitulis desuper confectis & per nos visis, & approbatis, ac per dilectum filium Ioffredum Lomellinum vtriusque signaturæ nostrę Referendariũ, ipsiusq; Cameræ generalem Commissarium in ipsa plena Camera præsentandis, ac iuxta illorum formam, & tenorem concedant, cæteraq; omnia desuper eorum arbitrio necessaria, & opportuna faciant & exequantur, ac exequi mandent & faciant cum effectu,

Assignatio emolumentorum.

Executorum deputatio.

Decretum irritans.

Sicq; & non aliàs per quoscunque iudices &c. sublata &c. iudicari &c. irritum &c. decernimus. Non obstan. pręmissis, ac nostra de iure quęsito non tollendo, cæterisq; Cancellariæ nostræ regulis, ac quibusuis constitutionibus & ordinationibus, stylisque, vsibus, & consuetudinibus etiam inucteratis, priuilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis, quibusuis Notariis, & Collegiis Notariorum seu aliorum, etiam per nos, & prædecessores nostros etiam motu proprio, etiam consistorialiter, ac cum derogatoriarum derogatoriis, aliisq; fortioribus clausulis & decretis, concessis, approbatis, & innouatis, Quibus omnibus etiam si illis eorumq; totis tenoribus maior specificatio, & expressio habenda foret, hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Clausulæ derogatoriæ.

Fiat Motu proprio F.

ET cum absolutione à cen. ad effectum &c. & quod de erectione institutione, concessione, & assignatione, decretis, mandato, & aliis præmissis, maior & verior specificatio & expressio fieri possint, in litteris etiã per breue nostrũ videbitur expediri, & nihilominus attentato maximo negotio Camerali, præsentis nostri Motus proprij cedula sola signatura sufficiat, & etiam absque data & registratura, vbiq; tam in curia quàm extra fidem faciat, regula, constitutione, consuetudine, & aliis quibuscunque in contrarium facien. non obstan. Cum decreto quòd præsentis nostri Motus proprij seu litterarum desuper conficiendarum exemplis, etiam impressis, sigilloq, eiusdem Camerarij obsignatis, ac manu vnius ex dictæ Cameræ notarijs subscriptis, ea prorsus fides adhibeatur tam in

Repetitio clausularum.

iudicio quàm extra, quæ eiusdem pręsenti Motus proprij cedulę seu litteris ipsis adhiberetur, si exhiberetur seu ostenderentur, pręsentisq; & nostri Motus proprij cedula, seu litteræ prædictæ, ad valuas dictæ Camerę & Cancellariæ nostrę Apostolicę, ac in acie Campi Floræ per Cursores de more affigi & publicari debeant, quæ sic affixę, quoscunque afficiant, perinde ac si eis personaliter intimatæ forent. Forma & effectus publicatio nis pręsentiũ.

Die 24. Octobris 1588. Admissum & registratum ex decreto Cameræ libro signaturarum Sanctissimi D. N. fol. 161. penes me infrascriptum dictæ Cameræ Notarium. Admissio & registratio in Camera Apostol.

Tydeus de Marchis.

Die 29. Octobris 1588. Præsens Motus proprij cedula affixa & publicata fuit in supradictis locis, vt moris est, dimissis copijs impressis, & affixis, per nos Claudium Mongiat, & Io. Gauce Sanctissimi Domini Nostri Papæ Cursores. Publicatio.

XXV.

Erectio officij Regentis Archiuij Generalis Status Ecclesiastici, iurisdictionisq; priuilegiorum & emolumentorum assignatio, dictiq; Officij collatio in personam Illustrissimi D. Fabij Vrsini vtriusque Signaturæ Referendarij.



SIXTVS Episcopus Seruus Seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

SOLLICITVDO Ministerij pastoralis Nos admonet, & inducit, vt pro felici progressu eorum, quæ ad communem Reipublicæ & subditorum nostrorum vtilitatem, & commodum per Nos ordinata fuerunt, illorum curam egregiorum Virorum prudentiæ demandemus, quorum opera & studio feliciter regantur, & gubernentur: lites quoque & discordiæ quęcũq; facilius decidantur, & terminentur, prout tam pro iustitię complemento, quàm subditorum eorumdem quieti conspicimus in Domino salubriter expedire. Cum itaque Nos nuper ad publicarum scripturarum conseruationem, & illarum deperditioni ac falsitatibus, quę nisi diligens cura, & sollicitudo adhibeatur circa eas, in fraudem iustitię, ac subditorum nostrorum graue pręiudicium euenire possunt, obuiandum: lites quoque, discordias, & alia pericula, quę dictarum scripturarum occasione inter eosdem subditos nostros in dies magna cum eorum iactura, & lęsione hactenus motę fuerunt extirpãdum, certisq; aliis rationabilibus animum nostrum mouentibus, & tunc expressis causis in toto statu Ecclesiastico Nobis, & Sedi Apostolicæ mediatè, & immediatè subiecto (Alma Vrbe nostra, ac Ciuitate, & Comitatu Bononien. dumtaxat exceptis) Archiuia publica, in quibus dictę scripturæ, ac instrumenta publica asportari, & diligenter custodiri debeãt, erexerimus, & instituerimus, Illaq; in Appaltum dilecto filio Paulo Falconerio nobili Florentino ad nouem annos sub certis tunc quoque expressis modo, forma, & conditionibus dederimus, & assignauerimus, prout in litteris Apostolicis, ac scripturis desuper confectis plenius continetur. Operæpretiumq; duximus, vt pro salubri directione prouidoq; Gubernio dictorum Archiuiorum, aliquis supremus Iudex, qui summa auctoritate, omnes & quascunque differentias, lites, querelas, & controuersias tam inter particulares personas, & Archiuistas per præfatum Paulum eiusq; in administratione eorũdem Archiuiorum successores pro tempore deputandos, quàm ipsum Paulum ac successores & deputandos, eorumq; in hac parte socios, & ministros, ac subappaltatores, & tam inter semetipsos etiam ob non paritionem, quàm de, & super Taxis, & mercedibus, nullitatibus, & falsitatibus, ac quibusuis aliis rebus, ad præfata Archiuia illorumq; administrationem, & gubernium, ac directionem quomodolibet, & ex quauis causa pertinentibus, oriri & suscitari contigerit, audiat, cognoscat, decidat, fineq; debito terminet, constituatur, & deputetur, Vnde rei huiusmodi virum morũ grauitate, litterarumq; scientia conspicuum

Hic summus Pōt. Archiuia publica scripturum in statu ecclesiast. erexit.

Sed erectionis litteras hic nõ posui, quia cũ adhuc publicatæ non sint eas habere non potui.

brata in eiſdem Archiuijs deportandum cogendi, aliaq́; quoad hęc neceſſaria, & oppor-
tuna faciendi, & exequendi (citra tamen prę iudicium eiuſdem Appaltus, & ſine alicuius
onere aut grauamine) toties,quoties ſibi videbitur deputare, Ac de præmiſſis omnibus,
& ſingulis, pro quibuſcumque aliis ſuis in officio Regẽtis Archiuij huiuſmodi Miniſtris,
cæteriſq́; omnibus, & quibuſcumque ad præfatum officium illiuſq́; iuriſdictionem tam
in Vrbe, quàm extra eam quomodolibet ſpectan. & pertinen. patentes, & quaſcumque
alias litteras ſub eodem nomine, & ſigillo ſuo, per vnum vel duos Secretarios ab eo ſi-
mul, vel ſucceſſiuè nominandos (qui ad eorum vitam, eius, & in dicto officio ſucceſſorũ
obſequiis, hac in parte inſiſtere debeant,ac pro generali ex patentibus huiuſmodi à ſub-
ſtitutis Commiſſariis, & Miniſtris ſuis huiuſmodi ſine alicuius grauaminis noua impoſi-
tione, & ſine præiudicio dicti Appaltatoris aliqua regalia exigere, & leuare queat) con-
fici, & expediri facere, aliaq́; & ſingula officium illiuſq́; liberum exercitium, quomodoli-
bet concernentia adimplere liberè, & licitè poſſit & valeat: Ita etiam quòd illud pro tẽ-
pore obtinens, in Archiuiſtas, Notarios, & alios prę fatos in prę miſſis, & quoad ea, quę
officium huiuſmodi concernunt tantum ſupremam,& omnimodam iuriſdictionem, & au-
ctoritatem habeat, gerat, & exerceat, Illiq́; ad eum dumtaxat pro iuſtitię complemento
recurrere, ac ad ipſum reclamare debeant, eaq́; in parte Curię ſuę ſuppoſiti cenſeantur,
nec cuipiam Tribunali, aut moderno, & pro tempore exiſtenti ſanctę Romanæ Eccleſię
Camerario,nec Camerę Apoſtolicę,minuſq́; Curię cauſarum dictę Camerę generali Au-
ditori,aut cuiuis alteri Iudici, ſed nobis, & dictis ſucceſſoribus noſtris immediatè ſubſit
perpetuum, ac poſt tres annos à data prę ſentium computañ. Vacabile,reſignabile & Ve-
nale,ac aliàs ad inſtar Rom.Curię officiorũ vacabiliũ, reſignabilium & venaliũ cuius con-
ceſſio,& omnimoda diſpoſitio,quoties illud quouiſmodo vacare cõtigerit,ad Nos,& eoſ-
dẽ Succeſſores noſtros in perpetuũ ſpectet & pertineat Apoſt.auctoritate tenore prę ſen-
tium (ſine prę iudicio dicti Pauli principalis Appaltatoris,ſeu Archiuiſtę dicti Archiuij ac
eius in huiuſmodi appaltu eiuſdẽ Archiuij ſucceſſorũ) perpetuò erigimus,& inſtituimus;
Illiq́; ſic erecto, & inſtituto pro eius dote prouiſionẽ cẽtum ſcutorum monetę ad rationẽ
decem Iuliorum argenteorum pro quolibet huiuſmodi ſcuto,ex dicto appaltu,& eo quo-
modolibet deficiente, ex quibuſuis aliis dictę Camerę redditibus prouenientium, ſingu-
lis menſibus, necnon omnia, & ſingula emolumenta, fructus, ſalaria, mercedes, regalia,
cęteraq́; iura tam ordinaria quàm extraordinaria quomodolibet nũcupata ex ſententiis
decretis, reſcriptis, patentibus (ac etiam ſine vllo prorſus prę iudicio, detractione, defal-
catione, aut imminutione,iurium,& emolumentorum ad prę fatam noſtram Cameram ſi-
ue ad appaltatorem modernum, ac pro tempore exiſtentem ipſius Archiuij pertinentiũ,
quæ eis omnino integrè reſeruentur, & ſine vllo partium nouo grauamine) regalia, ſeu
iura ex pœnis, gratiis, confiſcationibus, abſolutionibus, compoſitionibus,aliiſq́; ex offi-
cio huiuſmodi, illiuſq́; exercitio quomodolibet prouenientia iuxta taxam,ſtylum,& con-
ſuetudinem Curiæ generalis illius Prouincię, in qua ſententias, decreta, & alia præfata
fieri contigerit,abſque aliqua illorum alteratione, mutatione, vel minutione, etiam per-
petuò applicamus, & appropriamus, & ex nunc applicata & appropriata eſſe volumus,
ita vt ipſe Regens Archiuij præfati pro tempore exiſtens prouiſionem huiuſmodi, aliaq́;
iura,regalia,& emolumenta præfata vt præfertur etiam perpetuò habere, illaq́; ab eis ad
quos id pro tempore ſpectabit exigere, & pro ſe retinere, ac in ſuos vſus, & vtilitatẽ con
uertere abſq; aliqua alia noſtra vel Romanorum Pontificis, aut Camerarij ſeu Auditoris
prædictorum, aut cuiuſuis alterius licentia, liberè etiam, & propria auctoritate valeat:
Mandantes nihilominus & præcipientes tam eidem Paulo moderno, & pro tempore exi
ſtenti Appaltori, vt nullo alio à Nobis, vel pro tempore exiſtente Rom. Pontifice, ſeu
dictæ Cameræ mandato, aut præcepto minimè expectato, ſine vlla mora dicta centum
ſcuta ſingulis menſibus infraſcripto Fabio, & pro tempore exiſtenti dicti Archiuij Re-
genti integrè ſoluat, quàm etiam dictæ Camerę illiuſq́; officialibus, & miniſtris, vt ſo-
lutionem, ſeu ſolutiones huiuſmodi ratam, & gratam, ac ratas, & gratas habeant & ipſi
appaltatori excomputentur, ac pro ea rata ipſum Appaltatorem quietent, & liberent:
Eundemq́, Regentem dicti Archiuij pro tempore exiſtentem, Vt per ſeipſum, aut vnũ,
vel duos, ſeu plures eius arbitrio, & nutu ponendos, & amouendos ſubſtitutos ad hoc
idoneos

Patentes litteras quibuſcũq; ſuis Miniſtris, ſuo ſub nomine & ſigillo expediendi.

In Archiuiſtas Notarios & alios circa ea q̃ huiuſmodi officiũ concernũt omnimodã iuriſdictionem exercendi.

Officium iſtud vacabile, venale,& reſignabile eſſe decernit.

Illiq; dotẽ ſcutorum centum pro quolibet menſe, ac cætera omnia emolumenta ex patentibus reſcriptis & ſententiis, gratiis, confiſcationibus & cet. aſſiguat.

Et illi' Regẽti vt hoc ſuũ officiũ p ſe vel alium exercere poſſit idulget.

idoneos, & habiles, prædictum officium omniaq; & singula ad illius exercitium, vt prę-fertur, aut aliàs quomodolibet spectantia, vbicumque opus fuerit tractare, & exercere, ac tractari, & exerceri facere, ac mandare posse similiter perpetuò statuimus, & ordina-

Eūdemq; Regentē, Prælatū domesticū, familiarem, & vtriusq; Signaturæ Referendarium esse decernit.

mus. Ac vt præfatum officium sic creatum amplioribus per Nos fauoribus, & gratiis decoretur, quòd prædictus Regens dicti Archiuij pro tempore existens, Prælatus noster domesticus, ac familiaris, continuus Commensalis, & vtriusque signaturæ nostræ Referendarius, dictæq; Sedis Notarius (non tamen de numero participantium) ac Aulæ Lateranensis Comes, aliorumq; Referendariorum, & dictæ Sedis Notariorū, aulæq; huiusmodi Comitum numero, & consortio ascriptus, & aggregatus eo ipso existat etiam constitutione à nobis vltimo super reformatione Referendariorum edita, & in ea contentis, quæ hic pro expressis haberi volumus, non obstante, ac in nostra, & successorum nostrorū Ro-

Priuilegia omnia familiaribus Papæ & Referēdariis cōcessa, eidē concedit.

Hæc priuilegia Referēdariorū vide sup. in const. 39. fo. 128. in pri. par. vbi notaui.

Hæc priuilegia Familiariū, vide in Clem. 7. const. 14. f. 107. in bullario magno vbi etiam notaui.

In Capella Pōtificia, ac aliis actib⁹ publicis, eidem locum assignat.

manorum Pontificum Signatura continuò interueniat, & assistat; Omnibusq; & singulis aliis priuilegiis, antelationibus prærogatiuis, honoribus, fauoribus, exemptionibus, libertatibus, immunitatibus & aliis gratiis tam spiritualibus quàm temporalibus, quibus cæteri familiares continui Commensales nostri, ac Referendarij & Sedis Apostolicæ Notarij, dictæq; Aulæ Comites, etiam quoad hoc, vt Notarios simplices, seu Tabelliones aliàs tamen habiles, qui de quibusuis instrumentis rogari possint, & habeant facultates, quas alij publici Apostolica, & Imperiali auctoritate creati Notarij habent, creare, & instituere valeat; sine tamen præiudicio iurium ipsi Appaltatori Archiuij debitorū, & Prælati prædicti vtuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, ac vti potiri, & gaudere possint, & poterunt quomodolibet in futurū pariformiter, & absque vlla prorsus differentia vti, potiri, & gaudere valeat, Ac tam in Capella nostra quàm pro tēpore existentiū successorū prædictorū, & quibuscumq; Sessionibus, Consistoriis publicis, cū vestibus, & Capuccio violacei coloris, ac in processionibus, equitationibus, aliisq; actibus tam publicis quàm priuatis, in nostra, & pro tempore existentis Romani Pontificis pręsentia, & conspectu, vel etiam absentia faciendis, immediatè post modernum & pro tempore existentem officiorum Cur. & status pręfatorum Pręsidentem, in eo nimirum loco, qui immediatè post locum dicto Pręsidenti assignatum sequitur, tam ipso Pręsidēti pręsente, & in loco sibi assignato sedente seu stante, & incedente ac priuilegio huiusmodi vtente, quàm etiam alibi sedente stante, seu incedente vel non vtente, aut etiam absente sedeat, & incedat, Nec-

Expeditionem litterarū Apostolicarum gratis per eo fieri concedit.

non pro se ipso quascumque litteras Apostolicas sub plumbo, ac etiam in forma breuis super quibuscumq; gratiis tam iustitiam quàm gratiam, aut mixtim concernentibus, per-cum à Nobis, & successoribus nostris prędictis impetratis, & impetrandis, ac pręsentes litteras in omnibus, & singulis eiusdem Curię Officiis, ac Taxis, tam in Cancellaria quàm Camera Apostolicis, necnon plumbo, & registro ac aliàs vbilibet ad instar Clericorum dictæ Cameræ, in omnibus & per omnia expedire omnino & perpetuò possit & debeat,

Ministris eiusdem licentiam arma in Statu Eccles. deferēdi indulget.

Eidem Regēti suum Officiū vna cū quibusuis pēsionibus, eccles. vel monasteriis retinendi facultatem elargitur.

prout expediri volumus & mādamus. Quodq; Ministri Commissarij seu substituti pręfati Regentis dicti Archiuij iisdem priuilegiis quoad delationem Armorum per quęcumq; loca temporalis nostrę ditionis Ecclesiasticæ perpetuò vtantur, & gaudeant, quę cęteris iustitiæ ministris sunt concessa. Insuper eidem Regenti, vt officium Regentis Archiuij prædicti, vnà cum quibusuis pensionibus, ac fructuum reseruationibus de & super quibusuis, & quouis nomine nuncupatis Ecclesijs; seu beneficiis Curatis, vel non curatis, etiam Monasteriis, & Abbatiis, aliisq; specialiori nota significantibus Ecclesiis, Apostolica auctoritate sibi reseruatis, & concessis, aut in futurum reseruan. & concedendis, cuiuscumque qualitatis, quantitatis, ac speciei, seu annui valoris sint & esse possint; necnon vnà cum quibusuis etiam Cathedralibus, & Metropolitanis, ac prouincialibus; & Primatialibus & Patriarchalibus Ecclesiis, necnon Monasteriis etiam Consistorialibus Prioratibus, Præposituris, & aliis quibuscumque beneficiis Ecclesiasticis sęcularibus, & quorumuis ordinum regularibus liberè, recipere, & retinere possit pariter perpetuò concedimus, & indulgemus. Nec per beneficiorum Ecclesiarum, Monasteriorum, & aliorum beneficiorum pręfatorum assecutionem officium huiusmodi, aut per talis officij retentionem beneficia sic obtenta vacare, sed illud cum eisdem beneficiis compatibile esse, Nec officialem huiusmodi incapacem, aut inhabilem ad retinendum iam obtenta, vel noua cuiusuis qualitatis speciei, & dignitatis beneficia, pensiones ac etiam fructus fuerint ob-

tinen.

tinen̄. & impetran̄. Nec officium prędictū, seu beneficia, ac pensiones, & fructus, vt pręfertur vacare, cessare, aut extingui, sed perpetuò firma, & incōcussa remanere. Minusq; irregularitatem, aut censuram, vel aliam pœnam Ecclesiasticam in exercendo huiusmodi officio incurrere statuimus, & declaramus. Postremò officium Regentis Archiuij huiusmodi ad tres annos vt pręfertur computandos per obitum illud pro tempore obtinentis, minimè vacare, sed eiusdem interea decedentis successores, ad soluendum illius hęredibus etiam ab intestato, integrum eiusdem officij pretium tunc reperibile teneātur, ipsiq; hęredes ad huiusmodi pretium, & pro illo ad officii Regentis Archiuij huiusmodi vsque ad integram dicti pretij solutionem directam habeant actionem; ita vt ipsi, & non alij super pretio huiusmodi quale, & quantumcumque fuerit cum persona vel successoribus nostris prædictis benè visa ad dictū officium Regentis Archiuij tunc deputanda, antequàm ad illud deputetur conuenire, & contrahere, liberè, & licitè possint: quę persona deinde deputata, antequàm de dicto pretio, vt pręfertur, integrè satisfecerit, possessionem officij huiusmodi, seu illius exercitij apprehēdere minimè valeat. Nec ipse seu quisquam alius illud interim etiam per modum prouisionis nisi de fructibus, redditibus, & prouentibus, ex illo quomodolibet prouenientibus hæredibus, & aliis prędictis re ipsa respōderit exercere possint, & valeant, Ipseq; Regens Archiuij prædicti ab hac prima erectione ad dictum officium deputandus intra dictum trium annorum spatium de dicto pretio per viā legati relicti, donationis etiam causa mortis, Testamenti seu alterius cuiuscumq; vltimę voluntatis, vel etiā donationis aut alterius cuiusuis contractus inter viuos, ac etiā ab intestato, ac aliàs omni & quocumq; alio meliori modo, in toto, vel in parte, in vnius vel pluriū & diuersarum personarum, & piorū ac aliorum locorū fauorē, disponere, & ordinare, illudq; transmittere, & transferre liberè, & validè possit, nec fructus, redditus, & prouentus ex eodem officio pro tempore interim percepti, in sortem illius pretij connumerari vllatenus debeant, Et si ipsius officij pretium, quod vigintiquinque millium scutorū monetę ad rationem prædictam esse volumus pro hac vice, & ita iudicamus summā longe maiorem excederet, & ad quamcumque etiam notabilissimam quantitatem ascenderet, illam totam, & integram ipsi, qui dictum officium pro hac prima vice à Nobis obtinebit, ac etiam eo intra dictum triennium vita functo eius hæredibus, & successoribus prædictis gratiose inter viuos donamus, & penitus liberaliter remittimus, ac totum dictum pretium qualecumque & quantumcumque sit præfati Regentis Archiuij hęredum intra dictum triennium decedente omnino esse volumus. Vt autem quàm primum officium huiusmodi viro idoneo, & experto, qui illud fideliter, & diligenter exerceat concedatur, Idcirco nos de dilecti filij magistri Fabij Vrsini Clerici Roman̄. iuris vtriusque Doctoris in Signatura nostra Referendarij recto iudicio, & integritate, ac iuris prudentia plurimum in Domino confisi, ipsumq; Fabium à quibusuis excōmunicationis suspensionis & interdicti, aliisq; Ecclesiasticis sententiis censuris & pœnis à iure, vel ab homine quauis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectū pręsentium dumtaxat consequen̄. harum serie absoluentes & absolutum fore censentes, officium Regentis Archiuij huiusmodi, sic vt præfertur erectum, à primęua erectione vacans, eidem Fabio, per eum quoad vixerit, ad instar aliorum officiorum Sedis Curiæ, & Camerę huiusmodi tenendum, & exercen̄. cum prouisione, omnibusq; aliis emolumentis fructibus, redditibus, prouentibus, salariis, aliisq; supradictis ipsi officio, vt pręfertur attributis, & applicatis, quæ hic pro repetitis haberi volumus dicta auctoritate concedimus, & assignamus, dictumq; Fabium ad huiusmodi officium Regentis Archiuij eiusq; liberum exercitium, ac omnia, & singula alia suprascripta ex nunc recipimus, ac per dilectos filios Henricum tituli S. Pudentianæ presbyterum Cardinalem Caetanum nuncupatum, eiusdem Rom. Eccles. modernum Camerarium, necnon in dicto statu nostro, & quibusuis illius Prouinciis Legatos, Vicelegatos, Gubernatores, Potestates, eorumque Locatenentes cæterosq; ad quos spectat, & pro tempore spectabit recipi, & admitti, receptumq; & admissum in eis quoad vixerit manuteneri, & defendi, sibiq; de eisdem prouisione emolumentis, fructibus, redditibus, & prouentibus cæterisq; supradictis integre responderi debere decernimus, volumus, & mandamus. Necnon omnes, & quascumq; causas, lites, molestias, & controuersias, de & super præmissis, necnon Taxarum illicita altera-

In exercitio d. officii nec irregularitatē nec aliā pœnā incurri decernit.

Officium per trienniū p nōbītū Regentis nō vacare declaratur.

Pretiū d. officii ad scuta viginti quinque millia pro hac vice præfiatur.

Officiūq; prædicti Illustriss. D. Fabio Vrsino cū emolumentis & priuilegiis prædictis ac iurisdictionibus concedit.

alteratione, & exactione ipsum officium Regentis concernentibus, & quarum cognitio ad eumdem Regentem vt præfertur pertinet inter quascumque personas, Vniuersitates, Communitates, vel Collegia hactenus motas, & indecisas pendentes, & pro tempore mouendas cum illarum omnium incidentibus, dependentibus, emergentibus annexis & connexis coram dictis Camerario, ac Clericis, siue Thesaurario, aut Commissario nostro, & dictæ Cam. vel aliis quibuscumque iudicibus quauis auctoritate & dignitate etiã Cardinalatus fungentibus, & in quibuscumque Curiis, & Tribunalibus tam in Rom. Curia quàm extra eam introductas, etiam si instructæ, & in eis iam conclusum sit, & eisdem Iudicibus per nostrum speciale rescriptum, aut de mandato nostro editum, vel aliàs quomodolibet commissæ fuerint (quarum omnium status, & merita Iudicumq; & collitigantium, nomina, cognomina, gradus, & qualitates præsentibus pro expressis haberi volumus) ad Nos harum serie aduocantes, eisdemq; iudicibus ne in eis ad vlteriora procedãt inhibentes, singulas causas, lites, molestias, & controuersias præfatas eidem Fabio, & pro tempore existenti Regenti Archiuij huiusmodi committimus, qui illas in eisdem statu, & terminis, in quibus reperiuntur reassumat, cognoscat, & decidat, ac procedat, cum facultatibus supradictis, atque iis omnibus quæ iuxta formam edicti pro concessione seu appaltu dicti Archiuij editi pro tempore existenti dictæ Cameræ Clerico in Præsidentem ipsius Archiuij vt inibi expressum fuerat deputando, attributæ erant, seu de iure, stylo, vel consuetudine, aut ex priuilegijs, vel constitutionibus, aut litteris Apostolicis quomodolibet competere potuissent. Ita vt deputatio Clerici huiusmodi per ipsam Cameram fieri nullo modo possit, nec debeat, & si eam fieri contigerit tamquam de facto ac præter, & contra mentem, & intentionem nostram attentata, nulliusq; sit roboris, vel momenti, ac irritum decernimus & inanc, si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari: sed potius dictus Regens Archiuij in locum ipsius Clerici, & prædictæ Cameræ quoad huiusmodi iurisdictionem, & auctoritatem in omnibus, & per omnia substitutus, & surrogatus, ipsaq; iurisdictio, & facultates ab ipsis Clerico, & Camera penitus abdicatæ, & in præfatum Regentem integrè translatæ & transfusæ sint, & esse censeantur; Ipsumq; Fabium, qui in nostram, dictæq; Sedis subuentionem summam dictorum vigintiquinque millium scutorum monetæ ad eandem rationem nomine pretij dicti officij Cameræ Apost. se soluturum obtulit, eius vita durante ab officio Regentis Archiuij huiusmodi per nos, vel successores nostros, & Sedem, & Cameram prædictas, etiam ex quauis causa inuitum ammoueri, & eximi, aut illud, ac prouisionem, emolumenta, fructus, redditus, & prouentus, cæteraq; sibi assignata, & concessa præfata in toto, vel parte subtrahi, vel minui, neq; super eisdẽ per prædictum, & pro tempore existentem nostrum, & ipsius S. R. E. Cardinalem Camerarium, Thesaurarium, vel quoscumque alios quauis auctoritate fungentes, quomodolibet molestari posse, nec debere, declaramus: Et nihilominus pro eiusdem Fabij indemnitate, ac illius hæredum, seu in dicto officio Regentis Archiuij huiusmodi successorum perpetua in dicto officio conseruatione, ac aduersus quoscumque interesse prætendentes defensione, manutentione, ac omnium, & singulorum præmissorum obseruatione, totaliq; executione, etiam nomine, & loco damnorum & interesse, quæ ipsum Fabium, eiusq; heredes dicto triennio durante, seu in dicto officio successores sentire, ac pati contingeret, omnia & singula eiusdem Cameræ nostræ lucra, res, & bona quæcumque, tam præsentia, quàm futura generaliter, & specialiter, ac expresse in nostro, & successorum nostrorum Roman. Pontificum verbo, ac nostro, & ipsorum nomine etiam in amplissima dictæ Cameræ forma; cum omnibus, & singulis clausulis, decretis, & cautelis in similibus obligationibus apponi consuetis latissimè extendendis Fabio, eiusq; heredibus, seu eius in dicto officio successoribus prædictis æquè perpetuò obligamus, & hypothecamus. Et si pro consequendo dicto officio maius pretium dicta summa vigintiquinque millium scutorum quandocumque repertum fuerit, vel reperiri contigerit, illud omne, & totum cuiuscumque quantitatis, & summæ fuerit, etiam si dimidiam, vel maiorem partem iusti pretij excedat, eidem Fabio, & hæredibus ipsius gratiosè, & irreuocabiliter, ac perpetuò etiam titulo donationis inter viuos remittimus, & condonamus. Decernentes præsentes litteras sub ea per quam in principio cuiusq; Pontificatus Roman. Pontificis reuocantur facultates percipiendi pretium

Et pro illius assecuratione bona omnia Cameræ Apostolicæ obligat.

Et quodcúque maius pretium quod pro d. officio reperiri posset eidẽ cõdonat.

Clausulæ præseruatiuæ.

pretium officiorum in toto vel parte, ac quæuis dispositiones per quemcumque prędecessorem Roman. Pontificem de officiis vacaturis etiam in vim contractus, & ex titulo onerofo, ac sub quacūq; verborum forma pro tempore factæ, aut omnino sub aliis Constitutionibus, reuocationibus, suspensionibus, derogationibus, limitationibus, decretis, declarationibus generalibus, & specialibus quomodolibet editis, & edendis, ac factis & faciendis minimè comprehendi, sed semper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in pristinum & validissimum statum restitutas, repositas, & plenariè reintegratas, & de nouo concessas fore, esse, & censeri, dictoq; Fabio eiusq; hæredibus, & successoribus suffragari debere; Necnon easdem præsentes litteras ad probationem pręmissorum vbique tam in iudicio quàm extra illud sufficere, nec ad id alterius probationis adminiculum requiri, ipsasq; nullo vnquam tēpore quouis prætextu etiam enormis & enormissimæ læsionis, aut quod in pręmissis interesse habentes seu prætendentes ad id vocati nō fuerint, nec præmissis consenserint, ac in eis tractatus, diligentiæ, & quæcumque alię solemnitates, ac alia de iure, consuetudine, vel priuilegio, seu iuxta decreta, ordinationes, reformationes, aut statuta dictæ Cameræ, ac litteras, & concessiones Apostolicas super tractatibus, & formis in venditionibus rerū, & bonorū dictę Cameræ edita, vel aliàs quomodolibet requisita nō interuenerint, irritari, impugnari, inualidari ad terminos iuris reduci seu in ius, vel controuersiam reuocari posse, ac vim validi & efficacis cōtractus inter nos, & dictā Camerā ex vna, ac Fabium, & hęredes, successoresq; suos pręedictos partibus ex altera ritè & rectè initi, stipulati, & iurati habere; dictamq; Camerā ad Fabiū, & hæredes suos pręfatos in iuribus, & aliis pręmissis manutenēdos, & ab omni damno, læsione, lite, causa seu cōtrouersia immunes, indemnes, & exemptos cōseruādos teneri, & obligatā esse. Districtius inhibētes omnibus, & quibuscūq; Legatis, Vicelegatis, Gubernatoribus, Potestatibus & eorū Locatenentibus, ceterisq; officialibus, necnon eidē Henrico, & pro tempore existenti Camerario nostro pręfato, dictoq; Cam. Pręsidentibus Clericis, Thesaurario, Cōmissario, ac omnibus aliis cuiuscūq; status, gradus, ordinis, dignitatis & præeminentiæ extiterint, & præsertim Archiuistis, substitutis, & ministris, necnon notariis eorumq; hæredibus, ac contrahentibus prædictis sub indignationis nostræ, ac mille ducatorum auri de Camera prò vna, videlicet eidem Cameræ, & altera medietatibus Fabio, & suis prædictis applicañ. & pro qualibet vice qua contrauentum fuerit, ac per quemlibet contrauenientem aliisq; arbitrio nostro imponeñ. pœnis eo ipso omni, & quacumque appellatione remota incurrendis, ac per eundem Fabium Regentem declarandis, & exequendis, nè de cetero Iudices & alij superiores, aut quæcumque aliæ personæ circa præmissa quomodolibet interesse habentes, videlicet in aliquibus ex supradictis causis, differentiis, litibus, querelis, & controuersiis aut aliàs ad dictū officium quouismodo spectantibus, & pertinentibus, se ingerere, intromittere, aut aliqua officium ipsum illiusque exercitium concernentia temere facere, vel attentare, seu aliàs ipsum Fabium, & hæredes, & successores suos, necnon substitutos, Commissarios, & alios ministros præfatos in officio, & exercitio huiusmodi impedire, turbare, vel aliàs quoquomodo inquietare, & molestare. Archiuistis verò substitutis subappaltatoribus, eorumq; ministris supradictis nè pro eisdem causis, differentiis, litibus, querelis, & controuersiis, ac aliis rebus officiū, & exercitium prædictum tangentibus ad alium quàm Fabium, eiusq; deputatos Commissarios, & substitutos recursum habere, aut illius iurisdictionem in aliquo lędere pręsumant: sed easdem pręsentes litteras cumprimum eis pręsentatę fuerint, earumue exempla authentica in eadem Camera admittant, & registrent, eisq; in omnibus obtemperēt. Sicq; & non aliter per præfatos, & quoscumque alios Iudices, & Commissarios ordinarios, vel delegatos, quauis auctoritate fungentes, etiam eiusdem Rom. Ecclesiæ Cardinales, & causarum Palatij Apostolici Auditores, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate vbique iudicari, & diffiniri debere, Necnon quicquid secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus: Quocirca Venerabilibus Fratribus nostris Ostieñ. & Ameriñ. Episcopis ac Petro Episcopo Spoletano officiorum Curię, & status huiusmodi Pręsidenti præfato per Apostolica scripta motu simili Mandamus, quatenus ipsi vel duo, aut vnus eorum per se, vel alium, seu alios præsentes litteras,

Clausulæ præseruatiuæ.

Inhibitio contra quoscumque circa lites &c. dictum officiū cōcernentes, se intromittētes.

Decretum irritans.

Executorum deputatio.

& in eis contenta quæcumque vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Fabij, & ſuorum prædictorum, ſeu alicuius eorum fuerint requiſiti ſolemniter publicantes, eiſq; in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, eaſdem præſentes litteras, & in eis contenta quæcumque huiuſmodi debitæ executioni demandent, ac ab omnibus ad quos ſpectat & ſpectabit quomodolibet in futurum inuiolabiliter obſeruari, necnon Fabium eiuſq; ſucceſſores prædictos ſingulis præmiſſis pacificè frui, & gaudere vbiq; faciãt, Non permittentes eos & illorum quemlibet deſuper per quoſcumque contra earundem præſentium tenorem quomodolibet indebitè moleſtari, perturbari, vel impediri. Contradictores quoſlibet, & rebelles, ac præmiſſis non parentes per ſententias, & cenſuras Eccleſiaſticas, ac etiam pecuniarias pœnas, aliaq; opportuna iuris, & facti remedia appellatione poſtpoſita compeſcendo; necnon legitimis ſuper his habendis ſeruatis proceſſibus, ſententias, cenſuras, & pœnas ipſas etiam iteratis vicibus aggrauando; inuocato etiam ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachij ſæcularis. Non obſtantibus præmiſſis, ac fel. record. Bonifacij Papæ VIII. prędeceſſoris noſtri de vna, & concilij generalis, de duabus dietis, dummodo vltra tres dietas aliquis auctoritate pręſentium ad iudicium non trahatur, necnon quatenus opus ſit regula de non tollendo iure quæſito, aliiſq; conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis; necnon Prouinciarum ſtatus Eccleſiaſtici huiuſmodi, ac quarumuis illarum ciuitatum, locorum, terrarum, diſtrictuum, & aliorum locorum, dictęq; Vrbis, & quarumcumque Curiarum, & Tribunalium ſuorum etiam iuramento confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis & conſuetudinibus, reformationibus, vſibus, ſtabilimentis, & naturis, priuilegiis quoque indultis, & litteris Apoſtolicis etiam illis, earumq; Legatis, Vicelegatis, Gubernatoribus, Poteſtatibus, Iudicibus, Notariis, Communitatibus, Vniuerſitatibus, aliiſq; ſuperioribus, & perſonis ſub quibuſcumque tenoribus & formis, ac cum quibuſuis clauſulis, & decretis, etiam Motu pari, etiam Conſiſtorialiter, ac aliàs in contrarium quomodolibet facientibus conceſſis, confirmatis, & innouatis: Quibus omnibus & ſingulis etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis eorumq; totis tenoribus ſpecialis ſpecifica expreſſa & indiuidua, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret, illorum omnium, & ſingulorum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris hac vice dumtaxat harum ſerie ſpecialiter & expreſſe Motu ſimili derogamus: cæteriſq; contrariis quibuſcumque. Aut ſi aliquibus communiter, vel diuiſim ab Apoſtolica ſit ſede indultum, quòd interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem, Volumus autem quòd earumdem pręſentium tranſumptis etiam impreſſis Notarij publici manu ſubſcriptis, ac ſigillo eiuſdem Regentis, vel cuiuſuis perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis eadem prorſus fides in iudicio, & extra illud adhibeatur, quæ eiſdem præſentibus adhiberetur ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ, Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ voluntatis, erectionis, inſtitutionis, applicationis, appropriationis, pręcepti, ordinationis, indulti, declarationis, iudicationis, donationis, abſolutionis, aſſignationis, receptionis, aduocationis, commiſsionis, declarationis, obligationis, hypothecę, condonationis, derogationis, mandatorum, ſtatutorum, conceſsionum, remiſsionum, inhibitionum, & decretorum infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud ſanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicę, Milleſimo quingenteſimo octuageſimo octauo, Prid. Kalen. Nouembris, Pontificatus noſtri Anno Quarto.

Clauſulæ derogatoriæ.

Pro Illuſtriſſ. D. Epiſcopo Spoletano & Præſide.
Marcellus Veſtrius Barbien.

Confir-

XXVI.

Confirmatio gratiarum Indulgentiarum, exemptionum & priuilegiorum Ordinis Cartusień.



IXTVS Papa Quintus, Ad perpetuam rei memoriam.

PRO nostra propensa charitate, & paterno affectu, erga sacrum Carthusień. ordinem, quem virtus Altissimi ad laudem sui nominis iam supra quingentos annos in Ecclesia militanti constituit, volẽtes illius professores non minoribus fauoribus Apostolicis prosequi, quàm fecerunt alij Romani Pontifices prędecessores nostri; humilibus supplicationibus dilecti filij Ignatij Pyrrhoni eiusdem ordinis, & domus Cartusiæ Beatę Marię & omnium Angelorum, ac Martyrum Dei de Vrbe Prioris, nomine dilecti itidem filij Hieronymi Mercantis Prioris Maioris Cartusiæ, ac Ministri generalis ipsius Ordinis, in hoc nobis porrectis, benignè annuentes; omnia, & singula priuilegia, prerogatiuas, fauores, dispensationes, facultates, concessiones, immunitates, libertates, exemptiones, conseruatorias, peccatorum remissiones, etiam plenarias, gratias, cæteraq; indulta spiritualia, & temporalia, ac litteras, & alia quæcumque documenta, etiam per solam signaturam, aut viuę vocis oraculo desuper confecta, ordini prefato Cartusień. illiusq; tam virorum, quàm mulierum Ecclesiis, domibus, & locis, necnon Prioribus, Priorissis, & aliis superioribus, Religiosis, Monachis, Conuersis, Monialibus, Donatis, Nouitiis, seruitoribus, familiaribus, agricolis, & personis quibuscumque nunc, & pro tempore existentibus, illorumq; bonis, & rebus per quoscumque Rom. Pontifices prędecessores nostros, & Sedem Apostolicam, Motu proprio, seu aliàs quouis modo, siue causa, coniunctim, vel diuisim, tam in specie, quàm in genere, etiam per modum declarationis, communicationis, & extensionis, actiuè, vel passiuè, inter se, aut cum aliis quibusuis ordinibus regularibus, sub quauis verborum forma, & expressione etiam iteratis vicibus concessa, approbata, & innouata, illorum omnium, & singulorum, etiam si talia continerent, quæ non generali sermone comprehenderentur, sed specialem, ac indiuiduam mentionem requirerent, tenores, & effectus, ac si de verbo ad verbum insererentur, & specificè hic enarrarentur, pro plenè, & sufficienter expressis habentes, in his omnibus, in quibus Decretis sacri Oecumenici Tridentini Concilij non repugnant, Apostolica auctoritate, ex certa scientia nostra, harum serie approbamus, confirmamus, & pręsentis scripti patrocinio communimus, ac illis perpetuę firmitatis robur adiicimus: atque inuiolabiliter obseruari, necnon omnibus, & singulis, quos concernunt, & concernere quomodolibet possunt, perpetuò suffragari debere, eisq; quòd nullatenus derogari possit; supplentes omnes, & singulos iuris & facti, ac solemnitatum etiam de iuris necessitate, aut aliàs quomodolibet requisitarum forsan omissarum, & alios quoscumq; defectus, siqui forsan interuenerint in eisdem; sicq; per quoscumque Iudices, & Commissarios etiam S.R.E. Cardinales, ac causarum Palatij Apostolici Auditores in quauis causa, & instantia, sublata eis, & eorum cuilibet, quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate iudicari, ac diffiniri debere: & si secus super his à quoquam, quacumque auctoritate, scienter, vel ignoranter attentari cõtigerit, irritum, & inane decernimus. Mandantes huius ordinis S.R.E. apud nos & Sedem Apostolicam Cardinali Protectori, seu viceprotectori pro tempore existẽti, Curięq; causarum Camerę Apost. generali Auditori, ac omnibus, & singulis, tam Metropolitanarum, quàm Cathedralium Ecclesiarum Episcopis, Canonicis, aliisq; personis in dignitate Ecclesiastica, & vbiq; locorum constitutis, coram quibus prędictorum priuilegiorum litteræ, vel illorũ authẽticum Transumptum præsentari contigerit, vt ipsi duo, aut vnus eorum per se, vel alium, aut alios, eidẽ Cartusień. Ordini, illiusq; Ecclesiis, Domibus, Ministro generali, Prioribus, Priorissis, Monachis, Conuersis, Monialibus, Donatis, Nouitiis, seruitoribus, familiaribus, & aliis personis, & vtriusque sexus religiosis, bonisq; & rebus eorum tam in genere, quàm in specie efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant illos, illas, ac illa, quos, quas, & quę, vt præfertur, cõcernunt, priuilegiis,

Confirmatio omnium gratiarum immunitatum, exemptionũ & priuilegiorũ quomodolibet ordini Carthusień. concessorũ, sacro Conc. Tridẽtino non cõtrariorum.

Decretum irritans.

Iudicum, seu Executoru deputatio.

immunitatibus, indultis, cęterisq; prędictis, ac illorum pręsenti confirmatione, approbatione, adiectione, decreto, & aliis nostris huiusmodi, tacitè, vel expresse contentis pacificè vti, frui, & gaudere: non permittentes per quemquam quauis auctoritate fungenté temporali, vel spirituali desuper indebitè molestari sub quouis defectu, & causa, etiam defectu intentionis nostræ: Contradictores & rebelles quoscumque per censuras Ecclesiasticas, & pecuniarias pœnas, ac alia iuris opportuna remedia, appellatione postposita, compescendo, illasq; incidisse declarando, ac legitimis super his habendis seruatis processibus, censuras, & pœnas ante dictas etiã iteratis vicibus aggrauando; Inuocato quoque ad id, si opus fuerit, auxilio brachij sæcularis. Non obstantibus præmissis, & de duabus, non tamen tribus dietis, necnon aliis, tam Apostolicis, quàm in quibusuis generalibus, prouincialibus, synodalibusuè Conciliis, editis cõstitutionibus, & ordinationibus, statutis quoque, vsibus, naturis, & consuetudinibus, etiã iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis: priuilegiis insuper, indultis, & litteris Apostolicis, à quibusuis Romanis Pontificibus prędecessoribus nostris, & Sede Apostolica, etiam in forma Breuis, de plenitudine potestatis Apostolicæ, Motu proprio, & ex certa scientia, ac per modum legis, & statuti perpetui, similium, vel dissimilium gratiarum, & priuilegiorum reuocatoriis, limitatiuis, declaratiuis, annullatiuis, mentis attestatiuis, derogatoriarum derogatoriis, cum quibusuis efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, & decretis etiam irritantibus, quomodolibet, etiam iteratis vicibus concessis, approbatis, & innouatis, ac omnibus, quę ipsi prędecessores nostri eorum litteris non obstare voluerunt. Quibus omnibus, & singulis, etiam si de illis, eorumq; totis tenoribus specialis, specifica, & expressa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quęuis alia expressio habenda, aut forma exquisita ad hoc seruanda foret, etiam quòd in eis caueatur expresse, quòd illis nullatenus, aut nisi sub certis modo & forma derogari possit, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita obseruata, inserti forent, præsentibus pro sufficienter expressis, & insertis habentes, latissimè Motu, scientia, & auctoritate similibus derogamus, & cęteris contrariis quibuscumque. Cęterum quia difficile esset has nostras ad singula loca deferri, volumus pariter, & Apostolica auctoritate statuimus, quòd illarum exemplis, etiam impressis, sigillo dicti Cardinalis Protectoris, seu Viceprotectoris, vel alicuius Curiæ Ecclesiasticæ, atque Notarij publici subscriptione munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra, vbiq; adhibeatur, quę huiusmodi originalibus nostris litteris adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris, die tertia Nouemb. M. D. LXXXVIII. Pontificatus nostri Anno Quarto.

Clausulæ derogatoriæ.

XXVII.

De Festo S. Placidi & Sociorum Martyrum celebrando, & in Calendarium Romanum describendo, Indulgentiisq; pro visitantibus Ecclesiam S. Io. Baptistæ Messanen. vbi eorum corpora nuper inuenta fuerunt.



SIXTVS Episcopus Seruus Seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

Sap. cap. 8. Paulus epist. 2. ad Cor. cap. 1. Act. Apost. 20.

DOMINVS Omnipotens, qui suauiter cuncta disponit, misericordiarum Pater, & Deus totius consolationis, sacrosanctam eius Ecclesiam pretioso vnigeniti filij sui sanguine acquisitam, & in Apostolicæ confessionis petra solidatam, voluit nedum inter mundi aduersa & turbines, sanctis Martyribus quasi fortissimis propugnatoribus tueri, verum eorumdem gloriosis trophæis, ita in dies illustrari, vt non modo illi felicissimas de impiis persecutoribus & Christianæ fidei hostibus in hoc sæculo victorias reportando, eandem propagarent,

garent, ſed mox ad æternam ipſi cæleſtis patriæ beatitudinem euecti, pie apud Deum intercedendo, illam vel maxime iuuarent, ac perpetuo iuuent: Vnde non immerito ſacræ eorum reliquiæ, & eorundem paſſionum monumenta, in terris relicta, Chriſtianum populum ad laudandam in eis diuinam maieſtatem, ad illorum ſalutaria exempla imitanda, ad rerum humanarum & prætereuntis huius ſæculi deſpicientiam, ad eorum denique opem & patrocinium in tribulationibus & neceſſitatibus inuocandum mirum immodum excitant. Inter hos vero ipſos quos Martyrij corona donatos catholica inuocat & veneratur Eccleſia, merito inſigni honore celebranda eſt memoria ſanctorum Placidi, & Sociorum martyrum, qui Iuſtiniani Magni Imper. temporibus, cum ſancti Benedicti tunc adhuc viuentis, religionis zelum & vitæ ſanctitatem admirati, ſub illius regula, ſe Dei obſequiis dicauiſſent, & in Monaſterio cum Eccleſia Sancti Ioannis Baptiſtæ, prope muros Meſſanæ ciuitatis tunc recenter ab ipſomet Placido in paterno fundo extructo & inſtituto, cui idem Placidus à ſancto Benedicto eo miſſus, tanto Magiſtro dignus diſcipulus præerat, gratum Altiſſimo exhiberent famulatum; ad eam perfectionem breui peruenerunt, vt cum eorum ſanctimoniæ fama longe lateq; diffuſa etiam in Vrbem Romam peruaſiſſet, impulerit pios ipſius Placidi fratres germanos Eutychium & Victorinum, & virginem Flauiam eorundem ſororem, ad iter ſuſcipiendum Placidi fratris viſendi cauſa: ſed diuina prouidentia factum eſt, vt cum Meſſanam veniſſent, & apud eum vix per paucos dies morati eſſent, crudeliſſim.i Sarracenorum Regis, vel potius Tyranni Abdalæ claſſis, Chriſtiano nomini nefarium bellum, Inſulæ verò Siciliæ vaſtitatem, incendia, rapinas inferens ad eandem ciuitatem ex improuiſo appulerit: Vbi eius claſſis Dux Mammucha cum in Monaſterium irrupiſſet, cœpit mira feritate contra eos omnes in vincula coniectos ſæuire, & acerbiſſimis quibuſdam cruciatibus, exquiſitiſq; tormentorum generibus conari, ſi qua ratione poſſet eos à Chriſtiana religione dimouere. Verumtamen ipſi adiuuante Spiritus ſancti gratia, & non modo in religioſis viris, ſed in alijs quoque Placidi fratribus, atque adeo in ſexu fragili & virgineo pectore, ſuam diuinam virtutem mirabiliter oſtendente, cuncti in Chriſtianæ fidei præclara confeſſione fortiter perſeuerantes, agonem ſuum glorioſo Martyrio conſummarũt: Cumq; eorum quidem animæ triumphalem palmam adeptæ in cælum euolaſſent, corpora vero multis, vt antiquæ teſtantur hiſtoriæ, magniſq; miraculis illuſtria, in Eccleſia S. Ioannis Baptiſtæ Meſſaneuſis, quæ poſtmodum ſucceſſu temporis in Prioratum Hoſpitalis eiuſdem S. Ioannis Hieroſolymitañ. fuit erecta, piè ſepulta & recondita, temporum iniuria per multa ſecula, ita inibi occulta latuiſſent, vt iam noſtra ætate licet ex pluribus antiquitatis monumentis conſtaret, ea in præfata Eccleſia S. Ioannis Baptiſtæ ſepulta fuiſſe: tamen certus eius Eccleſiæ locus, vbi ſita forent, penitus ignoraretur: placuit tandem diuinæ miſericordiæ ſacra nonnullorum ex eis monumenta & reliquias, dum pro fundamẽtis in reparatione ipſius Eccleſiæ iaciendis humus effoderetur, poſt longum temporis interuallum, nuper in lucem proferre. Quare cum primum ex relatione Venerabilis fratris Antonij Archiepiſcopi Meſſaneñ. compluribus deſuper examinatis teſtibus ac proceſſu formato, & ad nos tranſmiſſo id nobis ſignificatum fuit, Nos attendentes iuxta antiquiſſimum catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ vſum, à primæuis Chriſtianæ Religionis temporibus receptum, Sanctorumq; Patrum vnanimem conſenſionem & ſacrorum Conciliorum, ac nouiſsimè œcumenici Tridentini decreta beatorum Martyrum & aliorum cum Chriſto in cælis regnantium ſancta corpora, per quæ multa beneficia à Deo mortalibus præſtantur, congruo quidem honore veneranda eſſe: ſed eam adhibendam cautionem in ſacrarum reliquiarum veneratione, vt omnis ſuperſtitio tollatur; nec nouas reliquias recipiendas eſſe, niſi prius ab Epiſcopo recognitæ & approbatæ fuerint, recognitionem proceſſus huiuſmodi Venerabilibus fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus ſuper interpretatione & executione dicti Concilij Tridentini deputatis duximus committendam, qui ipſo proceſſu diligenter, prout rei grauitas poſtulabat conſiderato & recognito, necnon vocato & audito eodem Antonio Archiepiſcopo, qui & ſacras reliquias, & alia complura antiquitatis monumenta in ea Eccleſia inſpexit, & deinde ad nos & beatorum Apoſtolorum limina viſitãda in Vrbem venit, cum nobis retuliſſent ſatis conſtare de aliquorum ex dictis ſanctis corporibus inuentione: Nos primũ quidẽ ingentes

S. Placidus & eius Socij ſub regula S. Benedicti ſe Deo dicarũt, & in Monaſterio apud Meſſanã ciuitatẽ per ipſum Placidũ in paterno fudo extructo famulatum Deo exhibuerunt.

Martyrijq; coronam adepti fuerũt, & eorũ corpora in Eccleſia S. Ioãnis Meſſanen. ſepulta, multis miraculis claruerunt.

Et nuper aliquo ex eis reliquiæ in reparatione d. Eccleſiæ repertæ fuerunt.

Archiepiſcop' deſuper proceſſum formauit, quam ſummus Pontifex Cardinalibus reuidẽdum cõmiſit, & de aliquorum ex dictis ſanctis corporibus inuentione ſatis conſtitit.

Deo

Deo omnipotenti gratias egimus, quòd inter cętera, quę his calamitosis & turbulentis temporibus Christiano populo indies largitur plurima & maxima beneficia, hoc quoq; insigni munere quasi pretiosissimo thesauro detecto, dignatus sit dictorum Placidi & sociorum Martyrum memoriā reuouare. Nunc autem, vt pro nostro pastorali officio, quantum in nobis est, curemus ne inuictorum Martyrum corpora diuinę erga nos charitatis pignora, quę viua membra fuerunt Christi, & templa Spiritus sanct, ab ipso ad ęternam vitam suscitanda & glorificanda diutius inobscuret vetustas, aut ex animis Christifidelium deleat obliuio; sed vt potius eis omniū gentium & sęculorum prędicatione dignissimus honor debitus, si non pro ipsorum dignitate ac meritis, saltem pro nostra tenuitate tribuatur: Simulq; excitentur ijdem fideles ad eorum vestigia pro cuiusque captu prosequenda, & ad inuocandam opem illorum, quos & ipsius Ecclesiæ amātissimos & propter religiosæ vitę professionem & obseruationem, castimoniam, sanctitatem, & constantem Christianę fidei confessionem Martyrio consummatam Deo acceptissimos esse intelligimus; ac denique, vt in eorundem veneratione Dei, qui se per os Dauid in sanctis suis laudari præcipit, immensa bonitas glorificetur, & piæ Christifidelium mentes ad eorum memoriam recolendam anniuersaria commemoratione & celebritate admoneātur: Habita prædictorum Cardinalium relatione, de eorum consilio & assensu, auctoritate Apostolica, tenore præsentium præcipimus, vt eorundem sanctorum Martyrum Placidi & sociorum dies festus, quo ipsi bono & legitimo certamine pro Christi gloria absoluto, cursu consummato, fide seruata, nobilissima Martyrij corona decorati ad cælestem patriam migrauerunt, nimirum iij. Non. Octobris in omnibus Christiani orbis partibus sub officio Simplici, in Messanēsi verò ciuitate, diœcesi & prouincia Duplici, & præterea alter dies festus Inuentionis eorundem Prid. Non. Augusti in Ecclesia præfata S. Ioannis Baptistæ Messanensis dumtaxat sub Duplici pariter officio à cunctis personis Ecclesiasticis sęcularibus, ac quorumuis ordinum regularibus, de Communi plurimorum Martyrum, vbi proprium deerit, perpetuò celebretur. Volumusq; vt in Calendario, quo nunc vtimur, sicut in Romano Martyrologio & antea in quibusdam Calendariis habebatur, ad eum diem eorundem Sanctorum nomina ascribantur; etiam si in nouissima Missalis & Breuiarij Romani editione ea fuerint prætermissa. Hortantes vtriusque sexus Christifideles ciuitatis Messanensis incolas, vt eorundem Martyrij diem festum piè ac religiosè colant & obseruent, & sicuti in reliquis diebus festis de præcepto Sanctæ matris Ecclesiæ moris est, à seruilibus operibus abstineant: ac demum ad augendam Christiani populi erga eosdem inclytos Martyres deuotionem, vtq; eò frequentius & ardentiori pietatis studio confluant ad sacra eorum sepulchra, quò vberius cognouerint se per hoc cælestis gratiæ donis esse refectos, de omnipotentis Dei misericordia & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius auctoritate cōfisi, eisdem Christifidelibus verè pœnitētibus, qui peccata sua sacerdotibus idoneis ab Ordinarijs locorum approbatis confessi fuerint, ac sanctissimum Eucharistiæ sacramentum susceperint, & prędictę Inuentionis die festo dictam Ecclesiam, vbi eadem sancta Corpora requiescunt, deuotè visitauerint, atque inibi pias ad Deum preces fuderint, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam & remissionem perpetuò concedimus & elargimur. Quo circa mandamus vniuersis & singulis Venerabilibus Fratribus nostris Patriarchis, Archiepiscopis & Episcopis, cæterisque Ecclesiarum Prælatis, vt præsentes litteras in suis quibuset Prouincijs, Ciuitatibus & locis solemniter publicari; & ab omnibus personis Ecclesiasticis sæcularibus & regularibus vbiq; gentium & locorū inuiolatè obseruari curent. Volumus autē vt earundem præsentiū exempla, etiam impressa, Notarij publici manu subscripta, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutę obsignata, eandē prorsus vbiq; fidē faciant, quā ipsæ præsentes facerēt, si ostenderētur vel exhiberētur. Nulli ergo omnino hominū liceat hanc paginā nostrorum præcepti, voluntatis, hortationis, concessionis, elargitionis, & mandati infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationē omnipotentis Dei, ac Beatorū Petri & Pauli Apostolorū eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ, M. D. LXXXVIII. Id. Nouemb. Pontificatus nostri Anno Quarto.

E. Card. Prodat.

[Margin notes:] Paulus epist. 1. ad Cor. cap. 6. — Summus itaq; Pont. gratias propterea ingētes Deo reddidit. — Dauid Ps. 150. — ut eorum Martyrū festū die 5. Octobris vbique singulis annis, & festū eorū inuentionis in d. ecclesia Messanen. die 4. Augusti celebrari & in Calendariū apponi mandat. — Indulgentiam d. ecclesiæ visitantibus concedit. — Episcopis & alijs mandat, vt hanc constitutionem publicari & obseruari faciant.

Iurisdi-

Anno à Natiuitate Domini, Millesimo quingentesimo octuagesimo octauo, Indictione prima, Die vero xvj. Mensis Decẽbris, Põtificatus Sanctiss. in Christo Patris & D.N.D. Sixti diuina prouidentia Papę Quinti, Anno Quarto: Retroscriptæ litteræ Apostolicæ affixæ & publicatæ fuerũt in valuis Basilicarũ S. Ioannis Lateranen. & S. Petri Principis Apostolorũ de Vrbe, necnõ Cancellariæ Apostolicæ, & aciei Campi Floræ, vt moris est, per nos Hieronymum Lutium, & Io. Baptistam Bagni eiusdem Sanctiss. D.N. Papę Curs. *Publicatio.*

Alex. Parabiachus Mag. Curs.

XXVIII.

Iurisdictio & facultates Illustriss. & Reuerendiss. D. Horatij Burghesij causarum Curiæ Cameræ Apostolicæ generalis Auditoris.

Circa has facultates vide Pij IIII. const. 74. fol. 755. & Pij V. const. 117. fol. 1094. & alias Constitutiones, quas indicaui in Greg. XIII. const. 55. fol. 1271.

De materia Notariorum Tribunalis A. C. vide Pauli II. & aliorum Pont. Constitutiones, quas indicaui in d. Pij V. const. 117.



SIXTVS Episcopus Seruus Seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. Dilecto filio Magistro Horatio Burghesio Clerico Romano vtriusque Iuris Doctori, Cappellano nostro, & causarum Curiæ Cameræ Apostolicæ generali Auditori, Salutem, & Apostolicam benedictionem.

AD generis nobilitatẽ, eximiamq; doctrinam, ac in rebus gerendis experientiam & dexteritatẽ, necnõ fidei & iustitiæ zelum, ac integritatem, singularemq; probitatẽ, necnon cęteras virtutes, quibus clarere dignosceris, nostrę dirigẽtes considerationis intuitum, ac indubiè sperantes, quòd ea quę tibi duxerimus committenda, summa cum prouidentia & exacta diligentia laudabiliter exequeris: dignum, quin potius debitum arbitramur, vt personam tuam condignis honoribus & gratiis prosequamur. Cum itaque nuper officium generalis Auditoratus, seu audientiæ causarum Curiæ Cameræ Apostolicæ, quod nuper dilectus filius noster Augustinus S. R. E. Diaconus Cardinalis Cusanus nuncupatus, tempore assumptionis per nos de persona sua ad Cardinalatus honorem factæ, obtinebat, ex eo quòd nos officium ipsum per assumptionem huiusmodi vacare decreuimus, vacet ad præsens. Nos post longam super hoc habitam discussionem, & maturam deliberationem in te oculos nostræ mentis conijcientes, & de supradictis tuis virtutibus specialem in Domino fiduciam habentes, ac sperantes quòd tu, qui in vtraque signatura nostra Referendarius, & Prælatus domesticus noster, ac de nobili genere ex vtroque parente procreatus existis, dextera Domini tibi assistente propitia, Officium ipsum scies, voles & poteris ad laudem Dei, & vtilitatem multorum fideliter exercere: Teq; pręmissorum meritorum tuorum intuitu specialis gratiæ fauore prosequi volentes, & à quibusuis excommunicationis, suspensionis & interdicti, aliisq; Ecclesiasticis sententiis, censuris & pœnis, à iure, vel ab homine, quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis, ad effectum pręsentium dumtaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutum fore censentes: Necnon singulorum priuilegiorum, indultorum, facultatum, Officio prædicto, ac quarumcumque litterarum, seu scripturarum illi concessorum, & litterarum desuper confectarum tenores præsentibus pro expressis habentes, Motu proprio, non ad tuam vel alterius pro te nobis super hoc oblatę petitionis instantiam, sed mera deliberatione, & ex certa scientia nostra, tibi quoad vixeris officium Auditoratus, seu audientię causarum Curiæ Cameræ Apostolicæ huiusmodi, siue per assumptionem prædictam, seu aliàs quouismodo, quem pręsentibus haberi volumus pro expresso, aut ex alterius cuiuscumque persona vacet, cum officio Correctoris Archiuij Romanæ Curiæ, aliisq; illi annexis, necnon omnibus & singulis illius honoribus, priuilegiis, necnon ex dismembratione & separatione sex millium scuto-

Officium Auditoris Cameræ vacauit per promotionem Augustini Cusani ad Cardinalatus honorem assumptum.

Et illud Pontifex modo confert Illustriss. Horatio Burghesio cum iurisdictionib. & facultatibus & emolumentis infrascriptis.

ſcutorum monetæ Romanæ annuorum ad rationem decem Iuliorum eiuſdem monetæ pro quolibet ſcuto huiuſmodi, ex fructibus dicti Auditoratus officij per nos nuper ex certis cauſis animum noſtrum mouentibus factis, eidem Cameræ, ſeu aliàs applicatorum, prout in noſtris deſuper confectis, ſeu conficiendis litteris continetur, ſeu continebitur, remanentibus iuribus, regalibus & emolumentis conſuetis, ac facultatibus & indultis, necnon decretis, etiam in ordine & modo procedendi in cauſis eidem Auguſtino Cardinali & aliis, qui pro tempore fuerunt cauſarum Curiæ huiuſmodi generalibus Auditoribus, etiam per fel. record. Iulium Secundum, Leonem Decimum, Clementem Septimum, Paulum Tertium, Iulium etiam Tertium, & alios quoſcunque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac etiam nos & Sedem Apoſtolicam ſub quibuſcumque tenoribus & formis, ac cum quibuſuis clauſulis & decretis, tam ſub plumbo, quàm in forma Breuis, & aliàs ex vſu, ſtylo & conſuetudine quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innouatis, Apoſtolica tibi auctoritate concedimus, & aſſignamus; teq; ad tui vitam noſtrum, & pro tempore exiſtentium Rom. Pont. & dilecti filij noſtri Henrici tituli S. Pudentianæ Presbyteri Cardinalis Caetani nuncupati, moderni & pro tempore exiſtentis Camerarij Sanctę Rom. Eccl. & cauſarum Curiæ huiuſmodi generalem Auditorem, cum honoribus, oneribus, priuilegiis, iuribus, regalibus, emolumentis, facultatibus, & decretis prædictis, conſtituimus, & deputamus, ac in locum dicti Auguſtini Cardinalis, quoad huiuſmodi Auditoratus Officium, eiuſq; liberum exercitium, quoad ipſemet vixeris, ſubſtituimus & ſurrogamus.

Iul. ii. cōſtitutio iſta habetur in Bull. magno fol. 159. & 164. Leon. x. eſt fol. 170. & 238. Paul. iii. eſt fo. 377. & 380. Iul. iii. eſt fol. 518. Aliorumq; Pont. cōſt. indicaui in d. cōſt. 55. Greg. xiii fol. 1272.

2 Facultas immiſcēdi ſe i criminalib⁹ abſq; irregularitatis, & aliarū nota, dūmodo ſentētia vel votū ſanguinis ipſe nō ferat.

2 Indulgentes, quòd te quouis modo immiſcendo in criminalibus, etiam vbi pœna ſanguinis & vltimi ſupplicij imponenda foret, ſeu imponeretur, nullam propterea cenſuram Eccleſiaſticam, aut irregularitatis, vel inhabilitatis cuiuſcumque notam & impedimenta, vllatenus incurras: dummodo ſententiam, vel votum ſanguinis, per te ipſum non feras.

3 Facultas cognoſcendi cauſas p Locumtenentes.

3 Tibiq; per te, vel alium, ſeu alios idoneum, vel idoneos Locumtenentem, ſeu Locumtenentes, ac Officiales tuos, vel Vicegerentes, quos & quomodo pro tempore duxeris aſſumendos, aut deputandos, de omnibus & ſingulis cauſis, modis & formis præſcriptis expreſſis cognoſcendi & decidendi facultatem concedimus.

4 Facultas procedēdi ſol⁹ priuatiuè, quoad alios iudices i oblig. io forma Cam. iuris guarentigiæ Ripæ, Ripettæ, & aliis, i qb⁹ abſq; oblig. io forma Cam. & ſimili, pterq̄ inter Ciues Rom. inter quos ſeruari debet Motus proprius Pii 4. q eſt i Bull. magno f. 753. vbi notaui, & etiā exceptis obligationib⁹ depēdētib⁹ a litibus aliorum Tribunalium.

4 Ita vt tu, tam in cauſis obligationum in forma Camerę celebratarum, quàm in forma iuris Guarentigiæ, vel Ripæ & Ripettæ celebratis, ac etiam in aliis obligationibus, in quibus etiam abſque obligatione in forma Cameræ debitores conſentiunt in mandatum executiuum vnica, vel ſine citatione, & quarum obligationum, vel conſenſuum vigore, in alijs Tribunalibus executiuè, per relaxationem mandatorum proceditur, quouis modo ſolus, præterquam inter Ciues Romanos, inter quos priuilegium, ſeu conſtitutionem vltimo loco per pię mem. Pium Papam Quartum etiam prędeceſſorem noſtrū deſuper in fauorem Populi Romani, motu proprio factam, ſeruari volumus. Alij vero quicumque etiam Romanæ Curiæ Iudices in ſimilibus cauſis, nullatenus, nulloq; modo procedere poſſint: Ac de omnibus & ſingulis obligationibus in forma Camerę vbiuis locorum, & inter quaſcumque perſonas factis & faciendis, ijs dumtaxat exceptis, quę in dependentibus à litibus & cauſis in eadem Camera, aut coram aliis Iudicibus pro tempore introductis factæ, ſeu receptę fuerint, & tunc non per viam cenſurarum, ſed per viam mandati executiui cognoſcas.

5 Facultas reaſſumēdi cauſas dictarū obligationū a qbuſcūque Iudicibus, pterq̄ cōmiſſas per ſpeciale reſcriptum de eis mētionē faciētis, & cauſas Curię Capitolii inter Ciues Rom. verten. iuxta d. Motū propriū Pii iiii.

5 Ita vt quaſcumque cauſas, quæ de cætero perpetuis futuris temporibus in eadem Curia ſuper ipſis obligationibus, aliiſq; omnibus prædictis, in alio, quàm prędicti Auditoris Tribunali, prętérquam in vim ſpecialis commiſsionis noſtrę, de dictis obligationibus ſpecialem mentionem facientis motæ fuerint, in illarum ſtatu, gradu & terminis, in quibus reperientur tua ordinaria auctoritate, exceptis dumtaxat cauſis Curiæ Capitolij contra dictos Ciues Romanos pro tempore iuxta formam dicti priuilegij motis reaſſumere.

6 Inhibendo Iudicibus, quibus ſunt commiſſæ, ac coram quibus illæ pendebant, ne in eis, aut de illis quoquomodo, aut quouis quæſito colore directè, vel indirectè ſe intromittere; Itidemq; omnibus, & quibuſcumque Iudicibus, eorumq; Locumtenentibus & Auditoribus, tam Eccleſiaſticis, quàm ſecularibus, ne in executionibus, ac proceſſibus

cessibus prædictarum obligationum & contractuum, de cætero contra tenorem præsentium ad instantiam cuiusuis personæ, Collegij, Vniuersitatis, Capitulorum & quorumuis priuilegiatorum sub excommunicationis latæ sententiæ, indignationisq; nostræ pœnis, ac partibus ipsis, Notariis, Procuratoribus, Sollicitatoribus, Executoribus, Officialibus sub eisdem censuris & pœnis, ac priuationis Officiorum suorum, & inhabilitatis ad illa in posterum, necnon quingentorum ducatorum Fisco, & eidem Cameræ nostræ applicandorum, refectionisq; expensarum partibus arbitrio tuo, & nullitatis processuum, quouis modo directè, vel indirectè se intromittere præsumant; & quicquid secus super his contigerit attentari, irritum & inane decernendo.

7 Præterea solus vigore dictarum obligationum censuras Ecclesiasticas promulgare.

8 Necnon omnes & singulas spirituales, Ecclesiasticas, & profanas, ac quorumuis etiam dictæ Romanę Ecclesiæ Cardinalium, eorumquè, & nostrorum Familiarium continuorum commensalium, necnon quorumcumque Prælatorum in ipsa Curia degentium, ac etiam Imperatoris, Regum, Principum, ac Communitatum, & Vniuersitatum, Oratorum, necnon dictæ Curiæ Officialium eandem Curiam sequentium, & familiarium eorundem, & ipsius Curiæ Causarum huiusmodi Auditoris Notariorum, & eorum familiarium, Campsorum quoque & quorumuis Mercatorum, ac Pensionum annuarum super fructibus, redditibus & prouentibus Ecclesiasticis assignatarum, etiamsi earum solutio non sit in prædicta Curia, sed in partibus facienda.

9 Et quascumque alias etiam commissarias causas tam ciuiles, quàm criminales, & mixtas coniunctim, vel diuisim in eadem Curia quomodocumque & qualitercumque motas & mouendas, & inter quascumque partes etiam per viam inquisitionis, aut ex officio quomodolibet pendentes, & quæ per appellationem à grauaminibus illatis, & inferri comminatis, seu sententiis diffinitiuis, vel interlocutoriis à quibusuis Iudicibus ordinarijs & arbitris, atque arbitratoribus in Curia & Vrbe prædictis (Vicario nostro, ac Gubernatore, & Senatore Vrbis prædictæ ac Iudicibus Capitolinis dumtaxat exceptis) & extra eas, à quibuscumque Iudicibus ordinariis, vel delegatis seu arbitris, vel arbitratoribus, ac etiam dictæ Sedis Legatis, & eorum Vicelegatis in terris eidem Rom. Ecclesiæ mediatè vel immediatè subiectis, aut alijs earum Gubernatoribus vel Officialibus & quibusuis in feudum, seu Vicariatum, aut aliàs quomodolibet concessis pro tempore latis, & promulgatis interpositam seu aliàs ad eandem Sedem etiam per viam reclamationis iudicialis vel extraiudicialis, aut nullitatis, vel recursus à quibuscũq; sententiis quorumcumq; ordinariorum etiam extra statum Ecclesiæ hactenus deuolutę sunt, & in posterum deuoluentur.

10 Eas videlicet in quibus non agetur vltra summam ducentorum ducatorum auri de Camera, aut de re verum prędictę summę valorem non excedente, seu quę inter & contra Mercatores dictę Curię pro quibuscumque negociis ad quamcumque summam ascẽdant, & pro Notariis tuis, ac inter & contra ipsos, & eorum familias pro tempore vertantur, summariè, simpliciter, & de plano sine strepitu & figura iudicij, sola veritate inspecta etiam manu Regia absque obseruatione terminorum, qui de stylo, seu ordinatione Palatij Apostolici aut aliàs obseruari consueuerunt, etiam priuatiuè quoad alia Tribunalia.

11 Aliàs verò summam prędictam, aut illius valorem excedentes, & inter ac cõtra alios quàm Mercatores vertentes seruatis terminis, & aliàs summariè prout in beneficialibus. Eisdemque terminis quomodocumque malè & nulliter, pręposterè, ac confusè tentis, pro minore partium dispendio etiam vnico contextu, citatione, & audientia reiteratis etiam per affixionem citationis pro tempore faciendę ad valuas habitationis ipsorum citandorum quoad obligatos in forma Cameræ, seu Guarentigię, Ripę & Ripettę, ac aliis supradictis formis executiuis, & quoad alios aliter obligatos, vbi non agetur de maiori, quàm de viginti ducatorum summa, audire, cognoscere, decidere, & fine debito terminare.

12 Necnon de omnibus & singulis quibuscumque & quantumcumque enormibus criminibus, delictis & excessibus tam in Vrbe & curia pręfatis, quàm extra eas per quoscumque tam eiusdem curię officiales atque Sedis, quàm dictam Sedem sequentes, & alios

7 Facultas vigore taliũ obligationũ censuras Ecclesiast. promulgandi priuatiuè quoad alios.

8 Causas Cardinaliũ, eorũq; & Papæ Familiariũ, Prælatorũ in Curia degẽtiũ Principũ, Imperatoris, Regum, & Cõitatum, Oratorũ, officialiũ Ro. Cu. Notariorũ huius Auditoris, Cãpsorũ, Mercatorũ, & Pensionũ, etiã alibi soluẽdarũ cognoscendi.

9 Appellationũ quoq; causas à quibuscũq; iudicibus, & arbitris i Curia, & Vrbe, (Vicario, & Gubernatore, & Capitolinis exceptis) & extra Curiã a quibuscũq; iudicib. latis ĩ terris S. R. E. subiectis interpositarũ cognoscẽdi. Hoc vltimum intellige vt in Pii 4. cõst. 74. fol. 755. & Pii V. const 117. fol. 1024.

10 Facult. procedẽdi summariè, & manu regia in causis nõ excedẽtibus valorẽ 200. duca. & ĩ causis Mercatorũ Curiæ, Notariorũ tribunalis, & eorũ familiariũ vsq; ad quamcumq; summã, etiã priuatiuè quoad alios Iudices.

11 Facultas cognoscẽdi alias cãs seruatis terminis, & illis male seruatis, vnico cõtextu reiteratis & alias prout in beneficialibus.

12 Facul. cognoscendi cãs quorũcũq; delictorũ in Curia & extra per Officiales Sedis Apostol. vel exẽptos à iurisdictione Ordina-

alios etiam à iurisdictione Ordinariorum exemptos, & dictæ Sedi immediatè subiectos cuiuscumque Ecclesiasticę vel mundanę dignitatis etiam Episcopalis, vel maioris, & per quoscumque alios cuiuscumque status, gradus, ordinis, vel conditionis fuerint, perpetratis vel perpetrandis, tam ad Procuratoris Fiscalis denunciationem, & promotionem, quàm etiam partium accusationem, vel etiam instigationem, seu ex mero officio, & quoad omnes priuatiuè perpetratis per Notarios tuos, ac substitutos & alios in eorum officiis & intus ea solum inquirere, & super illis tam per viam inquisitionis, quàm accusationis, seu denunciationis & instigationis huiusmodi procedere; & culpabiles repertos, iuxta suorum excessuum exigentiam & qualitatem quouis modo punire.

13 Dummodo monitoria contra Episcopos vel eorum Superiores ad comparendũ personaliter nisi præuia commissione manu nostra signata non decernas.

14 Necnon quascunque litteras Apostolicas generales, vel particulares, tam sub plumbo, etiam per officium Audientiæ nostrarum litterarum contradictarum, ac etiam per officium minoris gratię expeditas, quàm in forma Breuis, & quarum solam signaturam sufficere concessum fuit, supplicationes per nos & pro tempore existentes Rom. Pont. aut in eius, seu nostri præsentia signatas, necnon litteras pro tempore existentis Camerarij & Pęnitentiarij maioris nostrorum, dummodo in illis & litteris Apostolicis prędictis alij executores deputati non fuerint solus; in quibus verò deputati erunt, accumulatiuè cum illis exequi, & super illis processus debitos in forma solita, etiam cum promulgatione censurarum in similibus promulgari solitarum decernere.

15 Ac tuarum per te, tuosq; Locumtenentes, seu quosuis alios tam Ecclesiasticos & seculares Iudices, & tam delegatos quàm subdelegatos, ac etiam causarum prædicti Palatij Apostolici Auditores, vel nos, aut Roman. Pontifices pro tempore existentes tam in specie, quàm in genere, ac aliàs quomodolibet in eadem Curia pro tempore latarum sententiarum, necnon quorumcumque processuum generalium, vel specialium tam in die Cœnæ Domini, quàm aliàs eum censurarum & pœnarum Ecclesiasticarum fulminatione fieri solitorum executionem: quas etiam si delegatis, vel subdelegatis prædictis, aut quibusuis aliis, etiam specialiter per nos, & Sedem prędictam commissæ fuerint prędicto Auditori, accumulatiuè & non priuatiuè commissas esse volumus, atque decernimus; seruatis terminis in Tribunali Auditoris huiusmodi seruari solitis, etiã singulis diebus & horis, prout in ordinariis consuetum erat facere, illasq; & illos debitę executioni etiam si opus fuerit cum auxilij brachij secularis inuocatione demandare.

16 Et quascumque Communitates, Vniuersitates, Collegia, Capitula, necnon etiam extra dictam Curiam degentes personas pro debitis per eos in eadem Curia contractis, aut salario, seu contractu in dicta Curia inito; degentes verò in eadem Curia, seu Curiales Ecclesiasticos, seculares, vel regulares etiam ab ipsa Curia absentes cuiuscumque status, gradus, ordinis, dignitatis etiam Pontificalis conditionis, vel prçeminentię existentes pro quibusuis rebus & pecuniarum summis ad quorumuis etiam absentium, quorum intererit pro tempore instantiam quoties expedierit, etiam per Edictum publicum constito summariè & extraiudicialiter de non tuto ad eos accessu, ad satisfaciendum de eorum debitis, & præstanda ea ad quæ pro tempore tenebuntur monere, & citare.

17 Ac litteras quascumque remissoriales & compulsoriales tam generales quàm speciales, vbi & quoties opus fuerit, arbitrio tuo decernere.

18 Necnon etiam in vim constitutionis Eugenianæ in fauorem Curialium emanatæ, ac Leoninæ, & cuiuscumque illius extensionis inhibere.

19 Ac monitoria, citationes, & inhibitiones ad partes etiam per simile edictum decernere, eos quoque arrestare & carcerare, ac si tibi videbitur, quascumque pœnas & mulctas simili arbitrio dimittere & relaxare, ac pro delictorum & excessuum, necnon criminum qualitate eis per te, tuosq; locatenentes infligere & imponere.

20 Necnon quoslibet inobedientes excommunicare, & à diuinis suspendere generaliter, vel specialiter interdicere, ac sententias, censuras, & pœnas Ecclesiasticas pro te, & tuos locumtenentes pro tempore latas etiam iteratis vicibus aggrauare. Et quòd à te, vel locumtenentibus prædictis pro tempore excommunicati, seu aliàs censurati, ab

aliis

---

riorũ, & si Epi vel maioris dignitatis fuerit, & ẽt p Not. Tribunalis, & substitutos & alios in eorũ officiis priuatiuè quoad alios in hoc vlt. cap. Notariorum.

13 Monitoriaq; contra Epõs ad personaliter cõparẽdũ præuia Sãctissimi cõmissione decernendi.

14 ut solus litteras Apostol. Camerarij, & Pœnitentiarij, vbi alius datus nõ est, vbi verò alij dati sint, accumulatiuè cũ eis exequendi.

15 Sententias quoq; Tribunalis, ac alias p quoscũq; latas à Curia, & processus generales & speciales etiã si aliis executio cõmissa sit, accumulatiue executioni demandandi.

16 Cõitates & alios extra Cu. degẽtes pro cõtractibus in Curia initis, & cõtra degentes in Cur. vel Curiales, etiã absentes pro quibuscũq; rebus, seu pecuniarũ summis monẽdi, & citandi, & eorũ causas cognoscendi.

17 Remissorias & cõpulsorias eiꝰ arbitrio decernendi.

Quod limitatur quoad Fiscũ vt in d. Pii iiii. const. 74.

18 In vim Eugenianę, & Leoninę pro Curia lib. inhibẽ. trahẽtib. Curiales extra Curiam.

Quod intellige vt in d. Pii iiii. const. 74.

19 Monitoria, & citationes, etiã per edictũ ad partes decernẽdi, carcerandi, & puniendi.

aliis quàm ab Auditore, vel Locumtenente prędictis huiusmodi etiam de partium consensu, pręterquam in mortis articulo constituti, absolui non possint ad euitandas collusiones statuere.

21 Excõicatos ab aliis absoluẽdi, & iterdicta in dieb⁹ Paschalibus & Natalitiis cum reincidẽtia relaxãdi.

21 Et cum tibi visum fuerit expedire Communitates, Vniuersitates, Collegia, Capitula & personas quascumque à quibusuis sententiis censuris & poenis, ac mulctis Ecclesiasticis spiritualibus, vel temporalibus, per alios videlicet quàm per te & Curiam tuam inflictis, in diebus Paschalibus & Natalitiis cum reincidentia absoluere: necnon sententias, censuras & poenas, ac mulctas huiusmodi & quęcumque interdicta suspendere, tollere & eis relaxare.

22 Post mortẽ debitoris obligationes i for. Cam. quoad illius bona exequendi. Ad quod vide declarationem in d. Pii V. constit. 217.

22 Necnon obligationes in forma Camerę etiam post mortem debitoris quoad illius bona tantum, etiam per viam confessionis debiti per aliquem ex procuratoribus in qualibet obligatione constitutis more solito facienda, & hęredibus legitimè citatis, seu aliàs arbitrio tuo exequi & executioni demandari facere.

23 Concessio omniũ faculta tũ quomodolibet aliis Auditorib⁹ Cam. prędecessorib⁹ concessarum. Ad quod vide multoru Pont. constitutiones quas sup. in rubrica indicaui.

23 Et generaliter omnia, & singula quę ad officium Auditoris causarum Curię huiusmodi de iure, vel ex priuilegio, aut vsu, seu litteris, & consuetudine prędictis olim spectabant, & quæ illi qui pro tempore fuerunt causarum Curiæ huiusmodi Auditores ex concessis eis facultatibus facere, decernere, mandare, statuere, ordinare & exequi quomodolibet poterant, seu consueuerant facere, dicere, mandare, statuere, ordinare & exequi valeas, habituri ratos & gratos processus, ac sententias, quas tu & locumtenentes tui prædicti pro tempore habuerint & tulerint, ac reliqua omnia quæ in pręmissis & circa ea, aut quodlibet eorum fecerint, dixerint, mandauerint, statuerint & ordinauerint, & facturi ea omnia auctore Domino ab omnibus vsque ad satisfactionem condignam inuiolabiliter obseruari.

24 Cõfirmatio & innouatio priuilegiorũ Iulii II. Leonis X. & aliorũ Pontificũ, aliis Auditorib⁹ cõcessorũ. Ad quod vide easdem constitutiones.

24 Insuper eisdem auctoritate & potestatis plenitudine tam piæ mem. Iulii Secundi, & Leonis Decimi, aliorumq; Roman. Pont. prædecessorum nostrorum litteras huiusmodi, quàm omnia & singula priuilegia, indulta, facultates, iurisdictiones & gratias officio Auditoratus & Auditoribus prædictis, quomodolibet concessa, ac cum omnibus & singulis in eisdem contentis clausulis singulas denique desuper confectas litteras, quarum omnium & singularum litterarum præfatarum huiusmodi tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur præsentibus haberi volumus pro expressis, approbamus, confirmamus & innouamus, ac perpetuæ firmitatis robur obtinere & inuiolabiliter obseruari debere decernimus, illaq; omnia & singula ad officium Auditoratus, & Auditorem pro tempore perinde, ac si eis specialiter, & expressè concessa, & pro eis, seu in illorum fauorẽ statuta & ordinata fuissent, extendimus, & ampliamus.

25 Declaratio q͂d dilationes, & alternatiuæ vigore ca. Peruenit, & Odoardus, & aliæ moratoriæ, per Camerariũ, Clericos Cameræ, & alios quoscũq; concessæ nullatenus prosint obligatis i forma Cameræ. De materia alternatiuarũ vide Clem. 7. cõstit. 31. fo. 335.

25 Quodq; Constitutiones, quę Odoardus. &, Peruenit, incipiunt, & quæuis alternatiuæ, seu moratoriæ & dilationes, etiam falinariæ per quoscumque etiam eiusdem Romanę Ecclesiæ Cardinales, Clericos Cameræ, ac illius Camerarium pro tempore decretæ, quoad obligatos vt supra, tam respectu bonorum quàm personarum, nullatenus prosint. quinimo obligationes prędictę debitę executioni demandentur, etiã post mortem debitoris, quoad bona.

26 Commissio appellationis non faciẽn. mẽtionẽ de forma Cam. & causæ discussionũ nõ retardãt executionẽ, oblig. Cam. si p creditores pr̃stita fuerit cautio i forma depositi de restituẽ. prioribus & potiorib⁹.

26 Et non obstante quacumque appellatione, & superinde obtenta commissione, de huiusmodi obligatione expressam mentionem non faciente, aut discussione hæreditatis vbilibet pendente, si per creditores data fuerit idonea cautio in forma depositi, de restituendo id quod receperint prioribus, & potioribus creditoribus in euentum succumbentiæ.

27 Præcedẽtia A. C. i Capella Papæ & alibi.

27 Quodq; tu in Capella, & in reliquis actibus tam publicis quàm priuatis primum locum post eundem Gubernatorem, & Oratores Principum, si Prælati fuerint, habeas indulgemus, statuimus, volumus, & ordinamus. Necnon contradictores, & rebelles tibiq; in præmissis non parentes opportunis iuris remedijs compescendi, & ad id si opus fuerit, auxilium brachij secularis inuocandi, cęteraq; in pręmissis, & circa ea quomodolibet necessaria, & opportuna tam in dicta Vrbe nostra, quàm vbique locorum faciendi & exequendi iuxta facultatem aliàs per recolendæ mem. Gregorium Papam Tertiumdecimũ similiter prædecessorem nostrum dilecto filio nostro Hieronymo S. R. E. Diacono Cardinali Matthæio nuncupato, tunc officium Auditoratus huiusmodi obtinenti, ac etiam

nos eidem Augustino Cardinali, deinde attributam plenam & liberam auctoritate & tenore præmissis concedimus facultatem.

28 Faculras miserabiles personas in causis discussionũ prefereñdi creditoribus etiam anterioribus vsq; ad summã scutorum 50. Ad quod vide Pij V. cost. 190. fol. 1196.

28 Ac etiã statuimus & ordinamus, quòd si in causis in tuo Tribunali, tam motis quàm in futurum mouendis comparuerint creditores vsque ad summam quinquaginta scutorum inclusiuè pro quolibet: qui verè sint miserabiles personæ, eis de eorum credito, etiam quòd non sint priores, aut potiores satisfieri possit, ac debeat. Mandantes propterea tibi, quatenus constito tibi prius, etiam summariè, & extraiudicialiter, & quantum tibi sufficere videbitur de præmissis paupertate & miseria, dictos pauperes ad satisfactionem eorum crediti admittas, eisq; satisfieri mandes & facias realiter & cum effectu, super quibus tibi plenam & liberam facultatem cum simili potestate quoscumque vbi & quando, ac quoties opus fuerit, etiam per edictum publicum, constito summariè & extraiudicialiter de non tuto accessu, ac etiam sub Ecclesiasticis sententiis, censuris & etiã pecuniariis aliisq; pœnis imponendis, moderandis, & applicandis, citandi, monendi, & inhibendi, & in euentum non paritionis declarandi, aggrauandi, reaggrauandi, excommunicandi, interdicendi, auxiliumq; brachij secularis si opus fuerit inuocandi, necnon perpetuum desuper silentium omni, & quacumque appellatione & recursu remotis imponendi, omniaq; & singula alia in præmissis, & circa ea necessaria, seu quomodolibet opportuna faciendi, gerendi, & exercendi, iuxta concessionis eiusdem Gregorij Papę XIII. prędecessoris desuper ipsis Hieronymo, & etiam nostræ vt præfertur, Augustino Cardinalibus factę tenorem concedimus, & impartimur.

29 Facult. procedendi super cãbiis siccis & illicitis iuxta for. const. Pii IIII. 14. quam habes fol 910.

29 Et postremò tibi omnes, & quascumque causas, vt tam per te, quàm locumtenentes tuos super omnibus, & singulis articulis, negociis, & causis in Constitutione Motuproprio per dictum Pium IIII. prædecessorem pro pecuniis ad cambium, & recambium vsurariè, & malo modo per mercatores dictæ Vrbis accipiendis facta, contentis, & dependentibus ab eis, prout pro singulorum casuum circumstantiis, aliàs de iure tibi faciendũ videbitur, non obstante facultate Motuproprio per eundem Pium IIII. prædecessorem huiusmodi in fauorem Gubernatoris Vrbis concessa partibus iustitiam administres, ac in causis ipsis non tanquam specialis Commissarius, sed prout solet in similibus causis iuxta tuarum facultatum tenorem, & ordinarium Curiæ tuæ stylum procedas cum potestate citandi, & inhibendi, & quascumque inhibitiones per dictæ Vrbis Gubernatorem decretas reuocandi, & criminalitates contra mercatores tollendi, aliasq; & alia quę in pręmissis, & circa ea fuerint necessaria & quomodolibet opportuna faciendi, & aliàs in omnibus, & per omnia iuxta concessionis per dictum Pium IIII. bo. mem. Flauio Cardinali Vrsino nuncupato, & deinde per sanctę mem. Pium Papam V. etiam bo. mem. Alexandro Cardinali Riario, & postremò per Gregorium prædecessores huiusmodi Hieronymo, ac nos Augustino Cardinalibus tunc temporis causarum Curiæ eiusdem Cameræ generalibus Auditoribus factæ tenorem auctoritate, & tenore similibus committimus, & mandamus.

30 Excõmunicantur Iudices & alii facultatibus A.C. contrauenientes, q non possint absolui nisi a Papa preterquam in mortis articulo.

30 Mandantes propterea & districtius inhibentes quibusuis Iudicibus, & personis quocunque nomine nuncupatis, ac quouis priuilegio munitis, etiam si eiusdem S.R.E. Cardinales fuerint, sub indignationis nostrę pœna, ac interdicti, necnon excommunicationis sententijs, quas si secus fecerint, eo ipso incurrant, & à quibus, præterquam in mortis articulo constituti, aliàs quàm à Roman. Pont. pro tempore existente absolui non possint, ne in obligationibus supradictis, illarumq; exequutionibus, aut allis præmissis contra earundem præsentium tenorem quomodolibet, nisi vt præfertur, se intromittere, aut te, vel locumtenentes prædictos super pręmissis molestare præsumant.

31 A.C nõ potest ab officio Auditorat⁹ ex quauis causa inuitus amoueri, & emolumẽta ex dismembratione sex millium scutorum remanentia nõ possunt imminui.

31 Et quia tu in nostram dictęq; Sedis subuentionem pro pretio emolumentorum dicti officij Auditoratus sexaginta millia scuta monetæ de decem Iulijs pro quolibet scuto huiusmodi soluere promisisti, ac realiter, & cum effectu persoluere incœpisti. Nos propterea te ab eodem Officio Auditoratus tua vita durante per nos vel successores nostros Rom. Pont. pro tempore existentes, aut Sedem & Cameram prædictas etiam ex quauis causa inuitum amoueri non posse, nec illud, eiq; assignata & remanentia, ex dismembratione sex millium scutorum monetæ annuorum, ad rationem decem iuliorum pro quolibet scuto huiusmodi vt supra à nobis facta, prout in desuper confectis, vel conficiendis

litteris

litteris continetur, vel continebitur, quas præsentibus, etiam si de verbo ad verbum inserta forent, haberi volumus pro expressis, iura, regalia, emolumenta, cęteraq; supradicta in toto vel in parte imminui vel subtrahi posse volumus & mandamus.

32 Quinimo officium Auditoratus huiusmodi ad tres annos à data præsentium computandos per tui obitum minimè vacare, sed tui interea decedentis successorem ad soluendum tuis hęredibus, siue ex testamento, siue ab intestato, & non alteri integrum eiusdem officij pretium sexaginta millia scutorum prędictorum teneri; ita quòd totum illud integrum pretium debeat omnino peruenire ad eosdem hæredes, & non ad Cameram prædictam, vel alios quoscumque, & non obstante quacumque præsentium reuocatione siue per nos, siue per successores nostros in futurum, quouis modo facienda, etiam per viam legis, seu regulæ generalis Cancellariæ, quę in hoc casu nulla sit & inualida; & hanc concessionem nostram huiusmodi minimè comprehendat, etiam si verbis quantumuis generalibus & vniuersalibus concepta sit: quia tibi & tuis, vt præfertur, hæredibus hoc speciale priuilegium ita concessum esse volumus, etiam in vim contractus specialiter inter nos & dictam Cameram ex vna, ac te ex altera partibus initi, vt per quamcumque generalem, seu vniuersalem Constitutionem, sub quibusuis verbis conceptā, etiam cum clausula quòd tenores habeantur pro expressis, nullatenus id reuocatum censeatur, seu ei in aliquo derogatum, ipsiq; hęredes ad huiusmodi pretium sexaginta millium scutorum, & pro illo ad officium Auditoratus huiusmodi vsque ad integram dicti pretij solutionem directam habeant actionem, ac eos & non alios super pretio huiusmodi quale, & quantumcumque fuerit, cum persona nobis vel successoribus nostris prędictis beneuisa ad dictum Auditoratus officium pro tempore deputanda, antequam ad illud deputetur, liberè & licitè conuenire & contrahere, neque personam deputandam huiusmodi, antequam de dicto pretio, vt pręfertur, integrè satisfecerit, possessionem officij Auditoratus huiusmodi, seu illius exercitij apprehendere, nec eum, aut alium quempiam illud interim, etiā per modum prouisionis nisi de fructibus, & redditibus, ex illo quomodolibet prouenientibus hæredibus & aliis præfatis re ipsa responditerit, & eorundem hæredum ad id accesserit assensus, exercere posse; necnon te intra spatium eorundem trium annorum de dicto pretio, seu officio per viam legati, donationis, etiam causa mortis, testamenti, seu alterius cuiuscumque vltimæ voluntatis, seu etiam cuiusuis contractus inter viuos in toto, vel parte in vnius vel plurium & diuersarum personarum fauorem disponere & ordinare, illudq; transmittere & transferri, etiam ab intestato dicta auctoritate vigore earūdem præsentium liberè & validè posse, nec fructus ex eodem Auditoratus officio pro tēpore perceptos in sortem illius precij connumerari, neque te, ac tuos hæredes prędictos super his & aliis omnibus prędictis per S. R. E. Camerarium, & Vicecamerarium, ipsamq; Cameram, ac illius Thesaurarium, Clericos, Præsidentes, & Commissarios, ac nostrum, & pro tempore existentem Datarium, vel quoscumque alios quauis auctoritate fungentes, quouis prætextu, etiam nomine & actione spoliorum, vel aliàs quomodolibet molestari, aut inquietari debere declaramus, etiam si officium Auditoratus huiusmodi, ex fructibus, redditibus, & prouentibus Ecclesiasticis emptum fuerit, & sexaginta millium scutorum huiusmodi summam longè maiorem excederet, & ad quamcumque etiam notabilissimam summam ascenderet, quam totam & integram, tam tibi, quàm alteri qui tibi in ea ex resignationis causa mediatè, vel immediatè successerit, ac etiam te infra dictos tres annos vita functo, tuis hæredibus & successoribus prædictis inter viuos, & irreuocabiliter donamus & liberaliter remittimus, ac totum integrum pretium prędictum qualecūq; & quantumcumque fuerit tuum, & te infra dictos tres annos decedente, hæredum prædictorum omnino esse volumus.

32 Officiū huiusmodi nō vacat per trienniū, sed integrum pretiū eius hæredibus & successoribus etiā ab intestato debetur, ac ad ipsos spectat & ptinet.

33 Et nihilominus pro tua, tuorumq; hęredū, ac in officio Auditoratus huiusmodi successorum prędictorum securitate & indemnitate, ac omnium & singulorum prædictorum obseruatione & executione, etiam nomine & loco damnorum, & interesse, quæ te, tuosq; pro hæredes & successores huiusmodi pati contigerit, ac de & pro euictione generali & particulari defensione manutentione & confirmatione perpetuis, & aduersus quascumque personas ius quomodolibet desuper habentes, seu habere nunc & pro tempore prætendentes omnia & singula eiusdem Cameræ iura, res, & bona quæcumque tam præsentia,

33 Obligatio omniū bonorū Sedis & Cameræ Apost. pro securitate ipsi A. C. & eius hæredum.

quàm

quàm futura ne dum generaliter, verùmetiam ſpecialiter & expreſſe in ampliſſima Cameræ forma cum omnibus & ſingulis clauſulis, decretis, ac cautelis in ſimilibus apponi ſolitis & conſuetis latiſſimè extendendis, & interpretãdis tibi, tuiſq; hæredibus & ſucceſſoribus prædictis obligamus, & hypothecamus.

34 Cõdonatio maioris pretii de iſto officio forſan reperiẽdi.

34 Necnon quatenus pro conſequendo dicto Officio ab aliis maius pretium dicta ſumma Sexaginta millium ſcutorum quandocumque reperta fuerit, vel reperiri contigerit, illud omne & totum cuiuſcumq; quantitatis & ſummæ fuerit, etiam ſi dimidiam, vel maiorem partem iuſti pretij excedat, tibi gratioſè & irreuocabiliter, ac perpetuò, etiam donatione inter viuos remittimus & condonamus.

35 Clauſulæ præſeruatiuæ.

35 Decernentes præſentes litteras ad probãdum plenè, quòd eadem omnia in noſtram, ac Sedis & Cameræ prædictarum ſubuentionem conuerſa fuerint, aliaq; pręmiſſa vbique tam in iudicio quàm extra ſufficere, nec ad id alterius probationis adminiculum requiri, ac nullo vnquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis, ſeu nullitatis vitio, aut inrentionis noſtræ, vel alio quouis defectu, etiam ex eo quod intereſſe forſan habentes, ad id vocati non fuerint, vel ex quauis alia cauſa quantumuis legitima vrgenti & iuridica, etiã neceſſariò exprimenda notari, impugnari, inualidari, ad terminos iuris reduci, & in ius, ac controuerſiam reuocari, aut aduerſus illas quodcumque iuris, facti, vel gratiæ remedium impetrari poſſe, minuſq; ſub ſimilium vel diſſimilium gratiarum reuocationibus, etiã ſub ea per quam in principio aſſumptionis cuiuſlibet ad ſummi Apoſtolatus apicem reuocantur facultates percipiendi, pretia officiorum in toto, vel in parte ſuſpenſionibus, limitationibus, aut aliis contrariis diſpoſitionibus per quemcumque Rom. Pont. de officiis vacaturis, etiam in vim contractus, & ex titulo oneroſo, ac ſub quacumque verborum forma pro tempore factis, ſeu ſub quibuſuis conſtitutionibus, decretis & declarationibus generalibus, & ſpecialibus quomodolibet editis & edendis, ac factis & faciendis, etiam cum quibuſuis, etiam derogatoriarum derogatoriis, verborumq; expreſſionibus, quantumcumque prægnantibus comprehendi: ſed ſemper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum, & eum in quo antea, quomodolibet erant ſtatum reſtitutas, repoſitas, & plenariè, etiam ſub quacumque data per te, tuoſq; hęredes & ſucceſſores pr̨edictos eligenda reintegratas, & de nouo conceſſas, validaſq; & efficaces fore, & eſſe, vimq; validi & efficacis contractus inter nos & ipſam Camerã ex vna, ac te tuoſq; hęredes & ſucceſſores prædictos ex altera partibus ritè & rectè initi & ſtipulati, ac etiam vtrinque iurati habere; & perpetuò obtinere, dictamq; Cameram te, tuoſq; hæredes & ſucceſſores præfatos in iuribus huiuſmodi tuendos, & ab omni incommodo, damno, læſione, lite, cauſa & controuerſia immunes, indemnes & exemptos conſeruandos teneri & obligatam eſſe, ac fore.

36 Decretũ Irritans.

36 Sicq; & non aliter per quoſcumque Iudices & Commiſſarios ordinarios, vel delegatos, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales in quauis inſtantia, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate & auctoritate iudicari & diffiniri debere, ac ex nũc irritum & inane, nulliuſq; roboris vel momenti, quicquid ſecus ſuper his & circa ea, quauis auctoritate, etiam à nobis, aut ſucceſſoribus noſtris Rom. Pont. pro tempore exiſtentibus ſcienter vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

37 Mandatur Cardinali Camerario, vt immittat in poſſeſſionem ipſum A. C.

35 Quocirca pr̨edicto Henrico Cardinali & Camerario, per Apoſtolica ſcripta, pari motu mandamus, quatenus per ſe, vel alium, ſeu alios te, vel procuratorem tuum nomine tuo in corporalem, realem & actualem poſſeſſionem officij Auditoratus & annexorum, iuriumq; & pertinentiarum, ac priuilegiorum & facultatum pr̨edictarum, ſeu quaſi: auctoritate noſtra inducat & defendat inductum, amoto exinde quolibet illicito detentore, faciens te, vel pro te procuratorẽ tuũ prædictũ ad officium huiuſmodi, eiuſq; liberum exercitium, necnon honores, onera, ſalaria, regalia, iura & emolumenta in ipſius Auguſtini Cardinalis locum admitti, tibiq; de emolumentis & aliis prædictis integrè reſponderi, contradictores dicta auctoritate noſtra appellatione poſtpoſita compeſcendo.

38 Clauſulæ derogatoriæ.

38 Non obſtantibus pr̨emiſſis, ac noſtra de non tollendo iure quæſito, necnon reuocatoria facultatum percipiendi pretium officiorum dictæ Curiæ & gratijs ad inſtar nõ concedendis, aliiſq; Cancellariæ Apoſtolicæ regulis, etiam per nos & ſucceſſores noſtros,

Rom.

Rom. Pont. quandocumque, etiam in craſtinum aſſumptionis cuiuslibet Rom. Pont. ad ſummi Apoſtolatus apicem editis & edendis, ac quibuſuis aliis conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis ſimiliter per nos & eoſdem ſucceſſores quandocumque editis & edendis, ac Curiæ, & Palatij ſtylo, necnon Vrbis & Cameræ huiuſmodi & quarumcumq; aliarum Ciuitatum, Terrarum, & locorum, etiam iuramento confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis & conſuetudinibus, ac reformationibus, etiam nouis, ac nouiſſimis ac decretis & ordinationibus, priuilegiis quoque indultis & litteris Apoſtolicis, quibuſuis Communitatibus, Vniuerſitatibus, Baronibus, Domicellis, Feudatariis, & aliis quibuſcumque eidem Sedi mediatè, vel immediatè ſubiectis, & quibuſuis aliis quacumq; dignitate etiam Epiſcopali, Archiepiſcopali, Patriarchali, & Cardinalatus honore fungentibus perſonis vbiuis locorum exiſtentibus, ac etiam noſtris & dictæ Sedis Nuntiis & Legatis, etiam de latere per nos & Rom. Pont. prędeceſſores noſtros, ſub quibuſcumque tenoribus & formis, ac cum quibuſuis clauſulis & decretis, etiã pro quibuſcumque cauſis, etiam Motu ſimili conceſſis, confirmatis & approbatis, & etiã iteratis vicibus innouatis & in poſterum concedendis, confirmandis, approbandis & innouandis; quibus omnibus & ſingulis, etiam ſi de illis ſpecialis, ſpecifica & expreſſa mentio habenda, & certa exquiſita forma obſeruanda foret, illorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris hac vice dumtaxat harum ſerie motu & ſcientia ſimilibus ſpecialiter & expreſſe derogamus, ac plenè, & ſufficienter derogatum eſſe decernimus & declaramus, ac omnibus illis, quę in prę miſſis conceſſę fuerunt non obſtare, cęteriſq; contrariis quibuſcumque.

39 Per præſentes autem non intendimus reformationibus de Auditoratus huiuſmodi & aliis dictæ Curię officiis tam per Pium Quartum & Pium Quintum prędeceſſores prædictos, ac etiam forſan per nos factis, necnon Concilij Tridentini decretis in aliquo derogare, vel aliàs præiudicare: ſed illas, & illa ſalua eſſe & in ſuo robore permanere, & ea omnia per te & alios ad quos id quomodolibet ſpectat, omnino & inuiolabiliter obſeruari mandamus.

39 Declaratio ꝙ per præsẽtes nõ intelligatur derogatũ Cõc. Trid. neq; reformationibus Pii 4. & Pii 5.

40 Et inſuper volumus, quòd antequam tu officium Auditoratus cauſarum Curiæ huiuſmodi exercere incipies, de illo fideliter exercendo in manibus Henrici Cardinalis & Camerarij noſtri, ſeu eius Locumtenentis ſolitum præſtes iuramentum.

40 Iuramentũ de fideliter exercendo officium ab A. C. præſtandum.

41 Quodq; pręſentium exemplis, ſeu tranſumptis, etiam impreſſis, & manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, ac ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides adhibeatur & adhiberi debeat, quę ipſis originalibus adhiberetur, ſi exhibitæ forent, vel oſtenſæ.

41 Trãſumptis a Notario ſubſcriptis & ſigillo in dignitate eccleſiaſtica cõſtituti munitis fides adhibeatur.

42 Tu igitur prædictum Auditoratus officium prompta deuotione ſuſcipiens, ſic illud diligenti ſtudio, cura, meditatione & integritate exequaris, vt tua opera ad Dei laudem & gloriam, ac earundem Eccleſiæ & Curiæ bonum publicum, priuatorumq; commoditatem & exemplum laudabile cedant, teq; apud nos & Sedem prædictam, vt ſperamus, meritò peramplius recommendent.

42 Quomodo A. C. officium exercere debeat.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, conceſſionũ, aſſignationis, conſtitutionis, deputationis, ſubſtitutionis, ſubrogationis, approbationis, confirmationis, innouationis, extenſionis, ampliationis, impartitionis, commiſſionis, inhibitionis, declarationis, obligationis, hypothecationis, ordinationum, remiſſionum, condonationum, ſtatutorum, indultorum, decretorum, mandatorum, derogationis, & voluntatum infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, Milleſimo quingenteſimo octuageſimo octauo, quinto Kal. Ianuarij, Pontificatus noſtri Anno Quarto.

E. Card. Prodat.

Anno à Natiuitate Domini, Milleſimo quingenteſimo octuageſimo nono, Die vero Veneris trigeſima menſis Decembris, Introſcriptus Illuſtriſſimus & Reuerendiſſ. D. Horatius

Iuramẽtum & admiſſio A.C.

Horatius Burghesius tactis scripturis sacrosanctis; in manibus Illustrissimi & Reuerendiss. D. Henrici Tituli S. Pudentianæ Presbyteri Cardinalis Caetani, S.R.E. Camerarij solitum præstitit iuramentum, & ex decreto in plena Camera facto ad officium Auditoratus introscriptum, illiusq; liberum exercitium admissus fuit.

P. Seua.

Anno à Natiuitate Domini, Millesimo quingentesimo octuagesimo nono, Die vero Lunę vigesima septima mensis Februarij, præsentes litteræ in Camera Apostolica præsentatæ, & die Mercurij prima Mensis Martij eiusdem anni, ex decreto eiusdem Camerę citato prius R.P.D. Ioffredo Lomellino eiusdem Cameræ Commissario, ac referente Reuerendissimo D. Episcopo Tudertino eiusdem Camerę Clerico Præsidente ad hoc deputato admissæ, & registratę fuerunt in libris eiusdem Cameræ penes me Pontium Seuam eiusdem Cameræ Notarium, scilicet libro Diuersorum Sanctissimi D. N. D. Sixti Papę Quinti, folio Decimoquinto.

Admissio & registratio istarũ litterarũ in Camera Apost.

P. Seua.

Publicatio.

Anno à Natiuitate Domini, Millesimo quingentesimo octuagesimo nono, Indictione prima, Die vero Veneris, tertia Mensis Martij, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris D. N. D. Sixti diuina prouidentia Papę Quinti, Anno Quarto: Retroscriptæ litteræ Apostolicæ affixæ & publicatæ fuerunt in valuis Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ, vt moris est, illas ibidem per aliquod temporis spatium affixas dimittendo per nos Io. Freile, & Alamannum de Alamannis eiusdem Sanctissimi D. N. Papę Curs. Alex. Parabiachus Mag. Curs.

Præsentatio & inhibitio.

Anno à Natiuitate Domini, Millesimo quingentesimo octuagesimo nono, Indictione prima, Pontificatus Sãctiss. in Christo Patris, & D.N.D. Sixti diuina prouidẽtia Papę V. Anno Quarto, die vero xiiij. Mensis Martij, retroscriptæ litterę ac omnia, & singula in eis contenta intimatę, & pręsentatę fuerunt DD. Simoni Gugnetto, Alexãdro de Romaulis, & Ascanio Maziotto Curiæ Reuerendiss. D. Vicarij Vrbis Notariis, & D. Rodulfo substituto D. Alexandri de Romaulis tradita cuilibet ipsorũ copia impressa, necnõ R.P.D. Episcopo Lauellino supradicti Vicarij Vicegerẽti: R.P.D. Amico in Ciuilibus Locũtenẽti, & D. Io. Baptistæ Gentili in Criminalibus Locumtenenti, ac Magnif. D. Marco Antonio Lupo assessori Camerarij magnæ Ripę, & D. Io. Baptistę de Ranaldis eius Notario, Ac Reuer. D. Mariano de Perbenedictis Almę Vrbis Gubern. & D. Siluestro Cocanario Locũten. ciuili, & DD. Michaeli Angelo Sorbolongo, & Alexandro Baruccio eiusdẽ in criminalib. locũten. ac Tarquinio Ferrono, Laurentio Iacobino, actuariis in officiis R. D. Pauli Alberi, & D. Io. Bapt. Alberi Notarijs ciuilib. & Iacobo Scalę pro charit. Not. crim. necnõ Illustriss. D. Dominico Blõdo Inclyti Pop. Rom. Cur. Capitolij Senatori, & Io. Baptistæ Damiano eius Protonot. ac Magnif. DD. Iosepho Rodulfino, Laertio Cherubino, eius primo & secũdo respectiuè Collateralibus, & Io. Mariæ Rethicæ Iudici Maleficiorũ, necnon magnif. D. Dominico Nerutio Capitaneo appellationum, & Alexandro Pocchio eius Notar. ac magnif. D. Io. Bapt. Montealbano Iudici Ripettę: & supradicto D. Iacobo Scalæ Ripettę Not. necnon D. Horatio Calcarolo Cur. de Sabellis Iudici, & Dominico Cypriano, & Mauro dictę Cur. Notariis tradita cuilibet ipsorum copia, necnõ magnif. D. Tiberio Caretto Iudici Cur. Turris Nonę personaliter, ac R.P.D. Grifonio Bulchino Iudici Curię Burgi, domi dimissa copia, & Hieronymo substituto D. Frãcisci Gratiani Notarij Curiæ Burgi S. Petri. Necnon eisdem anno, indictione, Pontificatu & mense quibus supra, die vero xv. Martij, retroscriptæ litterę intimatæ fuerunt DD. Paulo Falconerio, & Alexãdro Dono appaltatoribus Archiuij totius Status Ecclesiast. necnõ magnificis DD. Antonio Francisco Benosio, Lucę de Caualcantibus, & Ioãni Giraldo Consulibus & Cõsiliariis, nationis Floreñ. ac Augustino Camello eorũ Notario tradita sibi copia: Necnõ DD. Camillo Cauetano, Tydeo de Marchis, Stephano Latino, Põtio Seua, Scipioni Penello, Augustino Camello, Gaspari Rinaldo, Nicolao Compagno, & Andreæ Martino, Camerę Apost. Notariis, tradita simili copia impressa in manibus, per me Franciscum, & Io. Bapt. Bagni, & Horatium de Rinaldis S.D.N. Papę Curs.

Alexander Parabiachus Magister Curs.

Contra

XXIX.

Contra Clericos male aut simoniace promotos, ac in Episcopos in ordinum collatione peccantes.

De materia simoniæ vide Pij V. const. 5. fol. 924. vbi notaui concordantias.



IXTVS Episcopus Seruus Seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

Sanctvm & salutare sacri ordinis Sacramentum ab ipso Domino & Saluatore nostro Iesu Christo institutum, beatisq; Apostolis & eorum legitimis successoribus singulari diuinæ bonitatis munere traditum, ita ad Dei Omnipotentis gloriam salutemq; animarum sanctè ac religiosè administrari decet, vt quę vel ex typo & figura veteris legis, vel aliàs ex multa sanctorum Patrum prouidentia, circa ordinandorum natales, ætatem, vitæ, ac morum probitatem, sanctitatem, scientiam, & alias qualitates in sacris ordinationibus requisitas per sacros Canones, vel Apostolicas constitutiones, aut generalium Conciliorum decreta salubriter statuta fuerunt, ea inuiolatè obseruentur. Nam si in veteri testamento tam multa de integritate & munditia Sacerdotum & ministrorum Altaris, deq; eorum præstantia & dignitate legimus, de quibus dixit Dominus per Malachiam Prophetam, Labia Sacerdotis custodient scientiam, & legem requirent ex ore eius, quia Angelus Domini exercituum est: certè multo maior ratio & diligentia adhibenda erit in promouẽdis tam inferiorum graduum Clericis, quàm etiam presbyteris, qui ad consummationem Sanctorum in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi constituuntur; prout de his ipsis & diuino verbo, & Beatorum Apostolorum pręceptis, ac simul Sanctorum Patrum statutis sępissimè traditum est. Quare nos pro ea quę nobis à Domino iniuncta est cunctarum Ecclesiarum cura & sollicitudine, ipsos Pastores & Præsules Ecclesiarum, quorũ propriũ munus est personas idoneas Clericali militię ascribere, & ad minores maioresq; ordines ritè promouere, auctoritate nostra duximus admonendos, vt in exequendo hac in parte suo Pastorali officio attentius posthac inuigilent, canonicas sanctiones, vt par est, obseruent, ac vt nemini detur offensionis occasio, neue eorum ministerium vituperetur, studeant vitare ea omnia scandala & absurda, quæ ex vitiosa & minus canonica Clericorum ordinatione cernimus cum magno animi nostri dolore frequentius exoriri. Cum enim multi etiam interdum inhabiles & indigni non vocati sancta Dei vocatione, sed potius Satanæ dolis decepti, prætextu deuotionis & pietatis, rem quidem sacram & diuinũ munus, intempestiuè tamen & inordinatè affectantes, seu temporale aliquod commodũ aut lucrum sibi proponentes, vel nimia simplicitate & imperitia, malitiaue aut fraude ad suscipiendum Clericalem characterem, aliosq; ordines ante ætatem legitimam, vel à non suo Episcopo, aut nón præuio debito examine & approbatione, siue aliàs minus ritè, vel etiam temerè se ingerant: Debent sanè Episcopi paterna charitate & prudentia eorum saluti, qui sæpe nesciunt quid petant, melius etiam quàm ipsimet postulant, & salubrius consulere, nec tam quid flagitent, quàm quid expediat considerare: summa vero diligentia prouiderè, tum in alienæ diœcesis subditis ordinandis, ne quemquam promoueant sine eorum ordinarij litteris dimissorijs, tum in recognoscendis ipsis litteris, ne falsò aut ab aliquo, qui auctoritatem illas concedendi non habeat, confectæ sint, tum denique in examinandis natalibus, ætate, vita, moribus, scientia, idoneitate, titulo, & reliquis qualitatibus, ne quid in suæ, vel alienæ diœc. personis, ad Clericalem honorem & Ecclesiasticos ordines promouendis desideretur eorum, quę ex pręscripto sacrorum Canonum requiruntur. Causæ huius const.

Vt igitur Præsules Ecclesiarum intelligant, si in re tam graui & tanti momenti culpa, aut negligentia peccauerint, se non modò in tremendo Dei iudicio, verùm in hoc quoq; sæculo Rom. Pontifici suæ villicationis rationem fore reddituros; Pręsenti constitutione perpetuò statuimus & ordinamus, vt si in posterum Antistes aliquis, Episcopali, Archie- Pœnæ Episcopi vel alterius male aliquos promouentis.

 piscopali,

piſcopali, Primatiali, vel etiàm Patriarchali dignitate prefulgens: aut Abbas ad primam tonſuram, minoresq; ordines ſuis ſubditis conferendos à Sede Apoſtolica auctoritatem habens, quemcumque ſecularem vel cuiuſuis ordinis, aut militiæ regularem, ex aliquo crimine, vitio, aut defectu, ſeu aliàs inhabilem, vel irregularem exiſtentem, vel extra tempora à iure ſtatuta, vel abſq; veris dimiſſoriis ſui ordinarij litteris, aut per ſaltum, vel furtiuè, aut quoad ſæculares ſine titulo ſufficientis beneficij, vel patrimonij, aut ante etatẽ per ſacri generalis Tridentini Concilij decreta, prime tonſuræ, aut cuique ordini preſcriptam, aut non ſeruatis temporum interſtitijs, ita vt aliquis vnico die, ſeu continuatis diebus ad plures ordines ſacros, vel poſt vnũ ordinem ſuſceptum ſine cauſa rationabili antequam tempus ab eodem Conc. Tridentino præfixum elabatur, ad alium ordinem promoueatur, ſine diſpenſatione, aut indulto Apoſtolico, Clericali charactere non legitimè inſigniuerit, aut ad ordines minores, vel ſacros vt præfertur, vel aliàs malè promouerit, ſiue id ſcienter, ſiue ignoranter fecerit, niſi debita diligentia adhibita iuſtus error & probabilis facti ignorantia eum excuſet, vt in quo deliquit, in eo puniatur, à collatione quorumcumque ordinum, atque adeò ipſius tonſuræ, & ab executione omnium munerum Pontificalium, eo ipſo ſuſpenſus, & ab ingreſſu Eccleſiæ interdictus exiſtat, aliiſq; grauioribus pœnis noſtro & pro tempore exiſtentis Rom. Pont. arbitrio puniatur. Quòd ſi ſpreta huiuſmodi ſuſpenſione & interdicto in præmiſſis ſe temerè ingeſſerit, etiam à regimine & adminiſtratione ſuæ Eccleſiæ, ſeu Monaſterij, & à perceptione fructuum menſæ eiuſdem, ac quorumcumque beneficiorum per eum in titulum vel commendam ſeu aliàs obtentorum ſuſpenſionem eo ipſo incurrat, eiuſq; interdicti, aut ſuſpenſionis relaxationem, aut pœnarum remiſſionem ab alio quàm à Rom. Pont. pro tempore exiſtente nequeat obtinere.

Pœnæ male promotorum.

Et nihilominus fel. rec. Pij Secundi & aliorum Rom. Pontificum noſtrorum prædeceſſorum, qui per ſuas conſtitutiones aut in Cancellaria Apoſtolica publicatas regulas contra huiuſmodi clericos malè promotos, diuerſas pœnas inflixerunt, veſtigiis inhærentes, eoſdem clericos poſthac malè promotos ab executione, miniſterio & exercitio ordinum ſuſceptorum, & ab omni ſpe & facultate aſcendendi ad alios ſuperiores perpetuò ſuſpenſos declaramus; & ſi in eis, miniſtrare præſumpſerint, illos ſic irregulares effectos, omnibus & quibuſcumque per eos in titulum, commendam, aut aliàs obtentis dignitatibus, officiis & beneficiis Eccleſiaſticis cum cura & ſine cura, quomodocumque qualificatis ſæcularibus vel cuiuſuis ordinis aut militiæ regularibus, ac etiam ſi ipſi Clerici regulares fuerint, actiua & paſſiua voce, ipſo facto priuamus, & iis priuatos atque ad illa & alia ſimilia vel diſſimilia in poſterum obtinenda in perpetuum inhabiles & incapaces eſſe decernimus & declaramus; dignitatum, officiorum & beneficiorum huiuſmodi, ſic pro tempore vacantium diſpoſitionem nobis & Apoſtolicæ Sedi perpetuò reſeruantes.

Referuatio ꝑ ſummo Pont. facultatis abſoluendi contrauenientes, preterquam in mortis articulo.

Vt autem homines, qui nimia indulgentia & ſpe impunitatis, ac venie facilitate hactenus fuerunt ad huiuſmodi facinora procliuiores, ea ſublata & præcluſa ab his abſtineant, & caueant in futurum, tam abſoluendi quàm diſpenſandi facultatem in caſibus ſuperius expreſſis, etiam in foro conſcientie Nobis & Succeſſoribus noſtris dumtaxat auctoritate & tenore præmiſſis perpetuò reſeruamus; Inhibentes ne à quoquam ſæculari, vel cuiuſuis ordinis regulari presbytero, vel prelato quauis auctoritate fungente, nec per quæcumque Iubilea, & Indulgentias, etiam pleniſſimas & extraordinarias per noſtros predeceſſores, aut noſmetipſos vel ſucceſſores noſtros, anno Iubilei, aut alio quouis tempore & Cruciatæ ſanctæ, vel quocumque alio titulo, modo & forma, Motuproprio & conſiſtorialiter, ſeu ad quorumcumque Principum, Regũ, aut Imperatoris inſtantiam, eorumue contemplatione & intuitu cum quibuſuis ampliſſimis in genere, vel in ſpecie derogatoriis clauſulis conceſſa, vel in poſterum concedenda, nec vigore aut prætextu facultatum, aut priuilegiorum Mare magnum, aut aliàs quomodolibet nuncupatorum quibuſuis ordinibus, Congregationibus, aut perſonis regularibus, aut Epiſcopis per decreta Concilij Tridentini aut officio ſacræ Pœnitentiariæ Apoſtolicæ, vel Minoribus, aut etiam Maiori, Pœnitentiariis noſtris & Rom. Pont. pro tempore exiſtẽtis, vel aliàs quomodolibet pro tempore conceſſorum, Perſonæ ſic vt præfertur delinquẽtes, tam ſcilicet Antiſtites,

ſeu Abbates promouentes, quàm Clerici malè inſigniti ſeu ordinati à reatibus & exceſſibus præfatis abſolui, preterquam in mortis articulo poſſint, aut debeant.

Prohibitio diſpẽſandi ſuper irregularitate a contrauenientibus incurſa.

Nec cum iis ſuper irregularitate propter præmiſſa contracta, etiam ſi crimen penitus occultum fuerit, quouis modo valeat diſpenſari.

Forma petẽdi abſolutionẽ & diſpẽſationẽ à Rom. Pont. & prohibitio eam petẽdi per officium ſacræ Pænitentiariæ.

Verumenimuero quia grauioribus morbis fortiora ſunt adhibenda remedia, & iuxta perſonarum, locorum, ac temporum qualitates leges ſunt immutandæ, pœnæq; aggrauandæ & emolliendæ; cum huiuſmodi peccatum ſatana ſuggerente hominumq; fragilitate aſſentiente videatur iam ad culmen vitiorum aſcendiſſe, & in præcipiti eſſe: Ideo vt homines ſaltem pœnæ timore & proprij honoris confuſione à peccato deterreantur, nouum huic veneno antidotum cogimur præparare: Ac propterea volumus, vt qui abſolutionem & diſpenſationem huiuſmodi petent, ſemper, quamuis delictum adhuc occultum extiterit, non per officium ſacræ Pænitentiariæ, ſed à nobis & pro tempore exiſtente Romano Pontifice in vtroque foro abſolutionem petere teneantur: alioquin ipſæ conceſſiones & abſolutiones, etiam cum clauſula, quòd præſentis conſtitutionis tenor, & alia prædicta habeantur pro expreſſis, prorſus nullæ, irritæ & inualidæ exiſtant, ac nemini penitus ſuffragentur.

Pœnæ cõtra ſimoniace promouentes & promotos.

De materia ſimoniæ vide Pii V. conſt. 5. fol. 924. vbi notatur.

Cæterum ſi quis Antiſtes vel Abbas ſeruatis quidem cunctis præmiſſis & cæteris omnibus, quæ in ipſius tonſuræ & ordinum collatione obſeruari debent, perſonas habiles & idoneas, ſed tamen recepta ab ijs, quibus tonſuram, aut ordines conferet, pecunia, pretio, vel præmio, ſimoniacè in futurum inſigniuerit, vel promouerit: volumus vt præter alias cenſuras & pœnas contra ſimoniacè ordinantes & ordinatos à ſacris Canonibus & conſtitutionibus Apoſtolicis aliàs inflictas & irrogatas, quibus nequaquam derogare intendimus, etiam omnia & ſingula ſupradicta in ſic promouentibus & promotis locum habeant.

Clauſulæ præſeruatiuæ.

Decernentes præſentes litteras ſub quibuſuis conceſſionibus, facultatibus & gratiis, etiam in caſibus quibuſcumque Sedi Apoſtolicæ quomodolibet, etiam in Bulla Cœnæ Domini reſeruatis, etiam ſub nomine Iubilei plenarij, vel Cruciatæ ſanctæ abſoluendi facultatem quibuſuis perſonis generaliter vel ſpecialiter tribuentibus, minimè comprehendi: ſed ſemper ab illis exceptas eſſe & cenſeri.

Decretũ irritans.

Sicq; in præmiſſis vniuerſis & ſingulis per quoſcunque Iudices & Commiſſarios, etiã cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, & S. R. E. Cardinales ſublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate in quauis cauſa & inſtantia iudicari & diffiniri debere, ac irritum & inane quicquid ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari.

Clauſulæ derogatoriæ.

Non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, ac in Concilijs etiam generalibus editis, cæteriſq; contrariis quibuſcumque.

Forma & effectus publicationis, huius conſtitutionis.

Vt autem præſentes litteræ omnibus innoteſcant, mandamus illas ad valuas S. Ioannis Lateranen. & Principis Apoſtolorum de Vrbe Baſilicarum, & in acie Campi Floræ affigi & publicari, & poſt quindecim dies qui in Vrbe ſunt, qui verò extra eam & citra Montes intra quatuor menſes, qui demum vltra Montes erunt, intra octo menſes à die publicationis huiuſmodi computan. perinde afficere & arctare, ac ſi eorum cuique perſonaliter intimatæ fuiſſent, ac earundem præſentium litterarum exemplis etiam impreſſis Notarij publici manu ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ obſignatis, eandem fidem in iudicio & extra illud adhiberi, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi eſſent exhibitæ vel oſtenſæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtri ſtatuti, ordinationis, declarationum, priuationis, reſeruationum, inhibitionis, voluntatum, decretorum & mandati infringere, vel ei auſu temerario contraire: Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, Milleſimo quingẽteſimo octuageſimo octauo, Nonis Ianuarij, Pontificatus noſtri Anno Quarto.

E. Card. Prodat.

Anno à Natiuitate Domini Millesimo quingentesimo octuagesimo nono, Indictione secunda, Die verò nona mensis Ianuarij, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris & D.N.D. Sixti diuina prouidētia Papæ Quinti, Anno eius Quarto, Retroscriptæ litteræ Apostolicæ affixæ,& publicatæ fuerūt in valuis Basilicarum S.Ioannis Lateranen. & S.Petri Principis Apostolorū de Vrbe,necnon Cancellariæ Apostolicæ,& acie Campi Floræ,vt moris est per nos Hieronymum Lutium,& Pompeum Guerram Sanctissimi Domini Nostri Papæ Cursores.

Publicatio.

Alexander Parabiachus Mag.Curs.

XXX.

De Habitu & Tonsura per Clericos seu Milites Beneficia vel Pensiones obtinentes deferendis, & pœnis contra inobedientes inflictis.

Hanc constitutionem declarauit hic idem summus Pont. vt in seq. constitutione.

De Habitu autem & Tonsura Clericorum in Vrbe tantum degentium, habes etiam in Pij IIII. const. 153. fol. 910.

SIXTVS Episcopus Seruus Seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

Actuum Apostolorū cap. 20

Cum Sacrosanctam Dei Ecclesiam, quam Saluator noster suo preciosissimo sanguine acquisiuit, sponsam sibi elegerit, & nobis licet indignis custodiendam tradiderit: eidem sine ruga, sine macula, atque in omnibus suis membris placentem conseruare debemus; vt in ea,omnia ordinata, singula distincta, cuncta interius exteriusq; pietatem & deuotionem redolentia inueniantur, & vt ineffabilibus circumamicta varietatibus, speciosa in oculis suis appareat, quantum fauente Deo valemus, id ipsum munus exequi decreuimus. Quare animaduertentes quòd qui in sortem Domini ad eiusdem Ecclesiæ decus & ornamentū sunt vocati,& ex eo Clerici nomen consecuti, quiq; censu Ecclesiastico viuunt, singulari aliquo signo, à reliquo populo distingui debent, ne cui eorum iure dici possit: Quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem? & ad hoc ipsum sollicitudinis nostræ obtutus dirigentes, ne sanguis eorum de manu nostra requiratur: cum ingenti cordis nostri dolore inuenimus complures supradicta Domini sententia iustè redarguendos: Nam eorum plerique Clericali honore neglecto, in vestibus laicalibus incedentes, eo se mirifico indignos priuilegio reddiderunt. Quapropter licet sacris Canonibus, Conciliis generalibus, & Apostolicis constitutionibus, certus circa eorum, qui Clericali charactere insigniendi sunt, habitum, ætatem & alias qualitates sit pręscriptus modus, & cōtra Clericos in habitu Clericali & tonsura non incedentes imposita pœna, nempe vt gratiis, immunitatibus & aliis priuilegiis Clericalibus minimè gaudeant; tamen cum iniuria temporum, & forsan dormientibus pastoribus, inimicus homo letifera transgressionis zizania superseminauerit.

Psalm. Dauid 44.

Matth 22.

Genes. 42. & Ezec. 3.

Matth. 13. in medio.

Nos propterea his & aliis rationabilibus de causis adducti, ne quis nimia siue pastorū, siue temporum indulgentia & impunitate, seu oscitantia, cum religionis dedecore, nominis Dei contemptu & proprię salutis dispendio de cetero abutatur; hac nostra perpetuò valitura constitutione pręcipimus & mandamus,omnibus & quibuscumque Clericis non solùm in sacris, sed etiam in aliis minoribus ordinibus cōstitutis, & Clericali tantum tonsura insignitis, & nedum beneficia Ecclesiastica qualiacumque etiam simplicia nunc & pro tempore obtinentibus, & in illis vel ad ea ius habentibus, verùm etiam pensiones super quibusuis fructibus, redditibus, aut prouentibus quarumuis Patriarchalium, Primatialium, Metropolitanarum, Cathedralium, & aliarum quarumcumque Ecclesiarum, seu Abbatialium, Capitularium & Conuentualium mensarum, necnon Monasteriorum, Prępositurarum, Prępositatuum, Prioratuum, Præceptoriarum, Hospitalium, Canonicatuum, prębendarum, dignitatum, personatuum, administrationum, officiorum & beneficiorum quorumcumque Ecclesiasticorum sæcularium & quorumuis ordinum regulariū,

seu

seu illorum distributionibus quotidianis, ac iuribus, emolumentis & obuentionibus vniuersis sibi reseruatas, aut fructus ipsos, prędiaue, aut bona Ecclesiastica loco pensionum sibi assignatos, vel assignata ex quacumque concessione, seu dispensatione Apostolica, percipiẽtibus, etiam coniugatis, pręsertim si ijdem Clerici coniugati iuxta constitutionẽ piæ mem. Bonifacij Papę VIII. prędecessoris nostri in Concilio Tridentino innouatam priuilegijs Clericalibus vti velint, tam in Romana Curia degentibus, quàm extra eã vbilibet gentium & locorum constitutis; vt ipsi & eorum quilibet quantumuis exempti existant, & quouis priuilegio, vel immunitate gaudeant, quacumque dilatione, aut tergiuersatione postposita, debeant omnino qui in Vrbe præsentes fuerint, intra quindecim dies, qui verò citra Montes intra quatuor menses, qui denique vltra Montes constituti sunt, intra octo menses, à die publicationis præsentium litterarum in Romana Curia faciendæ, tonsuram & habitum Clericalem, vestes scilicet talares, aut Milites infra dicendi, quibus pensiones, aut fructus, aliaue bona Ecclesiastica reseruata sunt, suæ Militiæ conuenientem quacumque remota excusatione assũere & iugiter deferre. In futurum autem non nisi actu Clericis in habitu Clericali & tonsura, & Militibus infradicendis in Militari incedentibus suę militiæ propria, aut alia quęcumque Ecclesiastica etiam simplicia beneficia respectiuè conferantur, aut commendentur, aut pensiones fructusue, aut bona Ecclesiastica reseruentur.

Præfinitio habitus & tõsuræ per Clericos seu Milites beneficia vel pensiones obtinentes de cætero deferen. Quod declaratur mox hic infra & in const. seq.

Alioquin ipsos & ipsorum quemlibet, qui quoad gestandum habitum Clericalem & militarem supradictum, lapso huiusmodi tempore eorum vnicuique vt supradictum est, præfixo, nostris huiusmodi precepto & mandato nunc & in posterum perpetuis futuris temporibus cum effectu non obediuerint, præter alias pœnas contra eos inflictas, etiam quibuscumque dignitatibus, administrationibus, officiis, Canonicatibus & præbendis, ac beneficiis etiam simplicibus & præstimoniis per eorum quemlibet in titulum, commendam, vel aliàs pro tempore obtentis, necnon pensionibus & fructibus, ac prædiis, bonisq; Ecclesiasticis huiusmodi quocumque modo eis reseruatis, vel reseruandis, omniq; iure sibi in eis, vel ad ea quomodolibet cõpetenti, harum serie ex certa nostra scientia, deq; Apostolicæ potestatis plenitudine priuamus, ac sine vlla alia monitione, citatione, Iudicis decreto, aut ministerio ipso facto priuatos declaramus, ac tam beneficia ipsa per priuationem huiusmodi vacare & liberè aliis conferri posse, quàm etiam pensiones cassatas, extinctas esse & fore, ac fructuum, vel aliarum rerum reseruationes cessare, & quemquam vlterius ad illorum solutionem minimè teneri, & ob non solutionem censuras & pœnas aliquas incurrere non posse, nec debere decernimus; ipsasq; dignitates, personatus, administrationes, officia, necnon Canonicatus & præbendas, & beneficia sic pro tempore vacantia, collationi, prouisioni & dispositioni nostræ, & Rom. Pont. pro tẽpore existentis perpetuò reseruamus.

Impositio pœnarum contra inobedientes.

Statuentes sic in præmissis vniuersis & singulis, per quoscunque Iudices & Commissarios etiam causarum Palatij Apostolici Auditores & S. R. E. Cardinales, sublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate in quauis causa & instantia iudicari & diffiniri debere, necnõ irritum & inane quicquid secus super his à quoquã quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Decretum irritans.

Ceterum Milites quarumuis Militiarum sub regula aliqua approbata canonicè institutarum, vel alios Rom. Cu. officiales, qui non vti Clerici, sed potius tanquã Milites iuxta priuilegia & dispensationes Apostolicas eis in genere, vel in specie per nos, aut prædecessores nostros nominatim concessa, & sub fe. re. Pij Papæ V. prędecessoris nostri constitutione, quæ incipit, Sacrosanctum, &c. huiusmodi priuilegiorum forsan reuocatoria minimè comprehensa, beneficia militiæ quam professi sunt regularia obtinent, seu pensiones super quibusuis fructibus, redditibus & prouentibus Ecclesiasticis etiam prędictarum Ecclesiarum & beneficiorum sæcularium, aut fructus ipsos sibi reseruatos percipiũt, aut obtinebunt, vel percipient in futurum, siue Clericali charactere insigniti sint, siue nõ sint: qui verò Clerici sunt, etiam si ab initio tempore reseruationis pensionum, seu fructuum huiusmodi, regularem habitum nondum susceperint, nec militijs officiorũ Rom. Cur. ascripti fuerint, sed post factas eorum cuiq; reseruationes ante, vel post publicationem præsentis constitutionis Milites effecti extiterint, sub precepto & mandato pręsa-

Declaratio circa eos Milites & alios Rom. Cur. officiales, qui constitutione ista non ligantur.

Aliæ declarationes sunt in const. seq quas per te videas Const. Pii V. hic allegata est in bull. magno f. l. 1048. num 72.

præfatis de habitu & tonsura Clericali deferendis, nolumus comprehendi: sed ijs permittimus, vt regulari habitu Militiæ, quam professi sunt conuenienti, vel si ipsi Milites Rom. Cur. officiales fuerint, qui pensiones, aut fructus, aliaue prædia aut bona Ecclesiastica ex dispensatione seu priuilegio Apostolico percipiant, habitu militari suprascripto absque alicuius censuræ vel pœnæ Ecclesiasticæ incursu licitè vti valeant: & nihilominus tam beneficia suæ Militię regularia retineant, quàm etiam pensiones super Ecclesiarum & beneficiorum prędictorum etiam sæcularium fructibus, seu bona, vel fructus pręfatos sibi pro tempore reseruatos percipiant.

Clausulæ derogatoriæ. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, necnon consuetudinibus etiam longissimo & immemorabili tempore obseruatis, quę abusus & corruptelæ potius censendę sunt: priuilegiis quoque, indultis & litteris Apostolicis quorumcumque tenorum existant, quę omnia nolumus cuiquam aduersus pręmissa in aliquo suffragari.

Huius cōst. publicatio & obseruatio ab omnib. ēpiscopis &c. curari debet. Forma & effectus publicationis huius constitutionis. Mandamus verò vniuersis & singulis venerabilibus fratribus nostris Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis & aliis Pręlatis, ac locorum ordinarijs, vt in suis quisque Ecclesijs, Ciuitatibus, & Diœcesibus curent pręsentes litteras, earumq; exempla publicari & inuiolatè obseruari. Et ne quis præsentium litterarum ignorantia se valeat excusare, iubemus illas ad valuas Basilicarum S. Ioannis Lateran. & Principis Apostolorum de Vrbe, & in acie Campi Floræ, & in Cancellaria Apostolica affigi & publicari, earumq; exempla inibi affixa relinqui, & deinde in eadem Cancellaria Apostolica in libro Quinterno appellato, inter ceteras constitutiones perpetuas describi & registrari. Decernentes publicationem in Basilicis præfatis & in acie Campi Florę faciendam, post lapsum temporis superius præfixi vnumquemque arctare & afficere, perinde ac si ipsę pręsentes litteræ singulis personis præfatis personaliter intimatæ fuissent: Volumus quoque earundē pręsentium transumptis, etiam impressis, Notarij publici manu subscriptis, & sigillo personę in dignitate Ecclesiastica constitutæ obsignatis, plenam & indubitatam fidem in iudicio & extra adhiberi, quæ ipsis originalibus adhiberetur si forent exhibitæ vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum præcepti, mandatorum, priuationis, decretorum, reseruationis, statuti, voluntatum, permissionis, & iussionis, infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Dat. Romę apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo quingentesimo octuagesimo octauo, quinto Idus Ianuarij, Pontificatus nostri Anno Quarto.

E. Card. Prodat.

Publicatio. Anno à Natiuitate Domini, Millesimo quingentesimo octuagesimo nono, Indictione secunda, Die vero decimaoctaua Mensis Ianuarij, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris & D. N. D. Sixti diuina prouidentia Papę Quinti, Anno Quarto: Retroscriptæ litteræ Apostolicæ affixæ & publicatæ fuerunt in valuis Basilicarum Sancti Ioannis Lateranen. & Sancti Petri Principis Apostolorum de Vrbe, necnon Cancellariæ Apostolicæ, & acie Campi Floræ, vt moris est per nos Hieronymum Lutium & Io. Baptistam Bagni Sanctissimi D. N. Papę Curs.

Alex. Parabiachus Mag. Curs.

Indultum

XXXI.

Indultum deferendi habitum non Clericalem, pro aliquibus S.D.N. Familiaribus, & pro omnibus pensiones &c. non vltra 60. duc. percipiētibus. Et declaratio circa habitum Militarem, à Militibus & Rom. Cur. Officialibus deferēdū. Et circa tēpus quo Clerici vel Milites habitū gestare tenētur. Ac prorogatio termini ad alios xv. dies pro personis in Vrbe degentibus.

Ad huius constitutionis intelligentiam, vide constitutionem præcedentem.



IXTVS Episcopus Seruus Seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

PASTORALIS est curæ nostrę, & ita æquum arbitramur, vt quanto possumus studio indemnitati & vtilitati tum pauperum Clericorum, tum etiam personarum, quę nostris obsequiis insistendo labores & incommoda assiduè subire non cessant, consulere procuremus, ac earum necessitati prospiciamus, ne dum promptè & expeditè ministeria eis iniuncta obire conantur, non solùm congrua pręmia non recipiant, verùm aliquid detrimenti patiantur. Cum itaque nostra nuper edita constitutione de Habitu & Tonsura per Clericos, seu Milites beneficia, vel pensiones obtinentes deferendis, quæ incipit: Cum Sacrosanctam, &c. præceperimus vniuersis clericis, nedum beneficia Ecclesiastica obtinentibus, sed etiam pensiones super fructibus Ecclesiasticis, aut fructus ipsos sibi reseruatos percipientibus, vt Habitum & Tonsuram Clericalem, vestes scilicet talares, Militibus verò ipsas pensiones, aut beneficia suæ militiæ propria obtinentibus, vt habitum suę militię conuenientem iugiter deferant, pœna priuationis beneficiorum, pensionum, ac fructuum huiusmodi cuilibet inobedienti imposita, prout in eadem constitutione latius continetur. Nonnulli verò ex Clericis præfatis pensiones, aut fructus huiusmodi admodum tenues percipientes, alij quoque nostri familiares actu nobis inseruiētes, variis obsequiis & ministeriis addicti, qui vltro citroq; vbi opus est commeare & accurrere coguntur: Idcirco vix possint sine maximo incommodo, impedimento & dispendio habitum clericalem suprascriptum gestare, (Compendium constitutionis præcedentis.)

Nos eorum commodis opportunè prouidere, eosq; specialis gratiæ fauore prosequi volentes, omnibus & quibuscumq; clericis, tam in Romana Curia, quā in extra eam vbilibet gentium & locorum constitutis, qui pēsiones, fructus, aut prędia, vel bona Ecclesiastica, sibi in vna vel pluribus vicibus reseruata & concessa summam, seu valorem annuum Sexaginta ducatorū auri de Camera insimul non excedentes, seu excedentia percipiunt, aut percipient in futurum: Ac præterea nostris Familiaribus, nobis in quibusdam inferioribus ministeriis, quales sunt qui à pedibus seu parafrenarij, mensæ dispositores, aut credentiarij, aut dispensatores vulgò dicuntur, & alijs his similibus seruitiis actu ministrātibus, quiue in futurum inseruient: necnon quibusuis nostrorum intimorum familiariū actu nobis in Palatio nostro Apostolico inseruientium familiaribus, continuis commensalibus, præsentibus & futuris, qui pensiones, aut fructus, bonaue Ecclesiastica loco pensionum, vsque ad quamcumque summam & valorem nunc percipiunt, aut in posterum pro tempore percipient, vt ipsi & eorum quilibet in habitu & tonsura clericali incedere minimè teneantur: sed laicali habitu impunè & licitè vti possint, quo sua munia promptius expeditiusq; obire valeant, nec pœnis in eadem constitutione inflictis subiaceant, auctoritate Apostolica, tenore præsentium de speciali gratia concedimus & indulgemus. (Moderatio d. constitutionis pro omnibus Clericis pesiones fru ctus aut bona ecclesiastica summam vel valorē annuū 60. duc. au ri de Camera non excedētia obtinētibus. Et pro Familia ribus ipsius Pōtificis hic designatis vsq; ad quamcumque summam.)

Reliquis autem nostris, aut personarum nobis inseruientium familiaribus continuis commensalibus, omnibusq; & singulis aliis tam clericis, quàm militibus beneficia fructuum, vel bonorum Ecclesiasticorum reseruationes, ac pensiones obtinentibus, aut in ipsis beneficijs, vel ad ea ius habentibus in Vrbe pręsentibus tempus quindecim dierum in dicta constitutione pręfixum, nec dum elapsum, ad alios quindecim dies à fine primo (Prorogatio termini in d. constitutione personis in Vrbe degentib' præfixi, ad alios 15. dies.)

dicti

dicti termini computandos extendimus & prorogamus.

Declaratio eiusdē constitutionis pro Militibus & aliis in militari habitu incedere obligatis.

Ac demum Militibus, tam Militiarum canonicè institutarum, quàm Rom. Cur. Officialibus, qui iuxta præfatam nostram constitutionem in Militari habitu incedere tenentur, vt vestibus communibus, cum insignibus tamen Crucis, aut Numismatis suę Militiæ proprijs vti valeant, atque hac ratione ipsius constitutionis præcepto plenè satisfacere censeantur pariter indulgemus.

Declaratio circa tempus quo Clerici vel Milites habitū gerere tenentur.

Eos verò Clericos, aut Milites, quibus pensiones, aut fructus, bonaue, aut prædia Ecclesiastica ad quamcumque summam reseruata, aut reseruari concessa sunt, vel posthac reseruabuntur, non aliter ad gerendum huiusmodi habitum teneri volumus, nisi postquā pēsiones, fructus, aut alia præfata cum effectu exigere, aut percipere cœperint vel per eos steterit quominus exigant, vel percipiant.

Decretum irritans.

Decernentes sic in præmissis iudicari debere, necnon irritum & inane quicquid secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attētari. Præfata constitutione nostra, quoad reliqua omnia præsentibus litteris non excepta, nihilominus in suo robore perpetuò permansura. Volumus autem præsentium transumptis, etiam impressis Notarij publici manu subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eandem fidem vbiq; tam in dicta Curia & in iudicio, quàm extra adhiberi, quę eisdem præsentibus adhiberetur, si essent exhibitæ, vel ostensę. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrę concessionis, indultorum, extensionis, prorogationis, decreti, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare prępsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo quingentesimo octuagesimo octauo, Prid. Kal. Februarij, Pontificatus nostri Anno Quarto.

E. Card. Prodat.

XXXII.

Erectio Officij Vacabilis Impressoriæ Cameralis in Vrbe, & concessio emolumentorum, priuilegiorum, & exemptionum, Eiusq; collatio in personam D. Pauli Bladi Romani.

SIXTVS Episcopus Seruus Seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

ROMANI Pontificis prouidentia circumspecta prędecessorum suorum gesta pensatis, opportunis occasionibus, certisq; suadentibus causis interdum in meliorem formā reducit, ac aliàs desuper disponit, prout in Domino cōspicit salubriter expedire. Cum itaque aliàs fel. rec. Gregorius XIII. & forsan alij Romani Pontifices prędecessores nostri, quondam Paulam Antonij Bladi Sedis & Cameræ Apostolicarum, dum viueret Impressoris Generalis relictam, tunc in humanis agentem, ipsiusq; Antonij filios, ex dicta Paula susceptos quoad viueret, respectiuè, in suos, ac Sedis & Camerę pręfatarum, Impressores Generales, ita quòd Bullæ, & aliæ constitutiones ab ipso Gregorio, ac prędecessoribus, & successoribus suis Roman. Pontificibus, dictaq; Camera emanatæ, & pro tēpore emanandæ, Paulæ, & filiorum pręfatorum, ac eorum cuiuslibet vita durante à quoquam alio sine expressa ipsorum licentia Imprimi, aut venales teneri, nullatenus possent, neque valerent, ac aliàs sub certis modo & forma tunc expressis, Apostolica auctoritate creauerint, & deputauerint, prout in diuersis inde forsan confectis litteris plenius continetur. Et sicut accepimus, dilectus filius Paulus etiam Bladus laicus Romañ. eorundem Antonij & Paulæ natus, Paula & alijs filijs prędictis iam vita functis, solus ex dictis filijs superstes remanserit.

Nos

Nos pro Pastoralis officij nostri debito, ea quæ ad felicem, & salutarem officij, & exercitij Impressoris Cameralis huiusmodi directionem, & incrementum, ac dictæ Cameræ, illiusq; ærarij commodum & vtilitatem pertinere, perpetuò stabilire, necnon præfatum Paulū, de cuius probitate, legalitate, fidelitate, ac in exercitio imprimendi optima praxi, & experientia, plurimum in Domino confidimus, amplioris gratiæ, fauore prosequi volentes. Ipsumq; Paulum à quibusuis excōmunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisq; Ecclesiasticis, sententijs censuris & pœnis à iure vel ab homine quauis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum præsentium dumtaxat cōsequendum, harum serie absoluentes, & absolutum fore censentes, necnon quarumcūq; concessionum, assignationum, creationum, & deputationum, de officio, seu exercitio Impressionis huiusmodi per dictum Gregorium, & forsan alios Rom. Pontifices prędecessores nostros, in fauorem Paulæ, eiusq; filiorum præfatorum, quomodolibet factarum, ac litterarum Apostolicarum desuper forsan cōfectarum tenores præsentibus pro expressis habentes, Motu proprio non ad dicti Pauli, vel cuiusuis alterius pro eo nobis, super hoc oblatę petitionis instantiam, sed ex mera deliberatione nostra, in Curia prædicta, vnum officium Impressoris Cameralis nuncupandum ad instar aliorum Curiæ, & Vrbis præfatarum Officiorum venalium, & vacabilium, venale & vacabile, ad vitam concedendū, & conferendum pro vno Clerico, seu laico Impressore Camerali nuncupando.

Erectio officii Impressoriæ Cameralis in Vrbe vacabilis & venalis.

Qui priuatiuè, quoad omnes alios omnia, & singula Iubilea, pro quocumque loco, sub quibusuis modis & formis, ac Indulgentias pro Ecclesijs, Capellis, Confraternitatibus, ac Archiconfraternitatibus per totum nostrum statum Ecclesiasticum, & vniuersam Italiam constitutis, necnon granis, numismatibus, seu medaglijs, etiam ad instantiam cuiuscumque personæ, & Religionis, Bullasq; etiam die Cœnæ Domini legi solitas. Motus proprios, dispensationes, gratias, & qualscumque litteras Apostolicas, tam sub plumbo, quàm in forma Breuis, etiam per nostras, dictæq. Sedis Pœnitentiariam, Datariam, & Cancellariam expeditas, & expediendas, ac licentias celebrandi Missas, & accedendi ad Monasteria Monialium, necnon Breuia, & priuilegia Apostolica tam generalia quàm particularia, etiam Montibus Militijs & quibuscumque Officijs, ac specialiter cuicumque Nationi, etiam Vltramontanæ per nos & quoscumque Romanos Pontifices, tam prædecessores quàm successores nostros, quomodolibet hactenus concessa, & de cætero concedenda, ac in vim illorum litteras, patentes, capitulationes, & ordinationes quorumcumque Ordinum, Confraternitatum, Archiconfraternitatum, Artium, Collegiorum, & Vniuersitatum, dictæq; Vrbis Confraternitatum, & Archiconfraternitatum bullettina, ac citationes, mandata & omnia quę ipsius Vrbis Notarij imprimi faciunt, cedulasq; sponsionum super creationibus Cardinalium, vel alia quacumque re, necnon litium informationes, & lotta, eorumq; edicta, sortes beneficiales Rotæ, & quarumcumque Congregationum decisiones, ac nomina, cognomina, titulos, & insignia S.R.E. Cardinalium pro tempore existentium, etiam in eorum creatione, vel quandocumque, necnon ordinationes in Capella Pontificia, modumq; vestiendi, ac etiam Capitula & instrumenta, cum Appaltatoribus dictæ Cameræ pro tempore facta, ac edicta, bandimenta, & alia quęcumque ac pro tempore existentibus nostro, & eiusdem S. R. E. Camerario, seu Generali Auditore, vel Clericis, & præsidentibus aut aliis personis dictę Cameræ, necnon Vicario, Gubernatore, Senatore, Conseruatoribus, & aliis Iudicibus, tam dictæ Vrbis quàm Capitolij, & Burgi S. Petri de eadem Vrbe, ex quauis causa pro tempore emanata imprimere, & Typis dare, ac sic impressis, & Typis datis in fine illorum, hæc verba, videlicet Impressum Romæ apud Impressorem Cameralem, & non aliàs apponere, eaq; venalia habere.

Facultas ipsius Impressoris Cameralis, omnia hic expressa imprimendi, priuatiue quò ad alios impressores.

Et de exemplis litterarum, Breuium, Motum propriorum, constitutionum, & Iubileorum Apostolicorum quotumcumque in primæua illorum impressione, quę de cętero fiet, quatuor Datariæ, & viginti Cameræ, necnon duo Vicario, & etiam duo Gubernatori, ac trium Auditori, & similiter tria Senatori præfatis, duodecimq; Sacri Palatij Apostolici causarum Auditoribus pro tempore existentibus gratis, & absque aliqua pecuniarum solutione, & exactione dare debeat, & teneatur.

Impressoris de bitum, Officialibus his nominatis, aliqua exempla gratis dandi.

Omnibusq; & singulis priuilegiis, immunitatibus, exemptionibus, & aliis libertatibus, quibus

Priuilegiorum & exemptionū concessio.

quibus Notarij dictæ Cameræ vtuntur, potiuntur, & gaudent, ac vti potiri, & gaudere possunt, & poterunt quomodolibet in futurum vti, potiri, & gaudere, dictumq; officium per se ipsum, vel aliquem, seu aliquos eius substitutos aut famulos idoneos, ad eius nutum, & beneplacitum amouibiles, ac toties quoties sibi videbitur, ponendos, & amouendos exercere: Illudq; in nostris & pro tempore existentis Romani Pōtificis manibus quandocunque sibi placuerit in fauorem cuiusuis personæ idoneæ, ad id per eum nominandę resignare liberè, & licitè valeat, ita vt resignationes huiusmodi validę, & efficaces existant, ac suos effectus fortiri & pro signatura concessionis eiusdem officij per resignationem pro tempore vacantis, centum ducati auri de Camera nostro & pro tempore existentis Rom. Pontificis Datario ratione cōpositionis, propterea debitè persolui debeant Apostolica auctoritate tenore pręsentium perpetuò erigimus & instituimus.

Emolumentorū assignatio. Illiq; sic erecto & instituto pro eius dote omnia & singula ex huiusmodi bullarum, breuium, motumproprium, litterarum, patentium & aliorum præmissorum quorumcunque impressione quomodolibet prouenientia & prouentura iura, regalia & emolumenta quęcunque prout hactenus vendi seu percipi consuetum fuit absque aliqua illorum taxæ alteratione seu diminutione auctoritate & tenore pręDictis etiam perpetuò applicamus & appropriamus, ipsiusq; officij per pręsentes erecti ad instar aliorum dictę Curiæ officiorum vacabilium & venalium collationem, prouisionem & dispositionem tam hac prima vice, quàm deinceps perpetuis futuris temporibus eiusdem officij vacatione per obitum, vel resignationem illud pro rempore obtinentis occurrente nobis, & eisdem successoribus nostris, dictæq; Sedi reseruamus.

Officii collatio in personā d. Pauli Bladi, cum omnibus priuilegiis & emolumentis. Ipsumq; Officium Impressoriæ Cameralis sic per nos erectum, & à primęua illius erectione huiusmodi vacans cum omnibus & singulis illius honoribus, oneribus, iuribus, emolumentis, mercede, salarijs & regalibus solitis & consuetis præfato Paulo per eum quoad vixerit vel alium seu alios ad id idoneos substitutos seu famulos vt pręfertur exercendum, tenendum, regendum, & gubernandum eisdem auctoritate & tenore concedimus & assignamus, ac eundem Paulum Impressorem Cameralem cum supranarratis facultatibus, concessionibus & indultis creamus, constituimus, & deputamus.

Declaratio quod officium non vacet per quinquenniū stante solutione scut. 2300. Insuper vt eiusdem Pauli qui pro pretio dicti officij in nostram & Sedis præfatę subuentionem summam duorum millium & trecentorum scutorum auri similium in manibus dilecti filij Depositarij pecuniarum Datariatus nostri cum effectu persoluit & exbursauit, indemnitati consulatur, pręfatum officium sic sibi concessum ex causa onerosa ei competere & ex ipsius persona per obitum vel priuationem, aut amissionem ad quinquennium à die traditæ ei vigore præsentium possessionis dicti officii computandum, minime vacare: sed ad eius successores & hæredes dicto quinquennio durante peruenire debere statuimus & ordinamus.

Cōdonatio maius pretii forsan de dicto officio reperiendi. Necnon si vllo vnquam tempore dictum officium pluris valuerit, aut ex eo maius pretium repertum fuerit, illud omne & totum quod pluris valebit, etiam si medietatem veri pretij huiusmodi excedat, Paulo & suis hęredibus & successoribus præfatis gratiosa & irreuocabiliter etiam donatione pura, perpetua & irreuocabili, quæ dicitur fieri inter viuos, gratiosè & liberaliter ex nunc donamus & remittimus, dictamq; Cameram ad Paulum eiusq; hęredes & successores pręfatos in iuribus & alijs pręmissis manutenendum ab omni damno, læsione & lite, causa & controuersia immunes, indemnes & exemptos conseruandum teneri & obligatam esse.

Clausulæ præseruatiuæ. Necnon pręsentes litteras etiam ex eo quòd causa, seu causę propter quas illę emanauerint, examinatę, iustificatę vel verificatę & quocūq; interesse forsan habētes seu prętēdentes ad hoc vocati nō fuerint, nec illi præmissis cōsenserint, & in eis tractatus, diligētię & quęcūq; alię solemnitates, ac alia de iure, cōsuetudine, vel priuilegio seu iuxta decreta, ordinationes, reformationes, aut statuta dictę Camerę, ac litteras & constitutiones Apostolicas super tractatibus & formis in venditionibus rerū, & bonorum dictę Camerę edita, ac aliàs quomodolibet requisita nō interuenerint, vel ex quibusuis aliis causis de subreptionis vel obreptionis vitio aut intētionis nostrę vel quouis alio defectu notari, impugnari, infringi, retractari, reuocari, suspēdi, limitari ad terminos iuris reduci, in ius vel controuersiā reuocari, aut aliàs eis in aliquo derogari nullatenus vnquā posse, nec sub ea per

quam

quam in principio cuiuscumque Pontificatus Roman. Pontificis quæcunque facultates pretium officiorum in toto vel in parte percipiendi, ac dispositiones per quemcumque Roman. Pontificem de officijs vacaturis etiam in vim contractus, & ex titulo oneroso, ac sub quacumque verborum forma pro tempore factæ reuocantur, neque sub quibusuis aliis constitutionibus, reuocationibus, suspensionibus, derogationibus, limitationibus, decretis, etiam irritantibus, ac declarationibus generalibus & specialibus etiam cum derogatoriis, ac quorum tenores, aliisq; clausulis etiam desuper in genere vel in specie pro tempore quomodolibet etiam Apostolica auctoritate prędicta factis & faciendis comprehendi: sed semper etiā perpetuò ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in pristinum & validissimum statum restitutas, repositas & plenariè reintegratas, ac etiam de nouo sub quacunque posteriori data per dictum Paulum & pro tempore existentem Impressorem Cameralem quandocumque eligendum concessas, validasq; & efficaces existere & fore, vimque validi & efficacis contractus inter nos & dictam Sedem ex vna, ac Paulum eiusq; hęredes & successores prędictos ex altera partibus ritè & legitimè initi ac stipulati habere, suosq; plenarios effectus sortiri & obtineri, ac ab omnibus inuiolabiliter perpetuò obseruari, eidemq; Impressori Camerali omnino suffragari.

Ac si in pręmissis omnibus & singulis per quoscunque Iudices & Commissarios etiam Auditores & Cardinales præfatos, ac dictæ Sedis de latere Legatos, Vicelegatos, & quoscunque alios, sublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate & auctoritate iudicari & diffiniri debere: necnon si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter attentari contigerit, irritum & inane decernimus. Decretū irritans.

Districtius inhibentes Vicario, Gubernatori, Senatori, & Iudicibus prædictis, ac vniuersis & singulis bibliopolis, & librorum impressoribus, cæterisq; personis sub indignationis nostræ, ac quingentorum ducatorum pœnæ per eos toties quoties contrauenerint ipso facto incurrendis, ac pro vna dictæ Cameræ & altera illorum medietatibus officium prædictum pro tempore obtinenti applicādis, ne quouis prætextu vel occasione seu causa super præmissis omnibus & singulis prędictum Impressorem Cameralem, eiusq; substitutos pro tempore existentes per se vel alium seu alios molestare, inquietare, vel impedire, aut in fraudem vel pręiudicium dicti officij & impedimentum impressionis huiusmodi Bullas, Breuia, Motus proprios, litterasq; patentes, statuta, capitulationes, ordinationes, & alia pręmissa quęcumque ac eorum aliquod typis dare, imprimere, seu imprimi facere, aut impressa vendere sine expressa dicti Impressoris Cameralis pro tempore existen. licentia, etiam in scriptis data, audeant seu præsumant: nihilominus mandantes eisdem Camerario, Vicario, Gubernatori, Senatori, & Iudicibus, nunc & pro tempore existen. ac quibusuis aliis ad quos spectat & pro tempore spectabit, quatenus Paulum eiusque substitutos & famulos pręd!ctos ad dictum officium recipiant & admittant, ipsique Paulo de solitis iuribus, regalibus, obuentionibus & emolumentis vniuersis respondeant, seu ab alijs ad quos spectat & pro tempore spectabit respondere faciant realiter & cum effectu. Non obstan. præmissis ac nostra de non tollendo iure quæsito, aliisq; constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, necnon Vrbis & Camerę prędictarum etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis & consuetudinibus, cæterisq; contrariis quibuscūque. Volumus autem pręsentium litterarum transumptis, seu copijs etiam impressis, & manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutę munitis, eadem prorsus fides tam in iudicio quàm extra adhibeatur, quę ipsis pręsentibus originalibus litteris adhiberetur, si forent exhibitę vel ostensę. Et quia sicut etiam accepimus, pretium dicti officij de pecuniis dilecti filij Rodulphi Siluestrij Laici Bononien. artium & medicinæ doctoris, & dictę Vrbis incolæ persolutum fuit, decreuimus quòd dictus Paulus nullatenus possit officium huiusmodi vendere, resignare, alienare, vel aliàs de eo disponere, ac fructus & emolumenta quæcumque tam ordinaria, quàm extraordinaria exigere, aut se in illis quouis modo intromittere absque consensu dicti Rodulphi, seu eius heredum & successorum, nisi dumtaxat iuxta conuentiones & capitula, licita tamen & honesta, ac sacris canonibus minimè contraria inter eos formanda &

Inhibitio contra Iudices & Impressores in prædict. contrauenientes.

Clausulæ derogatoriæ.

Declaratio pro cautela d. Rodulphi Siluestri, qui pretiū pro emēdo hoc officio d. Paulo Blado accōmodauit.

ineunda, seu donec ipse Paulus eidem Rodulpho pretium prędictum restituerit: sed ipse Rodulphus officium prædictum quandocunque sibi placuerit præterquam elapso dicto quinquennio in casum infirmitatis dicti Pauli, non tamen typos & characteres, qui ipsius Pauli proprij sunt, vendere, resignare, alienare, & de eo disponere, fructusq; & emolumenta, ac quæcunque alia tam ordinaria, quàm extraordinaria iuxta conuentionem, vt præfertur inter vtrumque faciendam per se, vel procuratorem suum exigere & recuperare, ac in suos vsus & vtilitatem conuertere, atque de exactis quietare nullo dicti Pauli requisito consensu, vel etiam eodem Paulo contradicente, liberè & licitè possit & valeat, dummodo officium ipsum per obitum vel priuationem eiusdem Pauli, elapso tamen dicto quinquennio vacet & vacare censeatur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrę absolutionis, erectionis, institutionis, applicationis, appropriationis, reseruationis, concessionis, assignationis, creationis, cõstitutionis, deputationis, donationis, remissionis, decreti, inhibitionis, mandati, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare pręsumpserit, indignationem Omnipotẽtis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datũ Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo quingẽtesimo octuagesimo nono, Kal. Februarij, Pontificatus nostri Anno Quarto.

P. Episcopus Spoletan. Præf.

Registratio in Cam. Apost.

Die Nona Mensis Iunij 1589. Præsentes litteræ in plena Camera Apostolica pręsentatę fuerunt, & Camera ipsa, referente Reuerendissimo D. Fabio Corneo eiusdem Cameræ Clerico Præsidente, & ad hoc ex decreto ipsius Cameræ specialiter deputato, citatoq; R. P. D. ipsius Cameræ generali Commissario die xxiij. eiusdem, illas in vim Chirographi Sanctissimi admisit, ac in eiusdem Cameræ libris registrari mandauit, prout successiuè registratæ fuerunt, scilicet libro tertio signaturarum Sanctissimi, folio 81.

XXXIII.

Extensio Montis S. Bonauenturæ Vacabilis, ad alia loca centum.

Huius Montis erectionem, fructuumq́ue & priuilegiorum concessionem, vide sup. in const. 19. fol. 113.



SIXTVS Episcopus Seruus Seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

INTER multiplices Pastoralis nostri muneris curas, eam quoque ducimus non postremam, vt pro sustinendis grauissimis oneribus, quæ pro communi bono Christianæ Reipublicæ nobis, & Apostolicæ Sedi incumbunt, eiusdem Sedis, & Cameræ Apostolicæ vtilitati, præsertim cum id sine alicuius incommodo, aut præiudicio, & absque Subditorum nostrorum grauamine fieri potest, quacũque opportuna ratione in dies prospiciamus. Cum itaque officium Auditoris Generalis causarum curiæ eiusdem Cameræ, quod nuper dilectus filius noster Augustinus S. R. E. Diaconus Cardinalis Cusanus nuncupatus tempore assumptionis per nos de persona sua ad ipsius Cardinalatus honorem factæ obtinebat, ex eo quòd nos officium ipsum per assumptionem huiusmodi vacare decreuimus, vacauerit, & vacet ad pręsens: Nos Cameræ nostræ magis consultum fore sperantes, si ex officij præfati redditibus, & emolumentis admodum pinguibus pars aliqua separetur, illaq; in eiusdem Cameræ necessitates conuertatur, & applicetur, & tamen residuum emolumentorũ, ac redditũum huiusmodi pro ipsius Auditoris sustentatione relinquatur, prout ipsa nos experientia docuit in nouissima officij Camerariatus S. R. E. concessione, in qua per segregationem, & disiunctionem partis redditũum illius, & noui Camerarij commoditati, & Cameræ vtilitati in Montis Camerariatus erectione opportunè prouisum esse perspeximus: Idcirco nos de redditibus, & emolumentis officij Auditoris præfati certiores

Causæ extensionis huius Montis.

effecti

effecti annua fcuta fex millia ex dictis redditibus detrahere, & feparare, ac noftris Sedis, & Cameræ præfatarum neceffitatibus applicare conftituimus. Cumque nuper pro immenfis fumptibus, quos facere cogimur tolerandis, ingenti pecunia opus effe confpiceremus, atque Aerarium noftrum (cum illa commodè aliunde comparari poffet) nô modo non exhaurire, verùm quantum cum Deo poffumus, ad publicam vtilitatem, & vrgentiores Sedis Apoftolicæ neceffitates augere, & conferuare cupientes, de venerabilium fratrum noftrorum S. R. E. Cardinalium confilio, & affenfu, Montem S. Bonauenturæ nuncupatum locorum, feu portionum vacabilium trium millium ad rationem fcutorum centum pro quolibet loco, feu portione erexerimus, & inftituerimus, Illiq; pro eius fructibus, ac annuis redditibus ad rationem fcutorum decem annuorum à Calendis Septembris proximè præteriti inchoatorum pro quolibet loco, & quolibet bimeftre in fine pro rata foluendorum, fummam fcutorum triginta millium annuorum, videlicet decem millium quingentorum fimilium ex Dohanarum Vrbis cum augmento appaltus figilli, ponderum, & menfurarum, ac pellium pilofarum Status Ecclefiaftici eifdem Dohanis vnito, vndecim millium quingentorum ex Thefaurariæ, Romandiolæ cum appaltibus, & emolumentis falinarum, & falium Ceruiæ, & extractionis Guadi, Rubiæ, & Ouorum illi vnitis, quatuor millium quingentorum ex conductionis, & appaltus Poftarum Status noftri Ecclefiaftici, & trium milliũ quingentorũ ex Datij vini ciuitatis noftræ Bononienfis redditibus per dictarum Dohanarum, & Thefaurariæ cum membris præfatis adiectis, & applicatis, necnon poftarum, & Datij vini modernos, & fucceffiuè quofcunque alios pro tempore conductores, & appaltatores annuatim, & quolibet bimeftre illorum ratam dicto Monti, ac illius Depofitario refpectiuè foluendorum affignauerimus, Montiq; præfato, ac illius creditoribus omnia aliorum Montium vacabilium, & fignanter Sixti Camerariatus Datariæ, & Cancellariarum nuper à nobis erectorum, ac alia priuilegia, exemptiones, & iura, & præfertim quòd portiones, & loca eiufdem Montis per quinquennium proximum à Calen. Septembris inchoañ. per mortem ciuilem, aut naturalem illa obtinentium perfonarum minimè vacent, concefferimus, & aliàs prout latius in noftris fuper erectione præfata xj. Calen. Septembris proximè præteriti confiftorialibus litteris expeditis latius continetur. Nunc quoque cupientes ob eafdem caufas Montem præfatum vfque ad loca quatuor millia in totum, & fic ad fummam fcutorum quadringentorum millium augere, idq; mediante feparatione, ac difmembratione dictorum fcutorum fex millium annuorum ex redditibus Officij Auditoris præfati, necnon redditibus, & emolumentis Poftarum Status noftri Ecclefiaftici, ex quibus ob eorum incrementum tempore Pontificatus noftri factum, vltra fcuta quatuor millia quingenta eidem Monti (vt præfertur) affignata, alia fcuta quatuor millia affignari poffunt, fatis commodè intentionem noftram ad finem perduci poffe confiderantes. Alia loca mille fimilia erigere, illaq; eidem Monti addere, eundemque Montem vfque ad loca quatuor millia extendere, & augere decreuimus. Quare habita cum eifdem fratribus noftris Sanctæ Rom. Eccleſ. Cardinalibus in Confiftorio noftro fecreto deliberatione matura, de illorum confilio, & affenfu, deq; Apoftolicæ nobis traditæ poteftatis plenitudine, annuam fummam fex millium fcutorum monetæ de Iulijs decem pro quolibet fcuto computatis ex eodem Officio Auditoris caufarum Curiæ Cameræ præfatæ, illiusq; tam ordinarijs, quàm extraordinarijs fructibus, redditibus, prouentibus, iuribus, obuentionibus, & emolumentis, tam occafione Maffæ, quam vocant Notariorum illius Tribunalis figilli parui, Archiuij, ac regaliorum in Feftiuitatibus Natiuitatis Domini per Depofitarium Clericorum eiufdem Cameræ quotannis ipfi Auditori folui folitorum, quàm aliàs quomodocunque, & qualitercunque per quoslibet Romanos Pontifices prædeceffores noftros, Nosq; Sedem, & Cameram Apoftolicam quomodolibet conceffis, & affignatis, & per Auditorem caufarum Curiæ Cameræ præfatæ pro tempore exiftentem, tam ex priuilegio, quàm etiam ex vfu, ftylo, & confuetudine, aut aliàs quomodolibet percipi folitis, & feu aliàs ad officium Auditoris huiufmodi fpectantibus, & pertinentibus perpetuò difmembramus, diuidimus, feparamus, & fegregamus, ac difmembratam, diuifam, feparatam, & fegregatam effe decernimus, & declaramus. Necnon per Depofitarium à Nobis, vel

Hic fummus Pont. erexit Montem fcut. 300. millium S. Bonauéturæ cu emolumentis fcutorũ decem pro centenario vt fup. 10 coſt. 19. f. 113.

Priuilegiaque Montis Sixti Camerariatus Datariæ & Cancellariarũ. eid. Monti concef. fit vt ibidem. Hæc priuilegia vide fup. Fol. 90. & indicaui fol. 93.

Et modo idem Pont. auget d. Mótem ad fcuta quatuor millia & pro emolumentis affignat annua fcuta fex millia percipien. ex fructib⁹ officii Auditoris Cam. Apoft. & alia annua fcuta quatuor millia ex redditibus Poftarum Status eccleſ.

Camera

Camera deputandum omnes, & singulos fructus, redditus, prouentus, iura, obuentiones, & emolumenta Officij Auditoris causarum Curiæ dictæ Cameræ, tam, vt præfertur dismembrata, quàm alia quęcumque ad dictum Officium quomodolibet spectantia, & pertinentia exigi, recipi, & recuperari perpetuò volumus, & decernimus, eidemq; Depositario, omnes & singulos dictos fructus, & alia pręmissa à quibusuis personis Collegijs, & vniuersitatibus quacunque auctoritate, & dignitate fungentibus, & functuris, exigendi, recipiendi, & recuperandi, habuisseq; & recepisse confitendi, & de illis quietandi amplam, & liberam tribuimus facultatem. Decernentes, quòd ex eisdem fructibus, & emolumentis in primis, & ante omnia dictam summam scutorum sex millium, vt præfertur dismembratam, & applicatam Monti Sancti Bonauenturę pręfecto, ac illius Depositario, vt infra, reliquum verò Auditori causarum Curię pręfatę Cameræ pro tempore existenti ad eius beneplacitum soluere, necnon de officio Depositariatus huiusmodi fideliter exercendo, dictosq; fructus per eum exactos realiter, & cum effectu soluendo, antequam in administratione dicti officij se ingerere possit, sese obligare teneatur. Mandantes propterea dilectis filiis Camerario, Thesaurario nostro generali, necnon Decano Præsidenti, & Clericis dictæ Cameræ, ac singulis Notarijs Tribunalis eiusdem Auditoris causarum Curię pręfatę Camerę, alijsq; ad quos spectat, & pertinet, quosque huiusmodi negocium tangit, & concernit, spectareque, & pertinere, aut quomodolibet concernere poterit in futurum cuiuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis, & conditionis existentibus, vt de omnibus, & singulis supradictis, & quibuscumq; aliis fructibus, & emolumentis nunc, & pro tempore existentibus eidē Depositario, vt pręfertur per nos deputando integre, & absq; aliqua diminutione, aut contradictione respondeant, ac realiter, & cum effectu quibuscunque contrariis nequaquā obstantibus respectiuè responderi faciant. Inhibentes insuper eidem Auditori causarum Curiæ eiusdem Camerę pro tempore existenti, ac illius Locumtenenti, necnon quibuscumque alijs quacunque auctoritate, & dignitate fungentibus, & functuris, ne sub indignationis nostræ, & pecuniarijs arbitrio nostro imponendis, & applicandis pœnis, ipsum Depositarium per nos deputandum in exactione, receptione, & consecutione fructuum, & emolumentorum huiusmodi impedire, aut quomodolibet molestare audeant, aut præsumant, Quod si secus super his à quoquam scienter, vel ignoranter quauis auctoritate attentari contigerit, irritum, & inane decernimus. Statuentes etiam de consilio, assensu, ac potestatis plenitudine similibus nostræ mentis, & intentionis, ac voluntatis existere, eadem scuta sex millia quolibet anno Monti pręfato, ac illius Depositario solui debere, prout illa absq; aliqua detractione pręfatorum redditu um, & emolumentorum per primo dictum Depositarium à nobis vel ipsa Camera deputandum solui mandamus, etiam si ex eisdem emolumentis Officii Auditoris pręfati alij fructus vltra dictam summam percepti non forent, dictoq; Auditori nulli alij fructus remanerent, Volumus tamen, quòd idem Depositarius teneatur dicto Auditori pro tempore existenti, & non alteri ad omne eius beneplacitum rationem, & computum fructuum huiusmodi reddere, ipsiq; Auditori superioritatem, & superintendentiam, reuisionem, & solidationem præfatorum computorum priuatiuè quoad omnes alios reseruamus. Et vlterius de consilio, assensu, ac potestatis plenitudine similibus Montem S. Bonauenturæ præfatum ad alia loca mille eisdem modo, & forma quibus dicta tria millia priora vacabilia & ad eandem rationem scutorum centum pro quolibet loco à die prima Ianuarij Anni Domini 1589. proximè venturi incipiendo extendimus, & augemus, dictaq; loca Mille Montis huiusmodi vltra alia tria millia præfata etiam creamus, facimus, erigimus, & instituimus, dictoq; Monti vnimus, & incorporamus, illiq; sic extenso, & aucto, ac locis, & portionibus sic additis, & vnitis, pro annuis fructibus, & congrua dote ad eandem rationem scutorum decem annuorum pro quolibet loco, & quolibet bimestre in fine soluendorū vltra dicta scuta triginta millia sic, (vt pręmittitur) assignata, annuā summam scutorum decem millium, videlicet sex millium a redditibus, & emolumentis officij præfati Auditoratus (vt pręfertur) separatorum, & dismembratorum per eorundem fructuum, & emolumentorum Officij Auditoratus pręfati Depositarium, exactorem, seu receptorem per nos deputandum pro tempore existentem, & scutorum quatuor millium ex con-

ex conductionis,& appaltus postarum Status nostri Ecclesiastici vltra alia scuta quatuor millia quingenta ex eiusdem conductionis, & appaltus postarum prius assignata redditibus, per earundem postarum modernum, & successiuè pro tempore conductorem ; & appaltatorem annuatim, & quolibet bimestre illorum ratam dicto Monti, illiusq; futuro Collegio, ac illius Depositario respectiuè soluendam perpetuò cōcedimus, applicamus, appropriamus, & assignamus, applicatamq; appropriatam, & assignatam esse volumus, & mandamus, ipsumq; Montem, ac illius creditores respectu dictorum aliorum mille locorum, seu portionum sic additarum in nostrum Sedis, & Cameræ pręfatarum locum quoad dictam annuam summam scutorum decem millium, eorumq; liberam perceptionem, exactionem, & consecutionem ponimus, substituimus, & subrogamus, dictaq; scuta decem millia à quibuscunque oneribus, vel tributis quomodolibet, & ex quacunq; causa impositis, & imponendis, ac aliàs in omnibus, & per omnia ad instar dictorum scutorum triginta millium super redditibus pręfatis eidem Monti assignatorum exempta, & libera esse volumus. Ac pro maiori dicti Montis, & personarum in eo suas pecunias ponere volentium etiam respectu auctionis, additionis, & extensionis, vnionis, & incorporationis, dictorum locorum mille, cautela, & securitate omnia, & singula alia Sedis, & Camerę præfatarum mobilia, & immobilia, bona, res, actiones, & iura Monti pręfato, illiusq; singularibus personis, prout in illius erectione respectu aliorum trium millium locorum in omnibus, & per omnia obligamus, & hypothecamus, obligataq; & hypothecata esse volumus, & decernimus. Ac pariter consilio, assensu, ac potestatis plenitudine similibus statuimus, quòd quęcunque vtriusque sexus, & cuiuscunque status, gradus, ordinis, dignitatis, & pręeminentię existentes personę quascunque pecuniarum quantitates (non tamen infra dictam summam scutorum centum in singulas personas nec loca ipsa diuidantur) vsque ad summam ducatorum mille, vt præmittitur additorū, & sic in totum vsque ad summam locorum, seu portionum quatuor millium ponere, & tam ipsę personę, quàm ab eis causam, & ius habentes quoad uixerint pro pecunijs sic positis ad rationem decem scutorum similium pro quolibet loco, & portione singulis annis quolibet bimestre eorum ratam sine aliquo conscientię scrupulo, & sortis principalis diminutione, vel aliquo restitutionis onere percipere, & habere, ac loca, & portiones huiusmodi corpore tamen sanæ, & aliàs prout in resignationibus Curiæ officiorum, & aliorum Montium vacabilium obseruatur, in vnius, vel plurium, prout eis placuerit, quæ iuxta tenorem erectionis præfati Montis S. Bonauenturę illius locorū capaces sint personarum fauorem in manibus dicti Montis Protectoris iam à nobis deputati, & constituti resignare, deq; illis dummodo in personam vnius de minori quantitate vnius loci, nec loca ipsa diuidantur non disponatur, nulla alia desuper obtenta dispēsatione, ac aliàs in omnibus, & per omnia, prout de dictis alijs eiusdem Montis tribus millibus locis, & portionibus disponere possint, ac eorundem mille locorum, vt præmittitur additorum idem Secretarius, & ratiocinator, seu computista existant, qui & aliorum trium millium iam erectorum sunt, & cum eisdem emolumentis, quæ ex resignationibus aliorum trium millium iam erectorum percipere consueuerunt, quodq; futuri dicti Montis creditores respectu augmenti, & additamenti prędicti inter alios eiusdem Montis respectu dictorum priorum trium millium locorum creditores, & in eorum Collegio ęquabiliter perinde ac si omnia loca præfata insimul ab initio creata, & instituta fuissent, in omnibus, & per omnia sint, & esse censeātur, & comprehendantur, ac omnibus, & singulis priuilegijs, facultatibus, exemptionibus, gratijs, & indultis eidem Monti concessis, & in pręfatis litteris erectionis expressis pariformiter, & absque vlla prorsus differentia indistinctè vtantur, fruantur, & potiantur: Mandantes eidem per nos deputando, & quibuscunque alijs dictorum reddituum, & emolumentorum Officij Auditoratus præfati pro tempore existentibus Depositarijs, seu exactoribus, & receptoribus, & alijs, ad quos spectat, & in futurum spectabit, vt ex eisdem fructibus, & emolumentis in primis, & ante omnia dictā summam scutorum sex millium (vt præfertur) dismembratam, & applicatam integrè absque aliqua diminutione, etiam si eiusdem Officij Auditoratus, nulli alij fructus vltra dictam summam percepti non forent, ac eidem Auditori nulli alij fructus remanerent, dictoq; moderno, & successiuè quibuscunque alijs pro tempore postarum status nostri

Et pro securitate d. Montis bona Sedis & Camerę Apostol. obligat.

Mōtistisq; quo ad loca nunc addita, eadē priuilegia primis Montistis cōcessa omnia concedit.

Eccle-

Ecclesiastici conductoribus, & appaltatoribus, vt ex redditibus, & emolumentis occasione earundem conductionum, & appaltuum Cameræ nostræ debitis dictam summam scutorum quatuor millium, vltra alia scuta quatuor millia quingenta prius assignata, & eisdem modo, & formis Depositario dicti Montis S. Bonauenturæ annuatim, & quolibet bimestre in fine illorũ ratam à dicta die prima Ianuarij Anni præfati M. D. LXXXIX. incipiendo etiam absque alio nostro Sedis, vel Cameræ mandato desuper expediendo, sed harum vigore dumtaxat respectiuè soluant; volentes etiam quòd Depositarius per nos deputandus, & successiuè omnes alij Depositarij, exactores, & receptores pro tempore existentes, dictorum reddituum, & emolumentorum Officij Auditoratus huiusmodi ex eisdem fructibus, & emolumentis per eos exigendis, & percipiendis antequã ad dictum officium admittantur, & in illius administratione se ingerant ad dictam summam scutorum sex millium in primis, & ante omnia: Ac pariter tam modernus, quàm alij quicunque dictarum Postarum Status nostri Ecclesiastici pro tempore existentes conductores, & appaltatores in contractibus eorum conductionum, & appaltuum in futurum celebrandis ad dictam summam scutorum quatuor millium, vltra alia scuta quatuor millia quingenta modis, ac temporibus præfatis Depositario eiusdem Montis quolibet anno eorum Depositaria conductionibus, & appaltibus respectiuè durantibus soluendum in forma eiusdem Cameræ, ac eisdem modo, & formis, prout in aliis triginta millibus dispositum, & obseruatum est se obligent, & quælibet instrumenta ad fauorem dicti Montis necessaria, & opportuna faciant, & ad id iuris, & facti remediis omnino cogi, & compelli possint, quas solutiones ex nunc prout ex tunc, & è contra harum vigore (vt præmittitur) faciẽdas bonas, validas, & bene factas declaramus, eosdemq; Depositarium, Conductores, & appaltatores pro solutionibus sic faciendis ex nunc prout ex tunc, vt supra quietamus, absoluimus, & perpetuò liberamus, dictasq; solutiones admittimus, & acceptamus, & ab eadem Camera admitti, & acceptari; & nihilominus quatenus opus sit, & ad maiorem cautelam quæcunque mandata desuper necessaria, & opportuna etiam ad omnem ipsorum requisitionem, & instantiam per Cameram nostram fieri, & expediri iubemus. Quodq; loca, & portiones mille præfata sic, vt præmittitur eidem Monti S. Bonauenturæ addita eisdem modo, & forma, quibus alia priora tria millia loca per quinquennium à dicta die prima Septembris proximè præteriti incipiendo per mortem ciuium, aut naturalem illas obtinentium personarum, vel ab eis causam habentium non vacent, sed ad hæredes, & successores morientium eodem quinquennio durante deueniant. Ipsiq; hæredes, & successores loca huiusmodi retinere, vel resignare, illorumq; pretium recipere possint, & resignationes admitti debeant decernimus prout ex nunc eas libere, & omni contradictione remota admitti mandamus, ac in locis, & portionibus mille præfatis omnia, & singula alia in præfatis huiusmodi Montis S. Bonauenturæ erectionis litteris disposita, & expressa seruari iubemus, quæ omnia hic pro repetitis, & de verbo ad verbum insertis, & registratis haberi volumus, ita vt tam priora loca tria millia, quàm mille addita eiusdem sint naturæ conditionis, & qualitatis in omnibus, & per omnia, & nullo vnquam tempore inter creditores eorundem trium millium prius erectorum, ac mille additorum locorum aliqua differentia existat, aut considerari possit, etiam ratione prioritatis, vel posteritatis respectu quarumcunque obligationum, emolumentorum, & fructuum eisdem assignatorum, sed pro dictis locis quatuor millibus scuta quadraginta millia, vt præmittitur, pariformiter, & æquo iure assignata sint, & esse censeantur, in omnibus, & per omnia æquè ac si vno & eodẽ tempore assignata fuissent, & creditores omnium quatuor millium locorum præfatorum eisdem iuribus, priuilegijs, obligationibus, cautelis, & hipothecis super quibuscunque fructibus, bonis, redditibus, & introitibus eisdem locis assignatis, & aliàs quomodolibet eis competentibus indistinctè gaudere, & potiri, illisq; vti & experiri valeant, Præsentes quoque vim validi & efficacis contractus inter nos & Sedem & Cameram præfatas, ex vna & dicti Montis respectu augmenti præfati futuros creditores ex altera partibus ritè & rectè initi & stipulati, ac etiam vtrinque iurati, eandemq; vim & efficaciam, prout præfatas dicti Montis erectionis litteras in omnibus & per omnia perpetuò habere, & obtinere, Sicq; & non aliàs per quoscumque Iudices & Commissarios, quauis auctoritate

Depositariosq; emolumentorũ officij A. C. & etiã conductores Postarum, imprimis & ante omnia ad solutionẽ dictorũ annuorum scutorũ decem millium respectiue obligari decernit.

Loca centum nũc addita per quinquẽnium prout priora loca non vacare declarat.

Præsentesq; litteras vim efficacis cotractus obtinere decernit.

ritate fungentes ordinarios & delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, etiam Sanctæ Romanæ Ecclesię Cardinales sublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate & auctoritate iudicari & diffiniri debere: Irritum quoque & inane, si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari decernimus. Mandantes etiam dilectis filijs Camerario, Vicecamerario, Thesaurario, necnon Clericis, & Pręsidentibus dictæ Cameræ, vt easdem præsentes in eadem Camera admittant, & in libris illius describi & registrari faciant. Non obstantibus pręmissis, ac felicis recordationis Symmachi, Benedicti Duodecimi, Calixti Tertij, Pauli Secundi, Innocentij Octaui, Pauli etiam Tertij, Pauli Quarti, & Pij Quinti aliorumq; Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum de rebus Ecclesiæ non alienandis, ac male alienatis recuperandis, alijsq; constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, necnon dictæ Cameræ, etiam iuramento confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis & consuetudinibus, decretis, & reformationibus, earumq; innouationibus priuilegijs quoque indultis, & litteris Apostolicis per præfatos & quoscunque alios Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac nos & dictam Sedem, etiam motu, scientia & potestatis plenitudine similibus, etiam per vim generalis legis & statuti perpetui, etiam consistorialiter, & de Fratrum consilio, ac ex causis quantumuis grauibus & onerosis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatoriis, alijsq; efficacioribus & insolitis clausulis, etiam vim contractus inducentibus, ac etiam irritantibus, & aliis decretis in genere vel in specie, & aliàs quomodolibet, etiam iteratis vicibus concessis, approbatis & innouatis, etiam pręmissa fieri specialiter & expresse prohibentibus, necnon priuilegiis & indultis, eidem Camerę & Fisco nostro, ac etiam Auditori causarum Curiæ Cameræ pręfatę & illius Tribunali quomodolibet concessis, ac Cancellarię Apostolicæ regulis, etiam de non tollendo iure quęsito, aut aliàs quomodolibet per nos & pędecessores nostros in genere vel in specie editis, approbatis vel innouatis, ac alijs quibuscunque, quę in nostris dicti Montis erectionis litteris voluimus non obstare. Quibus omnibus, etiam si de illis, eorumq; totis tenoribus specialis, specifica, expressa, indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quęuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, ac forma in illis tradita obseruata inserti forent pręsentibus pro sufficienter expressis & insertis habentes illis aliàs in suo robore permansuris hac vice dumtaxat, harum serie specialiter & expresse de consilio, assensu, & potestatis plenitudine paribus derogamus, eaque omnia in quantum pręmissis obesse aut illorum executionem, & effectum retardare possent omnino tollimus, & abrogamus, ac pro sublatis, & abrogatis haberi volumus, cęterisque contrariis quibuscunque cum clausulis opportunis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ dismembrationis, diuisionis, separationis, & segregationis, declarationis, inhibitionis, reseruationis, extensionis, auctionis, creationis, facti, erectionis, institutionis, vnionis, incorporationis, concessionis, applicationis, appropriationis, assignationis, positionis, substitutionis, subrogationis, obligationis, hipothecæ, quietationis, absolutionis, liberationis, admissionis, acceptationis, iussus, præcepti, mandatorum, statutorum, decretorum, derogationis, sublationis, ablationis, abrogationis, & voluntatum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserint indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo quingentesimo octuagesimo octauo, Quartodecimo Kal. Ianuarij, Pōtificatus nostri Anno Quarto.

Decretum irritans.

Clausulæ derogatoriæ.

Pauli IIII. & aliorum constitutiones de nō alienandis bonis ecclesiasticis indicaui in Paul. IIII. const. 2. fol. 170.

Clausulæ derogatoriæ.

✠ Ego Sixtus Catholicæ Ecclesiæ Episcopus subscripsi.

✠ Ego Io. Antonius Episcopus Ostień. Cardinalis S. Georgij.

✠ Ego Alphonsus Card. Gesualdus Episcopus Portueń.

✠ Ego Innic. Card. de Arag. Episcopus Tusculanus.
✠
✠ Ego Ptol. Card. Comensis Episcopus Sabineñ.
✠
✠
✠
✠ Ego Gabr. Card. Paleottus tit. S. Laurentij in Lucina.
✠
✠ Ego Ludouic. Cardinalis Madrutij tit. S. Anastasiæ.
✠ Nic. Cardin. de Pelleue Senoñ. tituli S. Praxedis.
✠ Iul. Ant. tit. S. Bartholomæi in Insula Presb. Card. S. Seuerinæ,
✠ Ego Hieron. Card. Rusticutius Vic. tit. S. Susannæ.
✠ Ego Io. Hier. Card. Albanus, tit. S. Io. ante Portam Latinam.
✠
✠ Ego P. Card. Deza, tit. sancti Hieronymi Illyricorum.
✠
✠
✠ Ego Ant. Presbyt. Cardin. tituli SS. Io. & Pauli.
✠ Ego Io. Ant. Card. tit. SS. Quatuor.
✠ Ego Io. B. Card. S. Marcelli.
✠
✠
✠
✠
✠
✠ Ego N. tit. S. Ceciliæ Card. Cremon.
✠
✠
✠ Ego Vinc. tit. S. Clementis Card. Montis Regalis.
✠ Ego Philippus tit. S. Sabinæ Cardin. Spinula.
✠
✠
✠ Ego Scipio Card. Lancellottus, tit. S. Saluatoris in Lauro.

✠
✠ Ego Henricus Card. Caetanus tt. S. Pudentianæ, S.R.E. Camerarius.
✠ Ego Io. B. tit. S. Mariæ in Aracœli, presbyter Card. Cornelius.
✠
✠
✠ Ego Dominicus tit. S. Laurentij Card. Pinellus.
✠
✠ Hieron. tit. S. Petri ad Vincula, Card. de Ruuere.
✠
✠ Ego Frater Hieron. tit. S. Thomę in Parione Card. Asculanus.
✠ Ego A. Mar. tit. S. Agnetis in Agon. Card. Perusin.
✠ Ego F. Constantius Card. Sarnanus, tit. S. Petri in Monte aureo.
✠ Ego Gulielm. Card. Alanus tit. S. Martini in Mont.
✠ Ego Scipio tit. S. Mariæ de Populo Card. Gonzaga.
✠ Ego Antonius tit. Sancti Vitalis Cardinalis Saulius.
✠ Ego E. Card. Cosent. tit. Sancti Matthęi in Merul.
✠
✠ Ego Io. Card. de Mendoza, tit. S. Mariæ Transpon.
✠
✠
✠
✠
✠ Ego A. Card. Diac. S. Laurentij Montaltus Vicecancellarius.
✠ Ego Hier. S. Eustachij Diac. Card. Matthæius.
✠ Ego Benedictus S. Mariæ in Cosmedin Diac. Cardin. Iustinianus.
✠
✠
✠ Ego Federicus S. Agathę Diac. Card. Borromæus.
✠
✠

Imposi-

XXXIIII.

Impositio & assignatio annui subsidij centum duorum millium, & quingentorum scutorum monetæ, pro manutentione Classis decem Triremium, nuper ad præcipuam Status Ecclesiastici defensionem paratæ.



SIXTVS Episcopus Seruus Seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

IN quantas rerum perturbationes Respublica Christiana sit hoc tempore adducta, quàm grauia ei immineant pericula, adeò apertè res ipsa demonstrat, vt nihil necesse sit luctuosa commemoratione dolorem nostrum augere. Nemo enim ferè Christianorum Principum est, cui non aut de propriis damnis, aut de vicinorum calamitatibus sit dolendum. Itaque cum ad hanc communem, quam de vniuersalis Ecclesiæ nobis à Domino commissæ regimine & tuitione suscipimus curam, accedat noster paternus affectus, quem erga populos nobis, ac huic sanctæ Sedi, etiam in temporalibus subiectos, tanquam erga peculiares filios gerimus, iamq; Dei benignitate, nostraq; solicitudine perditorum hominum audacia fre nata cunctis publica quies, pax & tranquillitas sit præsertim in locis mediterraneis restituta: nunc etiam summo studio enitendum est, vt littora quoque & oræ maritimæ temporalis nostræ ditionis Terra Mariq; à Piratis, & prædonibus quantum fieri potest tutæ reddantur, non solum ad nostrorum Subditorum securitatem, sed vt exteræ etiam nationes ad hanc cõmunem matrem tutò accedant, neue à Piratis in miseram seruitutem abducantur. Ideoq; classem decem triremium ad Piratas coercendos & repellendos parauimus, ornauimus, omniq; nautico & militari apparatu instruximus. Verùm cum hæc omnia non sine magno sumptu confici potuerint, & in posterum ad hæc ipsa, quæ Christianæ Reipublicæ vniuersæ impendẽt mala propulsanda, ingentes impensæ indies faciendæ sint, classem prędictam perpetuis futuris temporibus, ex nostris & Cameræ Apostolicæ redditibus conseruari vix posse cernimus, nisi ad extraordinarium aliquod subsidium confugiamus. Quare, etsi statueramus nullis populum, aut Clerum nouis exactionibus, impositionibusue grauare, idq; in hoc vsq; tempus præstiterimus; tamen multitudo impensarum & onerum, aliis super alia crescentibus, ab huiusmodi proposito & instituto aliquantulum recedere nos coegit. Quod vt nos inuiti facimus; ita speramus eam æquitatem animorum fore, vt quod in publicam vtilitatem necessariò impendendum vident, haud grauatè etiam conferant.

Hic summus Pont. facinorosos Ciuitatum & locorum Status ecclesiast. perturbatores fere oẽs perdidit, & propterea quietem & pacem vbique restituit, & insuper ad securitatem etiam Maris decem Classis Triremium maxima cũ impensa instruxit & ornauit.

Habita igitur super his omnibus cum Venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus deliberatione matura, de eorum consilio & assensu, auctoritate Apostolica tenore pręsentium perpetuò indicimus, & imponimus perpetuum annuum subsidium, seu redditum, aut responsionem septuaginta octo millium scutorum monetæ per omnes populos Status nostri temporalis Ecclesiastici, pro manutentione classis præfatarum decem triremium singulis annis persoluendum; hac tamen distributione seruata, vt Prouincia Marchiæ duodecim millia, ac totidem Prouincia Romandiolæ, totidem etiam Prouincia Vmbriæ, necnon totidem Bononia, totidemque dilecti filij Senatus Populusq; Roman. Prouincia verò Patrimonij Beati Petri in Tuscia quinque millia octingenta septuaginta quattuor, Prouincia Campaniæ sex millia centum viginti sex, Ancona mille & octingenta, ac totidem Firmum, Asculum verò mille ducenta, ac totidem Fanum scuta monetæ, quæ insimul prędictam summam septuaginta octo millium scutorum conficiunt, Cameræ Apostolicæ ex prædicta causa annuatim persoluere, Magistratus verò cuiuscunque Ciuitatis, Prouinciæ, Terræ, & loci, etiam si opus erit assistentibus in hoc Gubernatoribus, Præsidentibus & Officialibus eorundem, modum & formam exigendi, colligendi, & diuidendi taxam eis impositam, etiam per impositionem tallearum, collectarum, vel aliàs prout eis commodius videbitur reperire teneantur.

Et nunc annuũ subsidiũ septuaginta octo milliũ scutorũ Populis sui Status ecclesiastici pro manutẽtione d. Classis imponit, & modo h c designato distribui mãdat.

Cumq; ne hæ quidem impositiones sufficiant, de consilio, auctoritate & tenore prædictis,

Aliudq; simile subsidiũ annuorũ scutorũ duodecim milliũ pro eadẽ causa super omnibus redditibus beneficiorũ consistentũ in quibuscũq; Dominiis & locis S. R. E. mediate & immediate subiectis imponit.

dictis, imponimus pariter, atque indicimus aliud subsidium aliorum duodecim millium scutorum monetæ super omnibus & quibuscunque fructibus, redditibus, prouentibus, iuribus, obuentionibus, distributionibus quotidianis, & emolumentis ordinariis, & extraordinariis omnium & quarumcunq; Ecclesiarum Metropolitanarum, Cathedralium, Collegiatarum & parochialium, necnon Monasteriorum & Conuentuum, ac etiam mensarum Archiepiscopalium, Episcopalium, Abbatialium, Capitularium, & Conuentualium, Prioratuum, quoque Præpositurarum, Pręceptoriarum, Canonicatuum, prębendarum, dignitatum, personatuum, administrationum, & officiorum, cęterorumq; beneficiorum Ecclesiasticorum cum cura & sine cura, sęcularium, ac S. Benedicti, S. Augustini Cluniaceñ. Cistercieñ. Pręmonstrateñ. Sancti Basilij Syluestrinorum, & qui proprietates redditusq; certos ex priuilegio, vel aliàs possident, Mendicantium, ac quorumcunq; aliorum Ordinum vtriusque sexus, necnon Congregationum regularium, (exceptis tamen duodecim illis Congregationibus, quę cum Camera Apostolica tempore felicis recordationis Pij Papę Quinti prędecessoris nostri de subsidio ordinario concordarunt.) Et præterea Hospitalium etiam pauperum hospitalitatem non exercentium, seu bona & redditus vltra infirmorum necessitates, & alia pro quibus instituta sunt pia officia exercenda possidentium, necnon Beatæ Marię Theutonicorum, Sancti Lazari de Alto passu, Templi Dominici, & aliarum Militiarum (Hospitalis Sancti Ioannis Hierosolymitañ. quę pro sui tutela contra Turcas, & alios Infideles alienis auxiliis continuò eget dũtaxat excepta,) nedum in vniuerso Statu S. R. E. siue mediate siue immediate cõsistentiũ, nempe vt Parmæ, Placentiæ, Ferrarię, Vrbini, Pisauri, Ciuitatibus, Ducatibus & Dominijs, verum etiam Mutinę & Regij ciuitatibus & earũ territorijs quibus eorumq; populis ex hac nostrę Classis conseruatione vtilitatem, etiam profuturam speramus comprehensis, ita vt quęcunque personę quauis dignitate & pręeminentia pręfulgentes, etiam S. R. E. Cardinales, ad soluendum ratam sibi tangentem subsidij, seu impositionis huiusmodi teneãtur: quod quidem subsidium & impositionem secundum verum annuum valorem fructuum, redditũum, prouentuum, & aliorum prędictorũ, & iuxta taxam cuiq; diœc. ab infrascripto Camerario nostro, cum interuentu Camerę nostrę Commissarij generalis imponendam: inter personas autem Ecclesiasticas eius diœc. per Episcopum, vnà cum duobus, vno, videlicet à Capitulo, altero à Clero deputandis, pro modo redditũum Ecclesiasticorum quos vnusquisq; percipiet dispertiendum, etiam ratione omnium & quarumcũq; pensionũ annuarũ super fructibus, redditibus, prouentibus, iuribus, obuentionibus, emolumentis & distributionibus supradictis assignatarum, & assignandarum percipi, exigi, & leuari debeat ab omnibus & quibuscunq; Episcopis, Archiepiscopis, Primatibus, Patriarchis, & aliis Ecclesiarum Pręlatis, ac etiam Cardinalibus prędictis, ac cęteris cuiuscũq; status, dignitatis, & conditionis personis prędicta, quocunq; iure & titulo obtinentibus & obtenturis, necnon œconomis & administratoribus perpetuis & temporalibus, vsufructuarijs, ac fructus, pensiones, res, & alia huiusmodi iura ex quacunque causa sibi Apostolica auctoritate in toto, vel in parte reseruata habentibus & habituris secularibus & regularibus Ordinum, Congregationum, Militiarum & Hospitalium prędictorum, necnon ab ipsis Ecclesijs, Capitulis, Conuentibus, Ordinibus, Congregationibus, Collegiis, Hospitalibus, Militijs, Mensis, Massis & locis quocunque priuilegio, & exemptione reali, personali, & mixta antiqua & immemorabili, pacifica & continua suffultis: quos omnes ad hoc efficaciter obligatos die festo Dedicationis S. Michaelis Archangeli in Mense Septembris ratam sibi tangentem Cameræ prędictæ & illius Procuratoribus ad id constituendis, omnino volumus persoluisse.

Exepi à solutione dicti subsidij duodecim Congregationes quæ se concordarunt cum Pio V. vt in eiusd. Pii V. cõstit. 25. fo. 1113. & cost. 130. fol. 1181.

Excipit etiam Hospit. S. Ioannis Hierosolymitani.

Subsidiũq; prędictum, modo hic designato solui præcipit.

Soluere autem recusantib. pœnas hic descriptas infligit.

Quicunque verò subsidium & ratam illius sibi iniunctam, nullo modo vel non integrè, siue non in terminis constituendis exhibuerint, seu in illorum exhibitione malitiam commiserint siue fraudem, Ecclesiarum Antistites suspendimus à diuinis: Capitula verò Conuentus & Collegia quæcunque Ecclesiastico interdicto supponimus: ac singulares personas Antistite inferiores, excommunicationis sententia innodamus. Cęterum ad prædictam subsidij ratam pręcipimus etiam omnibus conductoribus, censuariis, & locatoribus proprietatum, fructuum, rerum, & iurium prędictorum, etiam huiusmodi pensionibus oneratorum, vt ipsam ratam nomine dominorum & pensionariorum ad computum

suæ

suæ quisque locationis: omnibus verò possessoribus, vsufructuariis & aliis pensiones soluere debentibus, vt ipsi etiam ratam pēsionum huiusmodi nomine pensionariorum Cameræ & procuratoribus prædictis integrè persoluant.

Ac demum tam prædictum septuaginta octo millium à Populis, atq; alterum redditū annuum duodecim milliū scutorum à Clero status huiusmodi sic vt præfertur persoluendum, quàm etiam quinque millia scuta, ex annuis redditibus, Ciuitatis nostrę Beneuentan. ac tria millia quingenta ex appaltu Proxenetarum Almæ Vrbis nostræ, ac demū reliqua quatuor millia ex appaltu Officij Reuisoris expeditionum, quæ in Vrbe prædicta, ab illius Iudicibus relaxantur annuatim prouenientia, quæ hactenus nunquam à Camera Apostolica exacta sunt, & nostra cura, industria, ac diligentia eidem Cameræ sine alicuius grauamine acquisita nuper fuerunt (quę cuncta simul summam centū & duorum millium & quingentorum scutorum annuorum constituunt) pro conseruatione & manutentione decem triremium prędictarū de consilio auctoritate & tenore prędictis perpetuò assignamus, applicamus, & appropriamus. Statuentes pecunias, ac redditus prædictos sic applicatos & assignatos, illorumue partem aliquam, etiam minimam, nūquam perpetuis futuris temporibus in alios vsus etiam fortasse magis pios existimatos, aut necessarios conuerti, erogari, aut exponi vllo modo posse, aut debere: Ac decernentes prædictos omnes in solidum cogendos esse, ipsiusq; subsidij & impositionis exactores à quibusuis personis prædictis exigendi facultatē habere, neq; vllas omnino immunitates & exemptiones, etiam ex causa resignationis, cessionis, iuris, concordiæ, conuentionis, aut quacunque alia graui & onerosa occasione quocunq; modo concessas, & interim concedendas integram solutionem huiusmodi minuere vel impedire, neq; possessores, vsufructuarios, aut alios, pēsiones huiusmodi soluere debentes, etiamsi ipsi iuri & actioni petendæ vel detrahendæ, vel retinendę portionis & ratæ partis pensionarios contingentis & facultati repetendi iureiurando renunciauerint, & illam liberè donauerint; ac ex forma dictæ Camerę amplissima cauerint, modo aliquo derogari, nec ad id pro dicto tempore constringi posse. Omnes verò confessiones & quietantias receptionis ratæ dicti subsidij à Procuratoribus & Ministris Cameræ prędictæ tam Conductoribus, censuariis & locatoribus nomine ipsorum principalium, quàm etiam ipsis, necnon possessoribus, vsufructuariis, & aliis pensiones soluere debentibus, nomine pensionariorum faciendas, perinde afficere, atque in iudicio & extra illud vbique locorum fidem facere, ac si ipsismet principalibus & pensionariis præsentibus & soluentibus factæ & exhibitæ fuissent.

Sicque per quoscunq; Iudices ordinarios & delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales in quauis causa & instantia, sublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate, & auctoritate, vbique iudicari & diffiniri debere: necnon irritum & inane quicquid secus per quoscunque scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Vt autem omnia supradicta, sicut causa tam iusta postulat, diligenter & fideliter executioni demandentur, Dilectum filium nostrum Henricum tit. S. Pudentianæ Presbyterū Cardinalem Caetanum nuncupatum modernum, ac pro tempore existentem Camerarium S. R. E. generalem omnium impositionum & subsidij præfatorum Collectorem in vniuerso statu prędicto tam quo ad personas Ecclesiasticas, quàm laicas, & profanas, cum omnibus & quibuscunque priuilegiis, iurisdictionibus, & iuribus, quę omnes alij huiusmodi Collectores habere solent, auctoritate prædicta tenore præsentium constituimus & ordinamus, eiq; plenam, liberam & absolutam potestatem, facultatem & auctoritatem tribuimus, omnes ratas superius expressas Cameræ prædictæ nomine, vbique procurādi; prædictos omnes, tam coniunctim quàm diuisim ad integram illarū solutionem, vti prędictum est, faciendam, etiam per edictum locis publicis affigendum, monendi, & requirendi, non parentes, fraudantes & cęteros contumaces in censuras & pœnas prædictas incidisse declarandi; proprietates, res, fructus & alia bona ipsorum, etiam manu Regia apprehendendi, & vsq; ad condignam satisfactionem retinendi. Contradictores, & perturbatores, molestatores, & inobedientes quoscunque, eisq; auxilium, consilium, vel fauorem, publicè, vel occultè, quouis quæsito colore præstantes, cuiuscunque dignitatis, gradus, & ordinis fuerint prædictis, aliisq; censuris & pœnis Ecclesiasticis, necnon pecuniarils,

Et prædicta duo subsidia, ac alia tria subsidia nuper reperta, & hic expressa, quæ in totū faciunt summam annui redditus 102. millium & 500. scutorum, pro conseruatione dictorū decem Triremium assignat, & alibi erogari posse vetat.

Exemptiones quascunq; non obstare declarat.

Quietātias Officialiū Cameræ, omnib' etiā affictuariis sufficere decernit

Decretum irritans apponit.

Cardinalē Caetanū Camerarium, Collectorem dictorum subsidiorū, cū facultatibus & iurisdictionib' hic expressis deputat.

niarijs, cęterisq; iuris & facti remediis opportunis compellendi, illasq; etiam iteratis vicibus aggrauandi, dignitatibus, Officiis, Magistratibus, & beneficiis omnibus priuandi, & amouendi, & ad futura inhabiles faciendi, interdictum Ecclesiasticum apponendi, auxiliumq; brachij secularis, quandocunque opus fuerit, inuocandi. Ad obedientiam verò reuersos, qui debitè satisfecerint, ab omnibus censuris & pœnis supradictis, in forma Ecclesiæ consueta absoluendi. Super irregularitate forsan incursa dispensandi, & ad pristinum statum omnino restituendi. Pręterea Collectores, & Subcollectores fide & facultatibus idoneos, in omnibus Ciuitatibus, Terris, & Prouinciis status prædicti, quotquot. viderit expedire, cum simili, aut limitata, (non tamen absoluendi potestate) constituendi, eũque, vel eos arbitrio suo reuocandi; negligentes etiam morosos remouẽdi, ac aliũ, seu alios subrogandi, quotiescunque ei videbitur. In delinquentes & suspectos per se, vel alium seu alios, etiam simpliciter, & de plano, ac sine strepitu & figura iudicij inquirendi, & meritis pœnis puniendi, modos & formas in prędictis seruandos præscribendi, dubia quęcunque in pręmissis fortè oritura declarandi, & prorsus omnia & quęcunque circa ea necessaria & opportuna faciendi, statuendi, & exequendi, etiamsi talia forent, quę mandatum exigerent magis speciale, quàm præsentibus est expressum.

Clausulas derogatorias subnectit.

Non obstan. piæ mem. Bonifacij Papæ Octaui, etiam predecessoris nostri, de vna, & in Concilio Generali edita de duabus dietis, ac aliis Apostolicis constitutionibus, necnon Prouinciarum, Ciuitatum, Terrarum, Castrorum, necnon Ecclesiarum, Monasteriorum, Ordinum, Congregationum, Hospitalium, Militiarum & locorum prædictorum iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, stabilimentis, vsibus, & naturis. Quòdq; Prælatis & personis prædictis, eorũq; Ecclesiis & locis, vel quibusuis aliis communiter vel diuisim à prædicta sit Sede indultũ, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non posint per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto, necnon personis, earumq; nominibus & cognominibus Ecclesiis, Monasteriis, Ordinibus, & locis huiusmodi mentionem, & quibuslibet aliis priuilegiis, exemptionibus, immunitatibus, in genere & in specie, quomodocunque concessis, confirmatis, & innouatis, etiam solutiones huiusmodi aliter quàm secundum antiquam taxam, & nisi in vniuersali decimarum per Orbem impositione fieri prohibentibus, necnon promissionibus, donationibus, obligationibus, iuramentis, renunciationibus, vinculis, & cautelis in assignatione prædictarum pensionum factis, quibus per impositionem huiusmodi pensionum neminem teneri, neque eas quo ad pręmissa contra quemquam locũ habere declaramus, aliisq; indultis & litteris Apostolicis generalibus & specialibus, cuiuscunque tenoris existant, per quę præsentibus non expressa, aut omnino non inserta effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri, & de quibus quorumq; totis tenoribus habenda sit in nostris litteris mentio specialis: quę omnia contra præmissa nolumus cuiquam in aliquo suffragari, necnon aliis huiusmodi impositionibus & concessionibus, ad tempus nondum elapsum per nos factis, cæterisq; contrariis quibuscunque.

Declaratio q pia loca & personæ ecclesiasticę subsidium ad monetã currentem & pro quietantia generalis solutionis carolenum vnum soluant. et ecclesiarum ornamenta in executione capi aut distrahi non possint.

In percipiendo autem prędicto subsidio, & impositione, quo ad personas Ecclesiasticas & pia loca, constitutionem rec. mem. Clementis Papæ Quinti similiter prędecessoris nostri, in Concilio Viennen. editam, quod ad monetam currentem communiter solutiones fieri; nec calices, libri, cæteraq; Ecclesiarum ornamenta diuino cultui dicata, ex causa pignoris capi, percipi, vel distrahi, aut aliàs quomodolibet occupari debeant, vbique volumus obseruari. Quin etiam præcipimus ne quisquam, etiam plura quantiscunque valoris beneficia Ecclesiastica, seu plures pensiones, aut fructus, seu mixtim obtineris pro littera & sigillo quietantię vniuersalis, si illam habere voluerit, vltra vnum carolenum conficientem quatrenos triginta huius monetæ soluere teneatur, nec ad aliud onus, etiam prætextu cambii, vspiam compellatur.

Quia verò difficile nimis esset præsentes litteras quocunq; illis opus erit perferri, volumus quoq; vt illarum exemplis, etiam impressis, Notarij publici manu, ac Henrici Cardinalis & Camerarij pręedicti, aut alterius Collectoris seu Prælati Ecclesiastici, eiusq; Curię sigillo obsignatis, eadem prorsus fides in iudicio & extra illud, vbique locorum adhibeatur, quę illis ipsis adhiberetur, si essent exhibitæ vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum

minum

minum liceat hanc paginam nostræ indictionis, impositionis, voluntatis, suspensionis, suppositionis, innodationis, præcepti, decreti, assignationis, applicationis, appropriationis, statuti, constitutionis, ordinationis, & declarationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romę apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicę, Millesimo quingentesimo octuagesimo octauo, Decimo Kal. Februarij, Pontificatus nostri Anno Quarto.

✠ Ego Sixtus PP. V. Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.

✠ Ego Io. Ant. Episcopus Ostien. Card. S. Georgij.
✠ Ego Alphonsus Gesualdus Episcopus Portuen.
✠ Ego In. Card. de Arag. Episcopus Tusculanus,
✠
✠ Ego Ptolomęus Card. Comen. Episcopus Sabinen.
✠ Ego P. Card. Sanctacrucius Episcopus Albanen.
✠
✠
✠ Gabr. Card. Palęottus, tt. S. Laurentij in Lucina.
✠
✠ Lud. Card. Madrutius Presb. S. Anastasiæ.
✠ Nic. Card. de Pelleue Senonen. Presbyter, tt. Sanctę Praxedis.
✠ Iul. Ant. tt. S. Bartholomæi in Insula, Presb. Card. Sanctę Seuerinę.
✠ Hieronymus Card. Rust. tt. Sanctę Susannę.
✠ Io. Hier. Card. Albanus.
✠
✠ P. Card. Deza, tt. S. Hieron. Illyricorum.
✠
✠
✠ Ego Ant. Card. tt. SS. Io. & Pauli.
✠ Ego Io. Ant. Card. tt. Sanctorum Quatuor.
✠ Io. B. Card. Sancti Marcelli.
✠
✠
✠
✠
✠
✠ Ego N. tt. S. Cęcilię Card. Cremonen.
✠ Ego Antonius Maria Card. Saluiatus, tt. Sanctę Marię de Pace.
✠

✠
✠ Ego Phi. tt. S. Sabinę Card. Spinula.
✠
✠
✠ Ego Scipio tt. Sancti Saluatoris in Lauro, Presbyt. Card. Lancellottus.
✠
✠ Ego Henricus tt. Sanctæ Pudentianæ, Presb. Card. Caetanus, S. R. E. Camerarius.
✠ Ego Io. Baptista Cardinalis Castruccius, tt. Sanctę Marię in Aracęli, Signaturę Iustitiæ Pręfectus.
✠
✠
✠ Ego Dominicus tt. S. Laurentij Card. Pinellus.
✠
✠ Ego Hieronymus tt. S. Petri ad Vincula Card. de Ruuere.
✠
✠ Ego F. Hieronymus tt. S. Thomę in Parione Card. Asculanus.
✠ Ego Ant. Maria tt. Sanctę Agnetis in Agon. Cardinalis Perusin.
✠ Ego Frater Cōstantius Card. Sarnanus.
✠ Ego G. Card. Alanus tt. Sancti Martini in Mont.
✠ Ego Scipio tt. Sanctę Marię de Populo Cardinalis Gonzaga.
✠ Ego Antonius tt. S. Vitalis Card. Saulius.
✠ Ego Euangelista tt. S. Matthæi in Merulan. Cardinalis Cosentin.
✠
✠ Ego Ioannes Card. de Mendoza, tt. S. Marię Transpontinę.
✠
✠
✠
✠ Ego A. Diac. S. Laurentij in Damaso Cardinalis Montaltus Vicecancell.

✠ Ego Hierony. S. Mariæ in Cosmedin. Diac. Card. Matthęius.
✠ Ego Benedictus S. Agathæ Diaconus Card. Iustinianus.
✠ Ego Ascan. S. Nicolai in Carcere, Diac. Cardinalis Columna.
✠
✠ Ego Federicus SS. Cosmę & Damiani Diaconus Card. Borromæus.
✠ Ego Augustinus S. Adriani Diac. Cardinalis Cusanus.
✠

Publicatio. Anno à Natiuitate Domini, Millesimo quingentesimo octuagesimo nono, Indictione secunda, Die vero Iouis decimaoctaua Mensis Maij, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris & D. N. D. Sixti diuina prouidentia Papę Quinti, Anno Quinto: Retroscriptæ litteræ affixæ & publicatæ fuerunt ad valuas Basilicarum Sancti Ioannis Lateranen. & Sancti Petri Principis Apostolorum de Vrbe, & Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ, vt moris est, per nos Io. Baptistā Bagni & Pompeium Gueram Cursores.

Alex. Parabiachus Mag. Curs.

Admissio & registratio in Camera Apost. Die xxiiij. Mensis Maij, M. D. LXXXIX. Huiusmodi litteræ Apostolicæ, ex decreto in Camera Apostolica hodie facto in eadem Camera admissæ & registratæ fuerunt penes me infrascriptum Notarium lib. secundo signaturarum Sanctiss. D. N. Sixti Papæ Quinti fol. 43.

Andreas Martini.

XXXV.

Iurisdictiones & facultates Illustrissimi & Reuerendissimi Hippolyti Aldobrandini presbyteri Cardinalis, Maiorisq; Pænitentiarij, ad Regnum Poloniæ de latere Legati.



SIXTVS Episcopus Seruus Seruorum Dei, Dilecto filio Hippolito tituli sancti Pancratij presbytero Cardinali Aldobrandino nuncupato Maiori Pænitentiario nostro ad Regnum Polonię, ac omnes illius prouincias, dominia, ciuitates, oppida, & terras, eorumq; necnon illis adiacentia & quęcunque alia loca, ad quę te declinare contigerit nostro & Apostolicæ Sedis de latere Legato, Salutem & Apostolicam benedictionem.

Summi Pontificis charitas erga Regnum Poloniæ. QVAE nostra sit erga Regnum Poloniæ & inclitam eius nationem, voluntas, pietas, & paterna charitas, quod iuuandi res Polonicas studium, & si iam antea claris documentis testatum esse arbitramur, tamen nec plenius nec illustrius à nobis declarari posse credimus, quam hoc tempore quo ad Regnum prędictum pro maximis rebus ad illius dignitatem, pacem, & tranquillitatem pertinentibus tractandis & exequendis, te quem ad id ob præstantissimam fidem, prudentiam, pietatem, & vitæ integritatem, ac maximā rerum experientiam, spe antea in summis grauissimisq; negocijs spectatam, legatum vice nostra mittere statuimus. Illustriss. Cardinalis Aldobrandini præstātissimæ virtutes. Nam etsi tua nobis præsentia & fidelis opera optata & cara valde esset, tamen tanti apud nos fuit prędicti Regni salutis & boni publici cura, & tuis humeris onus legationis huiusmodi imponere voluerimus, in quo etiam circumspectionis tuę obsequium & obedientiam libenter agnouimus ac gratam habemus. Habita itaque cum fratribus nostris deliberatione matura de eorum omnium consilio te ad Poloniæ prædictum, ac etiam quæcunque alia Regna, prouincias, dominia, ciuitates, oppida, terras, & loca ad quæ pro tractandis huiusmodi negocijs te prout opus esse iudicaueris accedere, aut aliàs declinare contigerit nostrum & Sedis Apostolicæ de latere Legatum, tāquam vere Angelum pacis, in Dei nomine, auctoritate Apostolica tenore præsentium mittimus, constituimus & deputamus, persuasum certum q; habentes te munus hoc quod commisso plenæ Legationis officio tibi harum serie deferimus, pro summa tua in Deum pietatis sanctamq; hanc Sedem reuerentia, & erga totam Christianam rempublicam voluntate, ita executurum, vt ex hoc opere diuina largiente misericordia, optatos fructus simus percepturi, & labores virtutemq; tuam nobis laudibus cumulaturi. Eiusq; ad d. Regnū & alia loca in Legatum de latere deputatio, cū iurisdictionib. & facultatibus infrascriptis.

Cete-

Ceterum vt commisso tibi Legationis huiusmodi officio efficacius intendere, & erga Regnorum, prouinciarum, dominiorum, ciuitatum, oppidorum & locorum prædictorum, ac alias personas ad te vndecunque confluentes, vbicunque domicilium habuerint & vndecunque originem trahant, necnon familiares, continuos commensales tuos, te vtilem gratiosum & benignum reddere possis, Circumspectioni tuæ per te, vel alium, seu alios viros probos, & idoneos, Patriarchales, Primatiales, Metropolitanas & alias Cathedrales, ac Collegiatas & Parrochiales Ecclesias, necnon Monasteria tam virorum quàm mulierum, Prioratus, Præposituras, & loca secularia, & Cluniacen. Cistercien. Præmonstraten. ac quorumuis aliorum Ordinum etiam Mendicantium regularia, necnon Hospitalia etiam exempta, dictæq; Sedi immediate subiecta, vel quocunque alio priuilegio suffulta, eorumq; capitula, Conuentus, vniuersitates, collegia, & personas tam seculares quàm regulares, etiam vt præfertur exemptas & subiectas, quoties tibi videbitur, Apostolica auctoritate visitādi, ac in illorū statum, formā, regulas, instituta, regimen, statuta, consuetudines, vitam, ritus, mores, & disciplinam, tam coniunctim, quàm diuisim, ac tam in capite quàm in membris, diligenter inquirendi: necnon Euangelicę & Apostolicæ doctrinæ sacrorumq; canonum & generalium Conciliorum decretis, ac sanctorum Patrum traditionibus atq; institutis inhęrendo, & aliàs prout occasio rerumq; qualitas exegerit, quęcunque mutatione, correctione, emendatione, reuocatione, & renouatione, vel etiam ex integro editione indigere recognoueris, reformandi, mutandi, corrigendi, & etiam de nouo condendi, conditaq; sacris canonibus non repugnantia confirmandi, Abusus quoscunque tollendi, Regulas, institutiones, obseruationes, & Ecclesiasticam disciplinam vbicunque illę exciderint modis congruis restituendi & reintegrandi, Prædicti Concilij Tridentini decreta vbi nondum introducta sunt, proponendi, & custodiri pręcipiendi, Ipsasq; personas tam sæculares quàm regulares etiam exemptas, ad debitum & honestum vitæ modum reuocandi, & quicquid inde statueris & ordinaueris, perpetuò obseruari faciendi. Contra inobedientes, ac etiam contra falsarios, vsurarios, raptores, incendiarios, & alios criminosos & delinquentes quoscūque etiam exemptos, eorum fautores & receptatores cuiuscunque dignitatis, ordinis, & conditionis fuerit, per viam accusationis vel denunciationis & etiam ex officio, etiam summariè, simpliciter & de plano ac sine strepitu & figura iudicij inquirendi, & procedendi, reosq; prout canonicę requirunt sanctiones & aliàs tibi videbitur expedire puniendi: Necnon horum criminum, & beneficiales ac matrimoniales, & quascunque alias causas ecclesiasticas, prophanas, ciuiles, criminales, & mixtas, ad forum ecclesiasticum quomodolibet pertinentes, (sine pręiudicio Ordinariorum quo ad causas huiusmodi in prima instātia coram eis iuxta eiusdem Concilij Tridentini decretum, vbi illud receptum & in vsu est) cognoscendas tam per viam simplicis querelæ, quàm etiam quarumcunque appellationum, à quibuscunque Iudicibus ordinarijs, & etiam à Sede prædicta delegatis interpositarum, & dicta durante Legatione interponendarum motas & inchoatas, ac interim mouendas, cum omnibus earum incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis, & connexis, etiam summariè simpliciter & de plano ac sine strepitu & figura iudicij sola veritate inspecta, terminisq; substantialibus, vnico contextu, vel etiam non seruatis, sed illorum loco pręfixo termino arbitrio tuo procedendi, audiendi, & fine debito terminandi. Et ad hunc ceterorumq; contingentium effectum, quoscunque etiam per edictum publicum constito prius etiam summarie & extraiudicialiter de non tuto ad illos accessu, citandi & mouendi, eisq; ac etiam quibusuis Iudicibus, cęterisq; personis, quibus & quoties opus fuerit, etiam per simile edictum ac etiam sub censuris & pœnis Ecclesiasticis, necnon pecuniarijs, tuo vel delegatorum tuorum arbitrio moderandis & applicandis, inhibendi. Ac contra inobedientes & rebelles quoscunque censuras & pœnas prædictas etiam iteratis vicibus aggrauandi, interdictum ecclesiasticum apponendi & relaxandi, auxiliumq; brachij sęcularis inuocandi, seu causas ipsas alij, vel alijs idoneis modo & forma pręmissis, ac cum simili vel limitata potestate pariter audiendas & terminandas delegandi. Quascunque personas aduersus sententias, res iudicatas, & contractus quoscūque, prout iuris fuerit in integrum restituendi, iuramenta quęcunque ad effectum agendi dumtaxat quibuslibet relaxandi. Quoscunq; à quibusuis censuris & pœnis simpliciter vel ad cau-

Facultas ecclesias, Monasteria, Hospitalia, & psonas quascunque etiam exemptas visitandi, & corrigendi.

Inobedictes & falsarios, vsurarios, & alios criminosos etiam exemptos puniendi.

Beneficiales matrimoniales & alias causas ad forum ecclesiasticum pertinentes summarie &c. cognoscendi.

Restitutionē in integrū aduersus sētas, res iudicatas, & cōtra cōtractus prout de iure cōcedēdi, & & iuramēta ad effectū agendi tantū relaxādi, & a quibuscunq; censuris & pœnis absoluendi.

Reos criminũ ad forũ ecclesiasticũ pertinẽtium audiẽdi & absoluendi.

telam, prout iuris fuerit, absoluendi. Præterea quoscunque ad te recurrentes, qui homicidium etiam voluntarium, necnon sacrilegium, symoniam, & periurij reatum quomodocunque commiserint, qui bellis interfuerint, qui manus violentas in Clericos & presbyteros non tamen Episcopos iniecerint, & qui ratione beneficiorum ecclesiasticorum per eos obtentorum, horas canonicas non dixerint, & intra tempus à iure statutum vel fundatione aut aliàs requisitum se ad sacerdotium promoueri non fecerint, quiue beneficia ecclesiastica contra cõstitutionem fœlicis recordationis Ioannis Papæ XXII. prædecessoris nostri, quę incipit Execrabilis, aut alias, indebitè detinuerint, etiam si ipsi ac etiam alij quicunque ex alijs quibuscunq; causis fructus Ecclesiasticos indebitè & quomodocunque perceperint. Et pręterea eos qui adulterium, incestum, sacrilegium, fornicationem, & aliud quodcunque peccatum carnis perpetrauerint, necnon litterarum & supplicationum Apostolicarum falsarios, vsurarios, raptores, incendiarios, & aliorum quorumcunque criminum ad forum Ecclesiasticum pertinentium reos, tam clericos quàm laicos si hoc à te humiliter petierint, homicidas voluntarios videlicet ac in susceptis ordinibus symoniacos clericos eis ab altaris ministerio perpetuo suspensis, alios vero simoniæ labe occasione beneficiorum infectos, beneficiis ipsis prius realiter dimissis, & qui fructus ecclesiasticos indebitè perceperint, illis pro facultate impetrantium arbitrio tuo Ecclesijs & locis, vnde profecti sunt, restitutis, vel in pauperes erogatis, vel etiam ipsis impetrantibus in toto vel in parte remissis: Necnon Apostatas, postquam ad ouile redierint, vel, si necessitas aut vtilitas postulauerit, ad alios ordines pares vel strictiores transierint, & prorsus quoscunque alios in omnibus & quibuscunque aliis casibus etiam dictæ Sedi reseruatis, non tamen aliàs contentis in litteris die Cenæ Domini legi consuetis, necnon excommunicationis aliisq; sententiis, censuris & pœnis ecclesiasticis & temporalibus, quas propterea quomodolibet incurrerint, etiam in vtroq; foro absoluendi, Ac cum eis, & prorsus cum quibusuis aliis clericis & personis ecclesiasticis, super quacunque irregularitate per eos non tamen occasione homicidij voluntarij vel Bigamiæ quomodolibet contracta, etiam si ipsi censuris huiusmodi ligati, Missas & alia diuina officia, non tamen in contemptum clauium celebrauerint, vel aliàs sese diuinis immiscuerint. Ita vt nondum promoti, omnes etiam sacros & presbyteratus ordines suscipere, & tam ipsi quàm alij in susceptis etiam in altaris ministerio ministrare, & quæcunque ac qualiacunque beneficia ecclesiastica cum cura & sine cura qualitercunque qualificata, quæ tamen plura non sint, quam, quæ à Concilio Tridentino permittuntur recipere, illaq; & per eos obtenta retinere, liberè & licitè valeant, ac super male ablatis & retentis incertis, facta prius si & prout fieri poterit debita satisfactione, dispensandi. Ac ab eis aliisq; prędictis omnem inhabilitatis & infamię maculam siue notam contra eos insurgentem penitus abolendi & in pristinum statum restituendi. Ac quibusuis in ętate legitima constitutis, & aliàs idoneis, vt ad omnes, & qui competenter beneficiati fuerint, vel etiam vbi Ecclesiarum & locorum necessitas aut vtilitas id suaserit, ad titulum patrimonij, etiam ad sacros & presbyteratus ordines, à suo Ordinario in vnitate fidei & dictæ Sedis obedientia persistente, vel cum eiusdem aut Vicarij sui dimissoriis litteris; alioquin à quocunque alio maluerit Catholico Antistite gratiam & communionẽ dictę Sedis habente, extra Romanam Curiam & in propria diœces. residente, etiam quo ad sacros Ordines, quibusuis tribus Dominicis vel aliis festis diebus, etiam extra tempora à iure statuta, ac etiam quibusuis aliis iuxta canonicas sanctiones qualificatis, earum ciuitatum & diœces. in quibus similes Antistites non fuerint, vt pariter dummodo vicinioris Ordinarij Catholici testimonio, vita, mores, & natalium legitimitas eorum commendent, à quocunque alio voluerint Catholico Antistite, clericali charactere insigniri, & ad omnes etiam sacros & presbyteratus ordines, vt præfertur, promoueri, & in illis sic promoti, etiam in altaris ministerio ministrare possint, licentiam tribuendi. Insuper cũ corpore vitiatis, dummodo tanta non sit deformitas, quæ diuinis præstet impedimentũ, aut scandalum in populo generet, vt pariter ad omnes etiã sacros & presbyteratus ordines promoueri, ac quęcunque beneficia ecclesiastica cum cura, & sine cura, etiam si parochiales Ecclesię vel earum perpetuæ vicariæ, aut canonicatus, & præbendæ, dignitates, personatus, administrationes, vel officia in Cathedralibus etiam Metropolitanis, vel

Idoneis personis & aliis hic designatis, circa promotionẽ ad sacros ordines etiã extra tempora, licentias cõcedẽdi.

Cũ corpore vitiatis circa promotionẽ ad sacros ordines, &c. dispẽsãdi.

vel Collegiatis Ecclesiis,& dignitates ipsæ in Cathedralibus etiam Metropolitanis, post Pontificales maiores vel collegiatis Ecclesiis huiusmodi principales fuerint, si eis alias canonice conferantur aut eliguntur, præsententur,vel alias assumantur,ad illa & instituãtur, in eis recipere, & dummodo plura simul non sint, quam quæ à Concilio prędicto permittuntur, retinere, ac etiam cum quibusuis personis tertio, seu tertio & quarto à cõmuni stipite, ac quarto etiam duplicibus vel multiplicibus consanguinitatis,vel affinitatis gradibus inuicem coniunctis, vel sese attinentibus, videlicet si vir vel alius aliter non obligatus, mulierem nullam dotem habentem dotare, aut vir ipse eam cum dote minus competenti ducere voluerit,seu si locus angustus & contrahere volentes aut nobiles aut illic principales fuerint, seu quia ipsi in ciuitatibus,seu oppidis insignibus primarij, paris conditionis personas inuenire nequiuerint, vel vbi mulier in proprio castro vel loco virum sibi non attinentem, cui honeste nubere possit minime inuenerit, & si extra nubere cogeretur dotem ad id in bonis stabilibus competentem non habuerit, ac etiam pro sedandis inimicitiis vtriusque parentum, fratrum, cognatorum, vel affinium ante contractum Matrimonij ex alia causa intercedentibus, & pace ineunda, aliosq; huiusmodi casus, & aliis quibuscunque causis quę tibi videbuntur, ac etiam sine earum expressione, & pro tuę voluntatis libito, & simili modo, in publica honestate iustitiæ vbi solum sponsalia intercesserint, & cognatione spirituali, nõ tamen inter leuatum & leuantem,vt Matrimonium inter se contrahere & in facie Ecclesiæ solemnizare, ac postquam contractum fuerit in eo remanere, Ac pariter cum iis qui huiusmodi impedimentis non obstantibus, illud tam scienter quàm ignoranter contraxerint, & cum iis qui per fornicationem aut adulterium se polluerint,dummodo in mortem defuncti coniugis quicquam eorum venter machinatus fuerit, etiam si tales illud carnali copula cõsummauerint, prolemq; exinde susceperunt,ipsos ab incestus reatu & excommunicationis aliisq; censuris ecclesiasticis in forma Ecclesiæ consueta, iniuncta inde eis pro modo culpæ pœnitentia salutari, & alijs quæ de iure fuerint iniungenda absoluendo, vt etiam matrimonium de nouo inter se contrahere & vt præfertur solemnizare, ac pariter in eo remanere libere & licite valeant dispensandi, prolemq; exinde susceptam & suscipiendam legitimam decernendi atque nunciandi. Ad hæc resignationes quorumcunque beneficiorum Ecclesiasticorũ cum cura & sine cura secularium, necnon Cluniaceñ. Cisterciẽ. Præmonstrateñ. Grandunoreñ. Fontisebraũ. & quorumcunque aliorum ordinum regularium, intra limites tuæ Legationis consistentium, etiam si secularia, dignitates, canonicatus, & præbendæ, personatus, administrationes vel officia in Cathedralibus etiã Metropolitanis vel Collegiatis Ecclesiis, vel dignitates ipsæ in Cathedralibus etiam Metropolitanis, post Pontificales maiores, vel collegiatis Ecclesiis huiusmodi principales, aut parrochiales Ecclesiæ vel earum perpetuæ vicariæ, regularia vero beneficia huiusmodi Prioratus etiam Conuentuales & electiui, Præpositurę, Præpositatus, dignitates, personatus, administrationes, & officia etiam curata,& electiua,aut de iure patronatus laicorum,vel eorum & clericorum mixtim, & alias qualitercunque qualificata, ac etiam dispositioni Apostolicæ spiritualiter vel generaliter reseruata vel affecta, & cuiuscunque annui valoris illorũ fructus, redditus,& prouentus fuerint, simpliciter vel ex causa permutationis, accessionis, commendarum, necnon litis,& causæ beneficiorum, tam in dicta curia quàm extra eam litigiosorum, ac iurium quorumcunque recipiendi & admittendi, causas desuper pendentes, quo ad ipsos cedentes tantũ auocandi, litesq; huiusmodi penitus extinguendi. Vniones, annexiones, incorporationesq; ex causis quæ tibi iuste videbuntur dissoluendi. Dictaq; beneficia tam simpliciter quàm ex causa permutationis resignata, per resignationem seu dissolutionem huiusmodi,ac quæcũque alia per obitum, aut aliàs quibusuis modis & ex quorumcunque personis extra dictam curiam, intra limites dictæ Legationis siue prouinciæ & locorum eiusdem ad quæ eundo & redeundo te declinare contigerit vacantia, dummodo illa quæ per obitum vacauerint, ratione familiaritatis & continuæ commensalitatis nostræ seu alicuius Cardinalis viuentis prædictę dispositioni reseruata vel affecta non fuerint, personis idoneis conferendi, ac de illis etiam prouidendi. Monasterijs tam virorum quàm mulierum, ordinum quorumcunq; Legationis prædictæ (quorum tamen virorum fructus, redditus, & prouentus ducentorum florenorum

Et inter cõsanguineos & affines matrimonia contrahere volentes, & in 3. vel in 3. & 4. dispensandi.

Imò etiã cũ iis qui nõ obstan. dictis impedimentis matrimonia cõtraxerunt, & etiã cum iis qui per fornicationem aut adulteriũ se polluerunt, dispensandi, & prolem inde susceptam aut suscipiendam legitimã decernendi.

Resignationes quorumcunq; beneficiorũ admittẽdi causasque desuper pẽdentes quo ad ipsos cedentes tantummodo auocandi.

Vniones dissoluendi.

Beneficia ex causa huiusmodi resignationũ aut dissolutionum & alia per obitum nõ tamen Sedi Apost. reseruata, vel alias extra Curiã, & intra limites Legationis vacãtia psonis idoneis conferendi.

Monasteriis tẽpore Legationis vacantibus quorũ fructus annuũ val. florenorũ 400. auri de Cam. non excedũt, de Abbatibus & aliis Prælatis prouidendi.

Monasteria & alia beneficia, regularia commendari solita in commendam dandi.

auri de Camera secundum communem extimationem valorem annuum non excedant) nunc & pro tempore vacantibus, de Abbatibus, & Abbatissis, seu aliis Prælatis prouidendi, seu Monasteria & alia regularia beneficia huiusmodi commendari solita, vel saltẽ commendis, de illis antea ad vitam factis, tunc cessantibus, vacantia, personis sæcularibus per eas quoaduixerint vel ad tempus tenenda, regenda & gubernanda, Ita quòd liceat eis debitis & consuetis illorum supportatis oneribus, de residuis illorum fructibus, redditibus, & prouentibus disponere, & ordinare, sicuti illa in titulum pro tempore obtinentes, de illis disponere & ordinare potuerunt, seu etiam debuerunt, alienatione tamen quorumcunque bonorum immobilium & preciosorum mobilium Monasteriorum & beneficiorum regularium commendandorum prędictorum eis penitus interdicta commendandi. Et ad sententiarum rei iudicatæ, executorialium, & censurarum per resignantes seu cedentes in Auditorio causarum Palatij Apostolici seu alibi vbicunque habitatum prosequutionem, illos in quorum fauorem resignauerint vel cesserint admittendi, seu admitti faciendi, & ad vlteriorem executionem, vsq; ad realem paritionem contra quoscunque etiam Pontificali dignitate prędito procedendi. Ac iuri patronatus etiam si laicorum tantum etiam nobilium sit, ad effectum prouisionum & commendarum huiusmodi ea vice dumtaxat pro medietate, & si ex causa permutationis fiant, vel beneficia huiusmodi litigiosa fuerint, aut ius patronatus huiusmodi, etiam patronis laicis tantum aliter quam ex fundatione vel dotatione competat, seu laicorum & clericorum mixtim existat in totum, specialiter & expresse derogandi. Necnon verum & vltimum vacationis modum, etiam si ex illo quouis generalis reseruatio resultet pro expresso habendi, & ad effectum validitatis prouisionum & commendarum per resignationem seu ex cessione iurium huiusmodi vacantium, quascunque reseruationes, vniones, annexiones, incorporationes, absque consensu coadiutorum deputationes, nominationes, & nominandi, cõferendi, & alias citra accessus & regressus facultates & mandata etiam per nos & dictam Sedem, illiusq; Legatos quibusuis personis ecclesiasticis, hospitalibus, & locis, non tamen seminariis, sub quibuscunque tenoribus & formis ac cum quibusuis clericis, necnon irritantibus & aliis decretis etiam Motu proprio & ex certa scientia deq; Apostolicę potestatis plenitudine, ac quacunque consideratione intuitu & contemplatione factas & concessas, ac faciendas & concedendas illorumq; omnium vim & effectum quoad resignationes & cessiones in manibus tuis pro tempore faciendas dumtaxat omnino suspẽdendi & in huiusmodi vacatione effectum fortiri aut locum sibi vendicare non posse neq; debere decernendi. Ac etiam super dictorum beneficiorum resignatorum seu cessorum fructibus, redditibus, & prouentibus, quatenus commode id ferre poterunt, quascunque pensiones annuas non tamen medietatem fructuum, redditnum, & prouentuum huiusmodi excedentes, resignantibus vel cedentibus, quoad vixerint, per dicta beneficia pro tempore obtinentes, & eorum successores, annis singulis in locis, & terminis, ac sub priuationis & aliis sententiis, censuris, & pœnis ecclesiasticis, necnon vinculis, clausulis & cautelis in talibus apponi solitis persoluendas, etiam cũ regressu ad resignata vel cessa beneficia huiusmodi in non solutionis vel inualide assignationis earum euentus in forma solita, de consensu illorum qui dictas pensiones persoluere habebunt, reseruandi, constituendi, & assignandi, ac easdem & alias hactenus reseruatas & deinceps reseruãdas pensiones, de consensu, etiam anticipata solutione aliquorum annorum, cassandi, extinguendi & annullandi. Quascunque concordias licitas & honestas approbandi & confirmandi. Omnes & quoscunq; iuris & facti defectus si qui interuenerint in eisdẽ supplendi easq; ab omnibus firmiter obseruari debere decernendi. Ac in quibusuis Cathedralibus etiam Metropolitanis & Collegiatis Ecclesijs, Canonicatus & pręebendas, dignitates, Personatus, administrationes, & Officia, necnon Monasteria tam virorum quam mulierum cuiuscunq; ordinis & prorsus quęcunque alia bęneficia Ecclesiastica cum cura & sine cura secularia & regularia, etiam vt præfertur qualificata, cum omnibus iurisdictionibus & insignibus consuetis, etiam cum eo quòd in titulum perpetui simplicis beneficij Ecclesiastici erigi nunquam possint. Hospitalia, Confraternitates, & alia religiosa loca, erigendi & instituendi, ac bona pro eorum dote assignandi, quæ competens sit perpetuo applicandi & appropriandi, necnon in huiusmodi erectionis dumtaxat, ius patronatus & præ-

Iuri Patronatus ad effectũ huiusmodi prouisionũ & Cõmendarum derogandi.

Ac super beneficiorum sic resignatorum seu cessorũ fructibus, annuas pẽsiones reseruãdi & constituẽdi.

Pẽsiones annullandi & extinguendi.

Concordias cõfirmandi.

Defect⁹ iuris & facti supplẽdi.

In ecclesiis cathedralibus, canonicatus, hospitalia, cofraternitates, canonicatus &c. cũ iurisdictionibus & cõsuetis insignibus erigendi & instituendi.

sentandi

sentandi, ordinario loci personas idoneas ex fundatione vel dotatione dumtaxat referuādi & concedendi. Ac vniones, annexiones, incorporationes, suppressiones, applicationes, translationes, separationes, dismembrationes, & alias huiusmodi dispositiones beneficiorum, ac bonorum & fructuum Ecclesiasticorum, in omnibus casibus Concilij Tridentini, & aliàs prout tibi iuxta rerum & personarum exigentiam expedire videbitur, perpetuò vel ad tempus faciendi. Ac quæcunq; statuta & ordinationes licita & honesta, ac sacris Canonibus non contraria condendi. Præterea quibusuis personis, Ecclesijs, Capitulis, Monasterijs, Conuentibus, Confraternitatibus, & locis dictæ Legationis, vt bona immobilia Monasteriorum, Prioratuum, dignitatum, & aliorum beneficiorum, ac locorum Ecclesiasticorum, in euidētem illorum vtilitatem vel necessitatem permutare, seu vendere, aut in emphyteosim non tamen vltra tertiam generationem concedere possint, licentiam concedendi, seu permutationes aut vēditiones vel cessiones huiusmodi sic iam factas in forma consueta approbari, & confirmari, ac etiam quoscūq; defectus in illis suppleri mandandi. Necnon quibusuis Cathedralium etiam Metropolitanarum & Collegiatarum Ecclesiarum, Canonicis, aut dignitates, Personatus, administrationes, Officia & alia beneficia Ecclesiastica, in eis non tamen curam animarum parochianorum haben tibus, infra trigesimum annum constitutis, vt litterarum studio in loco vbi illud vigeat generale insistendo, & actu studendo, omnes fructus, redditus, & prouentus suorum Canonicatuum, & præbendarum, dignitatum, personatuum, administrationum, officiorum, & beneficiorum prædictorum, vsq; ad biennium percipere, cum ea integritate (quotidianis distributionibus dumtaxat exceptis) cum qua illos perciperent, si præsentes interessent, & ad residendum interim apud illas minimè teneantur, ita tamen, vt intra primum annum dicti biennij, ij saltem Subdiaconi fiant, qui ratione suorum huiusmodi beneficiorum ad aliquem seu aliquos ex sacris ordinibus promoueri tenentur, eisdemq; vt leges & alia iura ciuilia etiam in scholis publicis vsq; ad biennium audire, in illis versari & studere, & ad gradus omnes eius facultatis promoueri liberè & licitè valeant indulgendi. Necnon vt virtute & meritis præstantes, dignioris nominis titulo decorentur, viros aliquot, quos videris siue nobilitate, siue gradu & doctrina, ac moribus laudabiles, alios videlicet Clericos in nostros & dictæ Sedis Notarios, recepto prius ab eis solito iuramēto, alios vero laicos in Palatij & Aulæ nostræ Lateranen. Comites & alios Auratę militiæ milites, cum insignibus debitis & consuetis factaq; ab eis fidei professione iuxtà formam nouissimè à Sede prædicta propositam, creandi, recipiendi, & instituendi, ac eos aliorum huiusmodi Notariorum, necnon Comitum & Militum numero & consortio fauorabiliter aggregandi, ipsisq;, etiam si Notarij habitum & Rochettum non ferant, nihilominus, vt omnibus & quibuscunq; priuilegijs, honoribus, prærogatiuis, fauoribus, gratijs & indultis alijs Notarijs, etiam de numero participantium, necnon Comitibus, & Militibus concessis (sine tamen præiudicio dictorum Notariorum de numero participantiū & citra exemptionem à Concilio Tridentino sublatam) vtantur concedendi, necnon quibuscunq; vtriusq; sexus Ecclesiasticis & secularibus, quos ad loca Ecclesiastico interdicto, etiam Apostolica auctoritate supposita declinare contigerit, vt in eis ianuis clausis, non pulsatis campanis, excommunicatis, & interdictis prorsus exclusis, dummodo ipsi causam non dederint huiusmodi interdicto, nec eis id contigerit specialiter interdici, in sua & domesticorum familiarium suorum præsentia, celebrare & celebrari facere, licitè possint facultatem tribuendi. Postremo omnibus vtriusq; sexus Christifidelibus verè pœnitentibus & confessis, qui quascunq; seculares vel regulares Ecclesias seu Capellas, vna die, & vna vice tantum, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam & remissionem, in vna vero vel duabus anni Festiuitatibus dumtaxat, à primis Vesperis vsq; ad secundas vesperas & occasum Solis, cuiuscunq; diei Festi visitauerint, & pro vnione Principum, ac fidei Catholicę propagatione preces altissimo effuderint, quo die Festo id fecerint, decem annos & decem quadragenas & infra, de iniunctis eis penitentijs seu quæ merito iniungi debuissent, misericorditer in Domino relaxandi. Itaut relaxatio huiusmodi semel tantum pro vna Ecclesia vel Capella fiat, & si pro duobus diebus Festis concēdatur, triennium, pro vno vero Festo concessa, quinquennium tantum debeat perdurare. Necnon vota quęcunq; vltramarino (visitationis liminum Beatorum Petri & Pauli Apostolorum

Statuta quecūque sacris Canonibus nō cōtraria condendi.

Licentiamque bona Ecclesiastica in euidētem vtilitatem vel necessitatē permutādi &c. concedendi.

Et alienationes iam factas confirmandi.

Canonicis & alijs, curam animarum non habentibus, & infra trigesimū annum constitutis, vt studēdo in studio generali, fructus Canonicatuum, & cæt. per biēniū percipere valeant, indulgendi.

Eisdemq; vt leges & iura Ciuilia in scholis publicis audire valeāt, licentiā concedendi.

Clericos meritis præstantes in Sedis Apostolicæ Notarios, & Laicos, in Comites Palatinos & Milites auratæ Militiæ, creandi sic facta ab eis fidei professione, iuxta constit. Pij 4. quæ est in Bull. magno, fol. 8. 4.

Eisq; gratias & priuilegia aliorum Notariorum de numero participantiū, Comitumq; & Militum cōcedendi.

Ecclesiasticis & secularib. quos ad loca interdicto ecclesias. supposita declinare contigerit, vt celebrent celebrarique faciant, licentias tribuendi.

Indulgentias & peccatorum remissioné concedi.

Vota commutandi.

ftolorum de Vrbe, Sancti Iacobi in Compoftella, Caftitatis, & Religionis votis duntaxat exceptis) in alia pietatis opera commurandi. Deniq; vt omnibus vtriufq; fexus perfonis Ecclefiafticis & fecularibus, non tamen regularibus, vt propter aduerfam valetudinem, & infirmitates, ouis, butyro, cafeo, lacticinijs, & carnibus, tam Quadragefimę, quàm alijs anni temporibus ac diebus, quibus horum vfus prohibetur, fecreto tamen & fine fcandalo ac de vtriufq; medici cōfilio vti & vefci licitè poffint, indulgendi. Ac etiā omnibus & quibufcunq; perfonis Ecclesiafticis, etiam Prælatis, vt de bonis & rebus Ecclefiafticis iuxta formam in quinterno Cancellariæ Apoftolicæ annotatam, & vfque ad fummam inibi defcriptam, teftari & difponere libere & licite valeant facultatem concedendi. Tempus quoque prǽfixum executoribus vltimarum voluntatū ad illas exequendum prorogandi, ipfasq; vltimas voluntates in alios pios vfus commutandi. Et vt conceffiones gratiæ & litteræ, per te vigore præfentium concedendæ fublatis obftaculis, fuum fortiantur effectum, quafcunque perfonas ad effectum omnium & fingulorum prǽmifforum dumtaxat confequendum ab omnibus & quibufcunque excommunicationis, fufpenfionis & interdicti, alijsq; ecclefiafticis fententiis, cenfuris, & pœnis à iure vel ab homine quauis occafione vel caufa latis, fi quibus quomodolibet innodati fuerint, (dummodo in eis per annum non infurduerint) abfoluendi & abfolutas fore cenfendi, vicesq; tuas in præmiffis fiue vniuerfis fiue fingulis committendi. Iudices affiftentes commiffarios & executores pro prædictorum & litterarum tuarum executione & obfernatione delegandi. Mandata, prohibitiones, & monitoria etiam fub cenfuris & aliis pœnis prædictis, cęterisq; tibi beneuifis remediis, & etiam appellatione poftpofita decernendi. Ac omnia & quęcunque alia in præmiffis & circa ea neceffaria & quomodolibet opportuna faciendi, decernendi, & exequendi etiam per alium, feu alios auctoritate Apoftolica prædicta tenore prǽfentium plenam & liberam facultatem concedimus & indulgemus. Decernentes te omnibus facultatibus, & conceffionibus prædictis, etiā cum derogationibus, fufpenfionibus, indultis, irritantibus, aliisq; decretis, & claufulis neceffariis & opportunis, ac in litteris apoftolicis concedi & extendi folitis, eundo, ftando, & redeundo, in quibufcunque partibus, regnis, prouinciis, terris, ciuitatibus, & locis huiufmodi, ad quę te declinare, ac etiam morari contigerit, & cum perfonis illorum etiam alienigenis, vndecunque ad te venientibus, necnon familiaribus tuis, libere & licite vti poffe, Ac in conceffionibus, prouifionibus, & aliis difpofitionibus, etiam de beneficiis aliisq; gratiis per te auctoritate prǽfentium, tuæq; Legationis faciendis, foli narratiuæ tuæ, ac etiam folis conceffionibus & litteris tuis, abfque alia præfentium infertione fen exhibitione aut Notarij teftiumue adhibitione, ftari nec ad id alterius probationis adminiculum requiri. Sicq; per quofcunque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam caufarum Palatij Apoftolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, in quauis caufa & inftantia, fublata eis & eorum cuilibet, quauis aliter iudicandi & interprerandi facultate & auctoritate, vbique indicari & diffiniri debere, irritum quoque & inane fi fecus fuper his à quoquam quauis auctoritate fcienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obftantibus defectibus & aliis prædictis, ac de cætero Notariorum numero, etiā fi ad illum nondum deuentum fit, ac quorumcunque Conciliorum vniuerfalium, Prouincialium, & fynodalium, necnon piæ memoriæ Bonifacij Papæ VIII. prędeceſſoris noftri etiam de vna, & de duabus dietis, aliisq; Apoftolicis, ac in Prouincialibus & Synodalibus Conciliis editis generalibus vel fpecialibus conftitutionibus, & ordinationibus, necnon Cancellariæ Apoftolicæ regulis, nullis prorfus exceptis, & quę figillatim in quaque re exprimi & extendi poffint, ftatutis quoque, & confuetudinibus ecclefiarum, Monafteriorum, Capitulorum, Conuentuum, necnon vniuerfitatum, Collegiorū, ciuitatum & locorum quorumcunque iuramento, confirmatione Apoftolica, vel quauis firmitate alia roboratis, etiam fi de illis feruandis & non impetrandis litteris Apoftolicis, contra illa & illis etiam ab alio vel aliis impetratis, feu aliàs quomodolibet conceffis, non vtendo perfonę prǽftiterint, eatenus vel in pofterum forfan præftari contigerit iuramentum. Ac quibufuis priuilegiis & indultis Apoftolicis generalibus & fpecialibus, Cluniaceñ. Cifterceñ. Præmonftrateñ. & aliorum prędictorum, cęterorumq; Ordinū, ac aliàs in omnibus aliisq; pręmiffis, quouis modo obftare videatur. quæ quare hæc nulla-

Lacticiniorū & carnium vfum tēpore quadragefimæ & aliis anni tēporibus permittendi.

Perfonis eccle fiaft. licentiam teftādi de reb⁹ ecclef. concedendi.

Vltimas voluntates in alios pios vfus cōmutandi, & tēpus executorib⁹ vltimarū volūtatum conceffum prorogandi.

Et p executione & effectu gratiarū & litterarū pſentiū vigore cōcedēdarū, à quibufcunq; cenfuris & pœnis abfoluēdi.

Vices fuas in pręmiffis alteri cōmittendi.

Executores pmifforū & litterarum fuarum delegandi.

Ac alia omnia defuper neceffaria & opportuna decernendi & exeqnēdi.

Declaratio qđ Illuftriſſ Card. pdictis facultatib⁹ cū derogationib⁹ &c. eundo, ſtādo, & redeundo in oib⁹ locis ad q̄ declinare cōtigerit vti valeat.

Decretum irritans.

Claufulæ derogatoriæ.

nullatenus cuiquam in aliquo suffragari volumus, hisq; omnibus ac cæteris contrariis quibuscunque, vbi & quando expediet, secundum rei & casus exigentiam in genere & in specie, ac tam coniunctim quàm diuisim, prout tibi placuerit valeas derogare, & super eis indulgere. Quodq; aliqui super prouisionibus seu commendis sibi faciendis, de huiusmodi vel alijs beneficijs Ecclesiasticis in illis partibus speciales vel generales dictę Sedis vel Legatorũ eius litteras impetrauerint, etiam si per eas ad inhibitionem, reseruationem, & decretum, vel aliàs quomodolibet sit processum. Quibus omnibus personas, in quarum fauorem per te de beneficiis prędictis prouidebitur, aut aliàs disponetur, in eorum assecutione volumus anteferri; sed nullum per hoc eis quoad assecutionem beneficiorum aliorum præiudicium generari, seu si locorum ordinarijs & collatoribus, ac prędictis & quibusuis alijs communiter vel diuisim ab eadem sit sede indultum, quod ad receptionem vel prouisionem alicuius, minime teneantur, & ad id compelli, aut quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint. Quodq; de huiusmodi vel aliis beneficiis Ecclesiasticis, ad eorum collationem, prouisionem, præsentationem, electionem, seu quamuis aliam dispositioné, coniunctim vel separatim spectantibus, nulli valeat prouideri seu commenda fieri per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Et qualibet alia dictæ Sedis indulgentia generali vel speciali, cuiuscumque tenoris existat, per quam pręsentibus, necnon litteris per te earundem vigore concedendis, non expressam vel omnino non insertam effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri, Et de qua cuiusque toto tenore habenda sit in eisdem litteris mentio specialis. Volumus autem vt præsentium transumptis etiam impressis manu Regentis Cancellariæ tuę, ac sigillo tuo obsignatis, eadem illa prorsus fides in iudicio & extra illud vbique locorum adhibeatur, quę adhiberetur eisdem præsentibus si essent exhibitę vel ostensæ. Datum Romę apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo octuagesimo octauo, Decimo Kal. Iunij Pontificatus nostri Anno Quarto.

Trãsumptis harum litterarum sigillo Illustrissimi Legati & manu Regẽtis suæ Cãcellariæ signatis plena fides adhibeatur.

E. Card. Prodat.

XXXVI.

Facultates venerabilis Confraternitatis S. Bernardi de Vrbe, super Beneficiatis sortitionum (lotti vulgo nuncupat.) in Statu Ecclesiastico de cætero extraheñ.

Monasterium S. Bernardi, quod regitur ab ista Confraternitate, hic idem Pont. erexit, vt sup. in const. 23. fol. 58. in prima par. huius Bullarij.



SIXTVS Papa Quintus, Ad perpetuam rei memoriam.

VARIIS rerum euentibus, qui solent indies accidere, varia quoq; adhibenda censemus remedia; prout salubrius in Domino cõspicimus expedire, eaq; in pauperum personarum, præsertim earum, quę contemptis Mundi diuitiis, sub paupertatis voto, gratam Deo impendunt seruitutem, commodum & vtilitatem libenter conuertimus. Hinc est, quòd cum audiuerimus crebro contingere solitum, vt in sortitionibus, siue obuentionibus sortium (vulgo lottis) plerisque quę tum in Vrbe, tum in diuersis locis Ecclesiastici status, per dilectum filium nostrum & Cameræ Apostolicæ Thesaurarium generalem, vigore facultatum illi desuper per nos specialiter concessarum, & attributarum, pręteritis temporibus factę sunt, & in posterum fient, de diuersis gemmis, iocalibus, monilibus, aliisq; rebus preciosis, ex auro & argento, & quandoque etiam de pecuniis numeratis, ac tam mobilibus quàm immobilibus, & se mouentibus bonis, aliquę personę, quibus sortitiones ipsę (vel beneficiatę vt vocant) obueniunt, aut illas non nisi post longum tempus

Causæ huius constitutionis.

petunt

petunt & obtinent, aut etiam interdum non reperiuntur, quibus præmissorũ debita consignatio fieri possit; ita vt res & bona illis forte obuenientia, simul cum pecuniis in sortitione pro illarum pretio positis, penes sortitionis factores, vel Dominos, seu administratores, vel aliàs etiam minus idoneas personas, non sine immutationis, adulterationis, vel alterius fraudis, ac etiam dilapidationis periculo remaneant. Nos volentes tam præmissis opportunum aliquod adhibere remedium, quàm etiam dilectarum in Christo filiarum Abbatissæ, & Conuentus Monasterij Monialium S. Bernardi, Ordinis Cistercieñ. sub regula S. Benedicti nuper per nos intuitu dilectorum filiorum Confraternitatis eiusdem S. Bernardi de Vrbe, in Ecclesia SS. Viti & Modesti instituti; & deinde ad Ecclesiam S. Susannæ prope Fontem Felicem, in Monte Quirinali translati paupertati, de aliquo subuentionis auxilio prouidere; Motu proprio, & ex certa nostra scientia, omnes & quascunque sortitiones, ac obuentiones, siue beneficiatas, scilicet ipsa bona, vt præfertur obuenta; quę hucusque ex quibusuis lottis tam in ipsa Vrbe, quàm vbicunque in Ciuitatibus, Terris, & locis Status Ecclesiastici S. R. E. immediatè subiectis, tam de licentia dicti Thesaurarij, quàm dilectorum filiorum Sedis Apostolicæ Legatorum, seu Vicelegatorum, ac prędictarum Ciuitatum, & locorum Gubernatorum factis, & in posterum quomodo faciendis extracta, & quibus illę obuenerunt minimè consignata sunt; & quas, seu quę posthac extrahi contigerit, quarum personæ, quibus forte contigerunt, vel ignorantur, vel post factam extractionem cuiuscumque sortitionis, intra decem dies à die pro illarum consignatione indicenda computandos, ipsas sibi obuenientes sortitiones, vel beneficiatas non petierint, aut consignari non obtinuerint, dilectis filiis Priori, & Guardianis eiusdem Confraternitatis S. Bernardi, seu personis ab eisdem deputandis, per earundem sortitionum factores, vel Dominos, seu administratores, aut alios, penes quos reperientur, recepta debita quietantia, de mandato dicti Thesaurarij nostri generalis consignari volumus, & mandamus per præsentes. Ipsis verò Priori & Guardianis, seu personis deputandis, auctoritate earundem præsentium iniungimus, vt post lapsum quatuor mensium ab ipsa publicatione extractionis immediatè subsequẽtium, & non antea, præfatas beneficiatas, seu bona, sibi, vt præfertur consignata cum interuentu alterius personæ per dictum Thesaurarium deputandæ, per licitationẽ plus offerenti, in loco Montis Pietatis à nobis in Vrbe instituti, & seruata forma in, & pro actu licitationum ibi seruari solita, vendant, preciumq; inde extrahendum in emptionem censuum in Vrbe bene institutorum, aut locorum seu creditorum Montium non vacabilium, cum declaratione, de quibus pecuniis, quibusue sortitionibus & obuentionibus ea emantur, & acquirantur, & in illis etiam adnotatis & insertis schedulis, siue vt vocant bullettinis, pro recognitione illorum, quibus obtigerint, omnino conuertant. Quæ venditiones & emptiones validę sint, & nullo vnquam tempore prętextu etiam cuiusuis lęsionis inualidari, & impugnari possint. Hi vero census, seu loca Montium, quoad illorum proprietatem, interim, donec comparuerint, & vt prefertur obtinuerint, stent, & stare debeant pro illis personis, quibus beneficiatæ, seu bona prefata obtigerint: Insuper volumus, vt omnes quibus per dictum Thesaurarium generalem, seu alios antedictos, sortitiones huiusmodi extrahendi facultas concessa fuerit, quiq; collecta aliqua pecuniarum summa, ipsas sortitiones extrahere non curantes, & pecunias ipsas collectas, aut spontè restituere volunt, aut ad illarum restitutionem faciendam ab eodem Thesaurario seu aliis prędictis pro tẽpore astringuntur, omnes, & quascunque pecunias sic per eos, seu eorum administratores, collectas, eisdem Priori, & Guardianis, seu deputandis personis, de mandato dicti Thesaurarij generalis pariter tradant, & consignent, in emptionem censuum, & seu locorum Montium modo, & forma pręmissis omnino conuertendas: Quorũ omnium Censuum, & seu locorum Montium vtroque modo, vt pręmittitur emendorum, & acquirendorum fructus, & redditus, annuos à die illorum emptionis vsque in diem consignationis, & seu restitutionis debitæ legitimis personis faciendę decurrendos ipsi Monasterio Monialium S. Bernardi, Motu, scientia, & auctoritate similibus, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, tenore præsentium perpetuo concedimus, applicamus, & elargimur, ita, vt ipsi Prior, & Guardiani, seu personæ deputandæ illos propria auctoritate liberè percipere, ac in alimoniam, & sustentationem Monialium, ac vsum, & vtilitatem eiusdẽ Mona-

Hic sũm' Pót. Monasterium Monialium S. Bernardi prope eccles. SS. Viti & Modesti erexit vt sup. in const. 23. f. 58. in prima pa. & deinde transtulit ad ecclesiã S. Susannæ prope Fõtẽ Felicẽ in Mõte Quirinali, & modo eiusdem Monasterij Ministris quasdã beneficiatas sortitionum lotti ouncupat. consignari mandat.

Dictasq; beneficiatas vendi & in emptionẽ censuũ vel Mõtium non vacabilium cõuerti præcipit.

Cẽsus & Mõtes sic emptos quo ad proprietatẽ, pro illis quibus Beneficiatæ cõtigerant, stare declarat.

Censuumq; & Montiũ prædictorum fructus à die d. emptionis, vsq; ad diẽ restitutionis legitimis psonis faciẽdæ decurrendos, d. Monasterio elargitus, bona autẽ, vel Census & Montes, pecunias & bollettinos illis restitui præcipit.

Monasterij conuertere omnino teneantur: prouiso tamen, ne personæ, quibus, vel sortitiones obuenerint, vel in eas, quę extractæ non fuerint, pecunias contulerint, debitis sibi sortitionibus, vel restituendis pecuniis fraudentur: quod ipsi Prior, & Guardiani, seu pro tempore deputandi personis prędictis, sortitiones, aut bona, vt præmittitur obuenta huiusmodi sibi legitimè deberi probantibus, sortitiones præfatas, & bona, si adhuc vendita non fuerint, in eademmet qualitate, in qua ea receperint, si autem vendita fuerint, & adhuc in emptionem censuum, aut locorum Montium conuersa non sint, illarum pretium consignari, & quatenus iam conuersa sint, census ipsi, seu loca Montium eis liberè consignari & tradi. quo vero ad sortitiones, seu lotta, quæ non sortita sunt, aut sortientur effectum, pecunias in illis positas ipsis personis, quæ illas ibi erogarunt, seu alias schedulas reportabunt, omnino restitui curent, & faciant, debitas ab illis quietantias accipiendo. Quocirca eidem Thesaurario per præsentes mandamus, vt eidem Monasterio & Conuentui in præmissis efficacis defensionis præsidio assistens, faciat præmissa omnia & singula inuiolabiliter obseruari tam in Vrbe, quàm in Ciuitatibus, Terris & locis prædictis, necnon vbi, & quando opus fuerit, & pro parte dictorum Prioris, & Guardianorum, seu deputandorum fuerit requisitus, faciat auctoritate nostra per dictos sortitionum factores, vel Dominos, seu Administratores, aut alios, ad quos spectabit, sortitiones beneficiatas, seu bona vt præfertur ijs, quibus obtigerint, non consignata, & pecunias sortitionum non extractarum huiusmodi, & quæ non sortientur effectum iuxta tenorem præsentium omnino, & absque vlla mora consignari. Recusantes quoscunque, ac contradictores & rebelles per pœnas pecuniarias, & censuras Ecclesiasticas, aliaq; opportuna iuris, & facti remedia appellatione postposita compescendo, inuocato etiam ad hoc, seu adhibito, si opus fuerit, auxilio brachij secularis. Non obstan. fel. recor. Pij Papæ IIII. de registrandis in Camera Apostolica gratiis, qualecunque eiusdem Camerę interesse concernentibus, aliisq; constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, statutis, & consuetudinibus, cæterisq; contrariis quibuscunque. Volumus autem, præsentes ad valuas Cameræ, & Cancellariæ Apostolicæ per Cursores de more publicari, & illarū copijs etiam impressis, ibidem affixis, omnes illos, ad quos spectat astringi, ac si eis personaliter intimatæ forent, quodq; earundem transumptis etiam impressis, manu publici Notarij subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis indubia fides vbique in iudicio, & extra adhibeatur, perinde ac ipsis præsentibus originaliter exhibitis adhiberetur. Dat. Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris, die x. Martij, Millesimo quingentesimo octuagesimo nono, Pont. nostri Anno Quarto.

Executoris deputatio.

Clausulæ derogatoriæ.

Pij IIII. constitutio ista est in Bull. magno fol. 833.

Forma & effectus publicationis.

Anno à Natiuitate Domini Millesimo quingentesimo octuagesimo nono, Indictione secunda, Die vero vigesima tertia mensis Martij, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris & D. N. D. Sixti diuina prouidētia Papæ Quinti, Anno Quarto, Retroscriptæ litteræ publicatæ & illarum copiæ affixæ fuerunt ad valuas Cameræ & Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ per me Io. Baptistam Bagni eiusdem Sanctissimi Domini Nostri Papæ Cursorem.

Publicatio.

Alexander Parabiachus Mag. Curs.

XXXVII.

De Pœnis & Confiscationibus criminalibus, illarumq; solutione R. Camerę Apost. facienda, ac forma circa eas ab Officialibus & alijs seruanda.

De materia habes constitutiones Pauli II. Sixti IIII. & Pij IIII. in hac const. indicatas, & in eius Apostillis allegatas.



IXTVS Episcopus Seruus Seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

AD Romanum Pontificem pertinet, non modò vti communem Patrem, ac Pastorem totius Christianæ Reipublicæ, generalem curam suscipere, sed priuatim quoque Populorum ipsius S.R.E. ditioni, etiam in temporalibus Subditorum prospero statui, ac bono regimini, simul

etiam Cameræ Apostolicæ indemnitati, propria quadam, & peculiari solicitudine prouidere. Quod ita demum (Deo fauente) feliciter euenturum speramus, si ij, qui in Ciuitatibus, & locis dicti Status temporalis Ecclesiastici, ius dicunt, in officio contineantur, & quicunque eorum publica legum, & Magistratuum potestate abutendo, à recto Iustitiæ tramite declinare, vel turpis lucri causa, Cameræ Apostolicæ iura improbè fraudare præsumpserint, se tandem in iudicio grauissimas pœnas daturos intelligant. Ideoq; nemini mirum videri debet, si cum quotidie instigante humani generis hoste, hominũq; malitia in dies succrescente, nouę fraudes, & corruptelæ detegantur nos quoque prędecessorum nostrorum exemplo, noua cogimur subsidia præparare.

1 Paul.II. prohibuit officialibus Status Ecclesiast. ne pœnas pecuniarias supra sũmã sex florenorum remitterẽt, donarẽt, aut de illis gratię facerent vt in ipsi⁹ Paul. cõst. 3. fol. 88.

1 Benè siquidem, & prudenter fel. recor. Paulus Papa II. prædecessor noster, prohibuit inter alia, ne Gubernatores, & quicunque officiales Prouinciarum, Ciuitatum, & locorum S. Rom. Eccl. ditioni in temporalibus subiectorum, mulctas & pœnas pecuniarias remittere, donare, aut gratiam de illis facere possent, vltra summam sex florenorum auri de Camera.

2 Six. 4. d. prohibitionẽ cõfirmauit, & processus circũdari vetuit, causasq; pro iustitia terminari iussit, & speciale librũ de cõdẽnationib⁹ & gratiis fieri & i fine officii ad Camerã Apost. trãsmitti iussit & expensas pro refectione murorum &c. per Thesaurarios vere erogari mandauit, vt in ei⁹ cõst. 6. f. 99.

2 Quam prohibitionem piæ mem. Sixtus Papa Quartus, etiam prędecessor noster non modò approbauit, sed vetuit, etiam ne in causis criminalibus, ante sententiarum prolationem processus circundari facerent, sed causas ipsas, prout Iustitia suaderet, terminarent: ac mandauit, vt omnes supplicationes in quibus persona delinquens, delictum ipsum, & pœna ei de iure irroganda, ac demum gratia ei per officiales facta, exprimi deberet, in libro speciali registrari facerent, librumq; ipsum in fine officij per fidelem Nuntiũ Cameræ Apost. mitterent, Ac pro refectione murorum, fontium, viarum, aliarumq; rerum similium, seu illarum conseruatione, non aliter Thesaurarios Cameræ ad illarum solutionem teneri voluit, nisi verè actualiter in hoc erogaretur.

3 Prohibuitq; ne dictæ pœnæ ẽt colore depositi ad alterius quã Thesaurariorum manus peruenirent vt in eius cõst. 8. fol. 100.

3 Per aliam verò suam constitutionem mandauit, vt si verè in tales causas expendendi facultas, & licentia à Sede Apostolica tributa foret, id tamen per manus Thesaurarij erogaretur, inhibendo ne eædem pœnæ, ac mulctæ ad alterius, quàm Thesaurarij manus, etiam sub colore depositi, donec in prædictos vsus erogarentur, vllo modo peruenirent.

4 Pius 4. oẽs maleficiorum pœnas (non tamen pro dãnis datis in vineis &c.) inflictas, i locis Sedi Ap. subiectis, Cam. Apost. applicauit & per officiales eiusdem Cameræ exigi iussit vt in eius cõst. 56. f. 725.

4 Ac demum recol. memoriæ Pius Papa Quartus noster itidẽ prædecessor statuit, quòd omnes pœnę, & mulctę pecuniarię, seu cuiusuis qualitatis bona, quarumcunque personarum in prędictis Ciuitatibus, & locis degentium Cameræ Apostolicę priuatiuè, quò ad omnes alios etiam Communitates (exceptis tantum ijs pœnis, quę pro damnis, agris, & prædijs rusticis illatis sunt inflictæ) perpetuò integrè applicatæ existerẽt, nec per alios, quàm à Camera Apostolica, ad id specialiter deputatos officiales exigerentur, de quorum manibus eas reciperent, si qui titulo oneroso, aut ob aliquos pios vel supradictos, aut alios eiusmodi vsus illas sibi debere prętenderent.

5 Declarauit etiã id seruari quoad loca ciuitatib⁹ Status eccles. subiecte vt in eius cõst. 61. fol. 731.

5 Id autem declarauit postea habere locum etiam in ijs Terris Castris & locis, quæ non ipsi Romanę Ecclesię immediatè, sed alicui Communitati Ciuitatum pręfatarum subditæ forent.

6 Et decimam partẽ dictarum pœnarum officialib⁹, & quartam accusatoribus p manus Depositariorũ Cameræ solui iussit vt in eius cõst. 77. f. 763. & cõst. 80. fo. 806. & notaui aliàs in d. cost. 56. fol. 725.

6 Nouissimè verò ordinauit, ac pręcepit, vt Officiales prędicti, decima tantùm huiusmodi pœnarum, accusator autem quarta partibus contenti forent: sed illorũ nemo aliàs, quàm de manu Depositariorum dictæ Cameræ vllo modo exigerent, prout in pręfatis, & alijs forsan prædecessorum nostrorum desuper editis constitutionibus latius continetur.

7 Sed quia postmodum successu temporis nonnulli ex illis, qui in statu temporali Ecclesiastico ius dicunt; varias artes, vel potius fraudes excogitarunt, quibus salubria huiusmodi statuta eluderent, & sub diuersis prætextibus interdum per sordes, pretio, aut gratia corrupti, criminosos manifestos aut impunè dimitterent, aut mulctas Cameræ Apostolicæ debitas interuerterent. Interdum verò illos plus ęquo opprimentes, non tamen pœnas ab eis exactas prędictę Camerę reseruarunt, sed turpi lucro inhiantes sibi contra fas retinuerunt. Nos huic malo mederi, & malitijs quantum cum Domino possumus obuiare cupientes, ac dictorum prędecessorum exempla imitati, auctoritate Apostolica decernimus & declaramus, omnes & quascunque pœnas pecuniarias mulctas, & confiscationes omnium, seu cuiusuis partis bonorũ inflictas, & infligendas occasione cuiusuis criminis,

criminis, excessus, maleficij, delicti, vel quasi per quoscunque Presides, Rectores, Gubernatores, quauis dignitate etiam Episcopali, Archiepiscopali, vel alia maiori fulgentes, etiam S.R.E. Cardinales & Sedis predictę de latere Legatos, eorúq; Vicelegatos, Locateneñ. Commissarios, Potestates, & Officiales, qui in quibusuis Prouinciis, Ciuitatibus, Terris, Oppidis, Castris, Villis, & locis nostrę & S. R. E. ditioni temporali subiectis quomodolibet iurisdictionem exercent, tum per sentẽtias, decreta, processus, tum etiam per viam supplicationum, remissionum, absolutionum, liberationum, condonationum, cõpositionum, gratiarum, abolitionũ, seu cassationũ processuum ab ipsis pro tempore concessarũ, tam ex iuris cõmunis dispositione, quàm iuxta tenorem quarumcunq; Apostolicarũ, aut etiam Aegidianarum cõstitutionum, & ordinationũ vel statutorum & consuetudinũ, cuiusuis Prouinciæ, ciuitatis, aut loci particularium, aut in vim edictorum, decretorũ, bannimentorum, ab iisdem Officialibus seu eorum antecessoribus promulgatorum Cameræ Apost. realiter & cum effectu perpetuò applicatas esse & fore, ipsiq; Camerę, nõ autẽ quibusuis Cõmunitatibus, Vniuersitatibus, aut personis integrè deberi (pœnis dũtaxat ratione damnorũ in agris, vineis, possessionibus, nemoribus, siluis, pratis, aut quibusuis prædiis illatorum exceptis quæ si cui Cõmunitati, aut Vniuersitati applicatę sunt, quicquam circa eas innouare nequaquam intendimus.) Pręmissa verò omnia locũ habere volumus etiam in iis Terris, Oppidis, Burgis, Castris, Villis & locis, quę alicuius alterius Ciuitatis, aut Terrę Communitati vel Vniuersitati, non autem immediatè Rom. Pontifici subsunt.

Ceterum volumus, vt quęcunque Cõmunitates, Vniuersitates, Collegia aut personæ, etiam Ecclesiasticę quauis dignitate fulgentes, aut eorum Magistratus, pœnas, compositiones, aut mulctas prędictas, seu illarum portionem aliquam quouis titulo, etiã oneroso, occasione vel causa, etiam iustissima & pro reparatione, ac refectione & fabrica, vel conseruatione murorum, Pontium, Viarum, Fontium, aut cuiuslibet publici boni, vel pij loci Ecclesię, aut hospitalis intuitu, aut aliàs quomodolibet, sibi deberi vel applicatas esse prętendunt, debeãt omnino intra duos menses à dic publicationis pręsentium litterarum in Rom. Curia faciendę computandos concessiones, & applicationes prędictas, suaq; iura & priuilegia quęcunque habent in Camera Apost. exhibere, deducere & allegare; quæ quidem Camera si ipsas concessiones validas ex oneroso titulo, vel ex vrgentissima causa factas esse cognouerit & iudicauerit, possit eas ad tempus, quod ipsi Camerę necessariũ videbitur, confirmare, seu de nouo concedere, & successiuè Depositario eiusdem Cameræ in Prouincia, seu Ciuitate, in qua concessio huiusmodi facta, & approbata fuerit residenti specialiter, & in scriptis committere & mandare, ac speciale mandatum desuper opportunum relaxare, vt pœnæ ipsę, mulctæ, & compositiones huiusmodi, earumue pars ipsi Cameræ beneuisa dictis Communitatibus, & Vniuersitatibus, seu Collegiis & personis soluantur, quas nimirum de manibus Depositarij prædicti, & præcedente speciali mandato, nec aliàs exigere possint, aut debeant. Reuocantes, & annullantes omnes & quascunque concessiones, applicationes, & assignationes dictarum mulctarum, pœnarum, & compositionum, quibusuis Communitatibus, Vniuersitatibus, Collegiis, personis etiam Ecclesiasticis ex titulis etiam onerosis, aut causis prædictis vel aliis etiam iustissimis factas, quæ intra tempus supradictũ vt præfertur in Camera Apostolica exhibitæ & productæ, aut deinde ab eadẽ Camera approbatæ & innouatæ non fuerint, etiam si sæpius per litteras Apostolicas à quibuscunque prædecessoribus nostris approbatæ & innouatæ sint, ipsæq; Cõmunitates, Vniuersitates, & Collegia in pacifica quasi possessione illas exigẽdi ab immemorabili tempore existant, & Camera Apostolica eas nunquam exegerit.

Communitatibusq; & aliis pionis ex quauis causa dictas pœnas eis deberi ptendentib' terminũ, ad id probañ. & desuper sententiã in Camera Apost. obtinen. præfigit, quo elapso & approbatione in ead. Camera non obtẽta, oẽs concessiones & applicationes dictarũ pœnarũ etiã ex iustissimis causis & onerosis titulis eis factas, annullat & reuocat.

Districtè verò interdicimus & prohibemus, ne imposterum quicunq; Præses, Rector, aut Gubernator, quauis etiã Cardinalatus auctoritate & dignitate præfulgens, aut Sedis prædictæ Legatus, Vicelegatus, Locũtenens, aut officialis ex supradictis quouis prætextu occasione, vel causa, etiam maxime rationabili legitima, iustissima, & vrgentissima, tam in sentẽtiis, processibus, decretis, bãnis, ꝓclamationibus, edictis, quàm in supplicationibus, gratiis, remissionibus, absolutionibus, abolitionibus, aut cassationibus processuũ ab ipsorũ quolibet editis, vel edendis, pœnas mulctas, aut cõpositiones, occasione maleficiorũ, vel quasi ab ipsis reis persoluẽdas in pecunia numerata vel in bonis mobilibus, immobilibus aut se mouentibus cuiusuis generis, qualitatis, quãtitatis etiã minimæ existeñ. in totũ

Officialib' et cuilibet ne pœnas in eorum sententiis, edictis, gratiis, & absolutionibus, aliteri quã Cameræ Apost. cõcedant & applicent.

Nec aliis personis quàm Depositariis seu Vicethesaurariis solui, neque aliquã eorũ partẽ per officiales retineri posse decernit.

vel in parte, etiam minima, aliàs quàm Cam. Apostolicæ prędictæ concedere, aut applicare vel assignare quoquomodo audeant, vel præsumant. Quam ob causam vniuersas & singulas pœnas mulctas & compositiones prædictas non possint, nec debeant vllo modo solui, exbursari, tradi, aut consignari facere in manibus cuiusuis alterius personæ quàm Thesaurarij seu Depositarij Cameræ prędictæ in qualibet Prouincia residentis, seu ad maiorem partium commoditatem, in manibus Vicedepositarij, seu Vicethesaurarij in qualibet ciuitate & loco deputandi: sed neque etiam valeant Gubernatores & officiales prędicti, etiam Sanctæ Rom. Eccl. Cardinales, aut Fisci procuratores, vel accusatores propria auctoritate retinere, aut à partibus exigere portionem, aut ratam ex huiusmodi mulctis sibi debitam, verùm integrè & sine aliqua diminutione exbursari, tradi, solui, & consignari debeant in manibus Thesaurarij, Depositarij, aut substituti prędicti, ex quorum manibus, nec aliàs Gubernatores, officiales, Fisci procuratores, & accusatores eas recipiant.

Contrauenientibusque pœnas hic descriptas imponit.

Quòd si vel pœnas ipsas aliàs quàm Camerę Apost. applicauerint, vel propria auctoritate, & non de manibus prædictis exegerint, tam Gubernatores Officiales, & alij prædicti, etiam S.R.E. Cardinales, quàm Procuratores Fisci, & accusatores, & ipsorum quilibet contrauenientes officiis per eos obtentis ipso facto, absque alia declaratione, aut ministerio Iudicis priuati, & ad illa, & alia de cetero obtinenda perpetuò inhabiles & incapaces existant; & insuper pœnam trecentorum scutorũ pro qualibet vice Camerę Apostolicę soluendorum eo ipso incurrant.

Delinquentibus vel inquisitis & reis prohibet, ne aliis quam Thesaurarius & Depositarius Cameræ, pœnas soluant, etiam si aliter in sententiis vel supplicationibus esset rescriptum, alioquin sententia & gratiæ nullæ erunt & pœnã scut. 25. incurrent.

Verùm huiusmodi prohibitionem & interdictum ita extendimus, vt neque etiam ipsi delinquentes, aut rei, vel alij quicunque contra quos per viam Inquisitionis, accusationis, denunciationis, aut querelę procedi cœptum fuerit, tam si condemnati, quàm si absoluti extiterint, pœnas, aut mulctas pecuniarias, vel alias res, ad quas soluendas in quibusuis condemnationibus, absolutionibus, decretis, processuum cassationibus, seu abolitionibus, vel supplicationibus, ipsos, aut alios pro eis mulctari contigerit, in alterius, quàm Thesaurarij seu Depositarij, aut substitutorum prędictorum manibus soluere, aut tradere possint, vel debeant, etiam si in ipsis sententiis, absolutionibus, abolitionibus, decretis, aut supplicationibus aliter rescriptum existat: Alioquin si in aliorum manibus eas soluerint, prædictę sententię, & gratiæ, quo ad ea quæ illorum fauorem, & commodum concernant, eo ipso nullæ, inanes, & irritæ, nulliusq; roboris vel momenti sint, & tam ipsi rei, quàm, qui pro eis soluerit, qualibet vice pœnam vigintiquinque aureorũ incurrãt. Contra verò (si maluerint) prędictis Thesaurarijs, Depositarijs, aut eorũ substitutis soluere, quàm eis personis, quibus forsan soluere iussi fuerint, benè, & rectè soluisse, eorũq; gratiæ, absolutiones, & supplicationes integrum & plenarium effectum sortitæ censeantur, ijsq; plenè suffragentur.

Officiales oẽs supplicationes ab eis signãdas Thesaurariis, seu Depositariis consignẽt, & supplicãtes infra decẽ dies pœnas soluãt, alioquin gratię nullæ erunt.

Mandamus prĕterea omnibus & singulis Legatis, Gubernatoribus & aliis officialibus supradictis, sub pœnis prædictis per inobedientes eo ipsò incurrendis, vt quilibet eorum cum primum supplicationes signauerit, & taxauerit illas in manibus Thesaurarij, vel Depositarij, aut substituti huiusmodi consignet, à quibus supplicantes intra decem dies à dię datę ipsarum supplicationum numerandos, soluta integrè summa, & taxa in eis descripta, illas exigere omnino teneantur: Alioquin lapsis decem diebus prędictis gratię nullæ, & irritæ ipso facto existant.

Officiales prædicti & eorum Notarii supplicationes oẽs in actis referant, & processus ante quam eis cõstet pœnas Thesaurariis solutas fuisse non cassent sub pœna scut. 25.

Legati verò Gubernatores & alij Officiales prędicti, eorumque Cancellarij, aut Notarij supplicationes ipsas registrare, & in acta referre, processusue cassare, vel abolere non præsumant, nisi prius in calce supplicationis fidem solutionis iam factæ manu dictorum Thesaurarij, Depositarij, aut substituti, subscriptam viderint: si secus fecerint, viginti quinque aureorum, & aliis arbitrio superiorum imponendis pœnis plectantur.

Omnia autem, & singula bona mobilia, gemmas, pecunias, & alias res cuiusuis generis, aut qualitatis, quę personæ ex quauis causa criminali in carcerem ductę tempore carcerationis penes se gestauerint, ac item ea quę banniti, condemnati, homicidę, & latrones tempore quo apprehenduntur penes se similiter habuerint (archibusiis, & aliis offensiuis armis tantum exceptis) ac denique ea quæ contra prohibitiones, & banna in fraudem deprehenduntur, & capiuntur, statim prędicti Gubernatores, & alii officiales, eorumq;

eorumq; Locatenentes, barigelli, executores, custodes carcerum, & Cancellarii in manibus eorundem Thesaurarii, Depositarii, aut substituti tradere, & consignare debeant: aliàs ipsi Gubernatores, & officiales ducentorum, Barigelli verò executores Cancellarii, & alii prędicti quinquaginta aureorum pœnas qualibet vice incurrant. Quæ quidem bona, pecunias, & res dicti Thesaurarii Depositarii, aut substituti depositi nomine tam diu apud se conseruent, donec ipsi carcerati absoluantur, aut veri eorũ Domini inueniãtur. Quòd si carceratos condemnari, & veros Dominos intra vnius mensis spatium à die condemnationis non reperiri contingat, sint cuncta, & singula eo ipso Cameræ prędictę appropriata, & applicata, eaq; ipsius Cameræ nomine Thesaurarii, Depositarii, aut substituti prædicti illa præscribere, hastæ subiicere, & plus offerenti vendere, & precium eidem Cameræ acceptum ferre teneantur. Mandantes notariis actuariis Iudicum illorum locorum in quibus Thesaurarii, aut alii ministri ad rationes eiusdem Cameræ retinẽdas, pecuniasq; exigendas deputati fuerint, ad hoc, vt de his omnibus emolumentis certa ratio in Camera prædicta reddi, & haberi possit, vt librum rationum, & computorum eiusdem Cameræ prouentuum distinctum, & separatum teneant, illumq; in Camera annis singulis quando eorundem computorum quietantia, & solidatio, vt moris est, fiet, præsentent ad hoc, vt certa de omnibus prædictis haberi ratio possit, quòd si librum prædictum non tenuerint, vel non verum, & integrum, illum ad omnia Cameræ prædictæ damna, & interesse, quæ ex præmissis pati contigerit, teneri volumus, & mandamus.

Officiales & Baroncelli bona quæ carcerati tempore carcerationis deferebãt iisdem Thesaurariis seu Depositariis consignẽt, ad effectu hic expressum.

In omnibus verò causis criminalibus, aut ciuilibus, in quibus criminaliter agitur grauibus, aut leuibus, in quibus pœna ordinaria, aut extraordinaria, vel arbitraria, seu pecuniaria imponenda veniat, Legati, Gubernatores, Rectores, aut alius quicunque ex supradictis officialibus reos absoluere, rehabilitare, restituere, vel eis gratiam facere, aut pœnam, eiusue partem aliquam remittere, aut condonare in quantum ipsius ius dicentis auctoritas se extendet, non alio modo possit aut debeat, nisi per sentẽtiam absolutoriam in causis grauioribus, aut per decretum vim absolutoriæ sententiæ habens in leuioribus, aut per supplicationem ab ipso ius dicente signatã. In quibus sententiis, decretis, & supplicationibus teneantur iidem Gubernatores & alij officiales adnotare integrè totã summam pecunię, quam à reis solui debere taxauerint, declarauerint, aut damnauerint. Eaq; condemnatio, & taxa in pecunia numerata, vt prę[illegible]tur in manibus Depositarij, Thesaurarij, aut substituti soluenda, nec aliàs, aut in alia [illegible], vel specie fieri debeat. Omnes autem absolutiones, rehabilitationes, restitutiones, remissiones, gratiæ, quæ per simplicem processus cassationem, vel abolitionem, aut alio modo, sine sententia, decreto, aut supplicatione fient, eo ipso nullę inualidę, ac nullius roboris, vel momenti sint, & censeantur, & quilibet Gubernator, aut officialis contraueniens, qualibet vice ducentorum aureorum pœnam incurrat.

In quibuscũq; causis criminalibus officiales nõ possint reos absoluere, restituere, aut gratiam eis facere aut pœnã condonare nisi per sententias decreta aut supplicationes, cũ adnotatione integræ summæ a reis soluẽdæ, condemnationesq; & taxæ in pecunia numerata tantũ fieri debeant.

Quoad ipsas verò sentẽtias, & decreta tam merè absolutorias, & gratiosas, quàm mixtas, semper antequam ferantur, Procurator Fisci, aut eius substitutus, si in eo loco resideat, aliàs saltem Thesaurarius, aut Depositarius, vel substitutus prędicti personaliter citari debeant, quorum vnusquisque si easdem absolutiones iniustas putauerit, debeat in actis protestari, & absque citatione prædicta, sententię, & decreta huiusmodi ipso iure nulla, inualida, nulliusq; roboris existant.

Fiscus vel saltim depositarius & Thesaurarius loci citetur in dictis causis.

Insuper omnia & quęcunque statuta, decreta, consuetudines, etiam inueterata, & à longissimo, atque immemorabili temporę obseruata, cuiusuis Prouincię, Ciuitatis, Terrę, aut loci Status nostri prædicti, de causis criminalibus, aut ciuilibus, in quibus criminaliter agitur, deq; pœnis ratione delictorum, aut maleficiorum, quorumcunque (damnis in agris illatis tantum exceptis) quomodolibet disponentia, quæ à fel. rec. Paulo Papa Quarto, aliisq; post eum vsque ad nostra tempora, nostris prædecessoribus, aut à nobismetipsis in specie expresè, & nominatim, ac simpliciter, purè, absolutè, & absque aliqua conditione, reseruatione, aut restrictiua, confirmata non fuerint, ipso iure, & in vim pręsentis constitutionis antiquata, abrogata, ac irrita, & nulla effecta sint, & censeantur. Ac pariter ea quæ ab ipsomet Paulo Quarto, & aliis vsque ad nostri Pontificatus tempora successoribus, cum aliqua conditione, videlicet, dummodo iusta sint, & rationabilia,

Cõsuetudines & statuta quæcunque quoad pœnas & causas criminales à Paul. IIII. & successoribus simpliciter cõfirmata vel cũ clausulis hic expressis, irrita sint & nulla.

nabilia, vel iuri cõmuni, & rationi non repugnent, vel quatenus sint in vsu, & sacris Conciliis, & Canonibus non sint contraria, vel cum aliis similibus, vel dissimilibus clausulis, & limitationibus comprobata extiterint, similiter quoad dictas causas & pœnas nulla & irrita decernimus, & declaramus. Ita vt neque Gubernatores & cęteri Officiales supradicti ea obseruare, aut iuxta illa iudicare, aut decernere debeant, ipsisq; Officialibus quęcunque iuramenta, de illis obseruandis præstita vel forsan pręstanda ex nunc eo ipso relaxamus, eosq; imposterum ad iuramenta huiusmodi pręstanda astringi volumus.

Officiales oẽt i ipsis causis criminalib⁹, in primis seruent cõstitutiones Apost. & illis cessantib⁹, seruẽt statuta locorũ valide vt supra confirmata, & deinde seruent constitutiones Marchiæ, & in reliquis reseruent banna & edicta.

Has cõstit. Marchiæ confirmauit Paul. iii. vt in eius cõst. 39. fol. 435.

Declarantes quòd in futurum in omnibus Prouinciis, Ciuitatibus, Terris, & locis Status nostri prędicti, quicunque Gubernatores, etiam Cardinales, & Legati prædicti, aut alij Officiales, teneantur in primis, & ante omnia, quoad causas criminales prædictas constitutionibus, ordinibus & litteris Rom. Pontificum nostrorum prædecessorum, atque nostris, & in casibus in quibus ipse nihil disponunt, statutis locorum, si, vt præfertur validè & efficaciter cõfirmata fuerint, inuiolabiter inhærere & parere, quòd si ea valida non extiterint, debeant iudicare, procedere, absoluere, condemnare & sententias ferre iuxta tenorem constitutionũ Prouincię Marchiæ à bo. me. Paulo Papa Tertio similiter prædecessore nostro per eius sub dat. die x. mensis Septemb. Pontificatus sui anno Decimo, expeditas litteras cõfirmatarum, quas Pauli Tertij pędecessoris nostri litteras, per præsentes approbamus, & innouamus. In reliquis verò banna, & edicta in ipsis Prouinciis, Ciuitatibus, & locis pro tempore publicata obseruentur.

Deceq; pro cẽtenario ex dictis pœnis & mulctis ac de manu Thesaurarii vel Depositarii dũtaxat peipere valeãt, vbi minor portio non sit assignata.

Legati autem, Vicelegati, Gubernatores, Locatenen. & alij supradicti Officiales non vltra decem pro centenario ex compositionibus, condemnationibus, pœnisq; & mulctis prędictis occasione maleficiorum seu bannimentorum prouenientibus exigere valeant; Reuocantes, & annullantes quæcunque super hoc in contrarium edicta, ordinationes, priuilegia, indulta, nisi forsan in illis portio minor, quàm decem prędictorum assignaretur. Nam iis in hac parte nequaquam derogare intendimus, sed illa potius harum serie confirmamus, & innouamus. Vltra verò taxam eorundem decem pro centenario à partibus, vel aliis personis quicquam emolumenti, aut pecunię, quouis prætextu quæsito colore vel ingenio directè, vel indirectè recipere, etiam spontè oblatum nullo modo præsumant.

Fiscus ẽt vigesimã & accusator quartã partẽ simili modo de manu Thesaurarii vel Depositarii & preuio mãdato officialis percipere possint.

Sed & Procurator Fisci si aderit vigesima, & Accusator si interuenerit quarta parte prędicta iuxta Pij Quarti prędecessoris constitutiones superius expressas contenti esse debeant, & nihil pręterea, vel minimum petant, exigant, aut accipiant, eæq; omnes portiones iudicis, procuratoris & accusatoris semper de manu Thesaurarij aut Depositarij, vel substituti, vt pręfertur, exbursentur, ipseq; Thesaurarius, Depositarius, aut substitutus portiones Procuratorem Fisci, aut Accusatorem tangentes non aliter soluant, nisi de expresso mandato Gubernatoris, aut officialis in scriptis obtento, quod vnà cum chirographo recepti penes se retineant.

Thesaurarii & depositarii nec aliter portiones pdictas soluere, nec dictas pœnas in alios vsus exigere possint.

Postremò dicti Thesaurarij, Depositarii, aut substituti quamlibet, vel minimam pecuniarum summam ex dictis confiscationibus & maleficiis prouenientem, etiam de mandato, & iussione expressa dictorum Legatorum, Gubernatorum, & officialium cuiquam personæ soluere, aut tradere, aut in quoscunque vsus erogare vllo modo nequeant, pręter supradictam portionem, & pręter impensas solitas ad exercitium & vsum iustitiæ necessarias, pro quibus soluendis qualibet vice mandatum speciale ab ipsis Gubernatoribus, seu officialibus subscribendum expectent. Quinimo extra casus prædictos nullam pecuniarum summam expendere queant, nisi de mandato expresso Congregationis Consultæ negotiorum dicti Status, aut S.R.E. Camerarii, vel Generalis Thesaurarii, aut Commissarii prędictæ Cameræ, si secus soluerint, de suo erogasse censeantur, & in reddendis rationibus id eis computari nequaquam debeant.

Decretum irritans.

Decernentes sic in præmissis per quoscunque Iudices, & Commissarios quauis auctoritate fungentes, sublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & diffiniri debere, Irritum quoque, & inane si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausulæ derogatoriæ.

Non obstantibus præmissis, ac quibusuis aliis cõstitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac etiã iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis

statutis

ſtatutis conſuetudinibus etiam antiquiſsimis, necnon priuilegiis indultis, & litteris Apoſtolicis quorumcunque tenorum exiſtant, & qualibet alia dictę Sedis indulgentia, & conceſſione ſpeciali, vel generali, per quam earundem præſentium effectus impugnari, aut impediri quocunque modo valeat, & de quibus quorumq; totis tenoribus habenda eſſet in noſtris litteris mentio ſpecialis, cęterisq; contrariis quibuſcunque.

Exēplis huius constitutionis plena fides adhibeatur.

Vt autem pręſens conſtitutio perpetuis futuris temporibus obſeruetur, neue aliquis eius ignorantiam pretendere, ſeq; excuſare poſsit, volumus vt eius exemplis etiā impreſſis notarij publici manu ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonę in dignitate Eccleſiaſtica cōſtitutæ munitis, eadem prorſus adhibeatur fides in iudicio & extra, quę adhiberetur ipſis originalibus litteris, ſi forent exhibitę vel oſtenſæ.

Trāſumptū vero vel eius compendiū in qualibet ciuitate publicetur, & in Cācellariis affixū retineatur & officiales in ingreſſu hac constit. ſeruare iurent, & in eorū diſceſſu aut ſindicatu cōtra eos pro tranſgreſſionibus eiuſdem conſtitutionis vt hic procedatur.

Ipſumq; tranſumptum in qualibet Ciuitate, Terra, Oppido, Caſtro, Villa, aut Burgo Status noſtri prędicti, & vt melius intelligatur, eius compendium, ſeu ſummarium vulgari lingua conſcriptum affigatur & publicetur, Ac tam ipſius conſtitutionis, quàm ſummarij tranſumptum in Cancellariis criminalibus, & in locis reſidentię Gubernatorum, & Officialium affixa perpetuò conſeruentur, & in ingreſſu noui Legati, Vicelegati, Gubernatoris aut cuiuſlibet officialis eius loci magiſtratus teneatur, ab eo intra biduum de ea obſeruanda iuſiurandum exigere; In diſceſſu autem, ſeu ſindicatu eorundem, Legati, Vicelegati, Gubernatoris, & Officialium, non ſolùm debeant Procuratores Fiſci, & Theſaurarij, ſeu Depoſitarij, aut ſubſtituti, nomine Camerę querelam exhibere, & denunciare contrauentiones, & tranſgreſſiones huius conſtitutionis, ab iiſdem Gubernatoribus, & officialibus factas, ſed liceat cuilibet de populo id efficere. Quod ſi ipſis ſindicis ex rei inſpectione, aut alia legitima probatione conſtiterit, de ipſa cōtrauentione aut tranſgreſſione teneantur, ſub pœna Quingentorum aureorum per quemlibet ſindicum inobedientem eo ipſo incurrenda ad executionem pœnarum in eadem noſtra conſtitutione contentarum ſine vlla mora, aut dilatione procędere. Nulli ergo omnino hominū liceat hāc paginam noſtrorum decretorum, declarationum, reuocationum, annullationum, interdicti, prohibitionis, extenſionis, relaxationis, approbationis, innouationis, confirmationis, mandatorum, & voluntatum infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autē hoc attentare prǽſumpſerit indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Dat. Romæ, apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicę Milleſimo quingenteſimo octuageſimo octauo, Idibus Martij, Pontificatus noſtri Anno Quarto.

E. Card. Prodat.

Admiſsio & regiſtratio in Camera Apoſt.

Die decimaſexta menſis Aprilis. M.D.LXXXIX. præſentes litteræ Apoſtolicę in plena Camera præſentatæ fuerunt, & Camera ipſa ex decreto deſuper facto illas admiſit, ac in ipſius Camerę libris regiſtrari mandauit, prout ſucceſſiuè regiſtratæ fuerunt, ſcilicet libro tertio ſignaturarū S.D.N. folio xxxj. apud me infraſcriptum eiuſdem Cameræ notarium.

Publicatio.

Anno à Natiuitate Domini, Milleſimo quingenteſimo octuageſimo nono, Indictione ſecunda, die vero vigeſima ſexta menſis Aprilis, Pontificatus Sanctiſsimi Domini noſtri Domini Sixti diuina prouidentia Papæ Quinti Anno Quinto. Præſentes litteræ affixæ & publicatæ fuerunt ad valuas Cameræ & Cancellariæ Apoſtolicæ, & in acie Campi Floræ, vt moris eſt dimiſſis copiis impreſſis affixis, per nos Io. Freile, & Io. Buxlurault, Sanctiſſ. D. N. Papæ Curſ.

Alexan. Parabiachus Magiſt. Curſ.

Erectio

XXXVIII.

Erectio Montis Archiuiorum Status Ecclesiastici, noningentorum & octuaginta locorum vacabilium, ad rationem centum scutorum monetæ pro quolibet loco, facultatumq; priuilegiorum & exemptionum concessio.



SIXTVS Episcopus Seruus Seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

Decet Romani Pontificis prouidentiam circumspectam, circa ea sedulò prospicere & intendere, per quę Sedis Apostolicę necessitates & infelicissimi huius temporis calamitates, vndiq; intendentes, valeant deuitari, & opportuna ad id pręsidia tempestiuè comparari. Hinc est, quòd nos, qui nuper ad publicam quietem, & vtilitatem Subditorum nostrorum, necnon conseruationem scripturarum fidem facientium in toto Statu dictę Sedi mediatè vel immediatè subiecto, (Alma Vrbe nostra, ac Ciuitate, & Comitatu Bononień. dumtaxat exceptis) Archiuia publica & generalia, sub certis tunc expressis modo, forma, & prouisionibus, per alias nostras litteras, perpetuó ereximus, & instituimus, ac illa sic erecta, Dilecto filio Paulo Falconerio nobili Florentino, in dicta Vrbe commoranti in appaltum, ad certum tunc quoque expressum tempus, pro annua responsione vndecim millium scutorum monetę concessimus, & assignauimus, prout in ipsis litteris plenius continetur. Cupientes, vt aliqua pecuniarum summa pro necessitatibus prędictis facilius subleuandis super annuo Archiuio, cum huiusmodi emolumento congeratur, ac nobis vnica tantum vice repræsentetur, & sine longioris moræ interuallo in promptu sit, Motuproprio, & ex certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, vnum Montem Archiuiorum Status Ecclesiastici nuncupandum noningentorum, & octuaginta locorum, seu portionum vacabilium ad instar Rom. Curiæ officiorum, ac aliorum Montium vacabilium, non tamen per quinquennium infrascriptum, nec per promotionem, vel translationem ad Cathedrales, etiam Metropolitań. vel Patriarchales Ecclesias, & Monasteria, etiam Consistorialia, ad rationem centum scutorum monetæ pro quolibet loco, seu portione à die prima præsentis mensis Februarij inchoandum, Apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuò creamus, erigimus, facimus, & instituimus. Illiq; sic erecto & instituto, ac personis, quæ in eo pecunias suas posuerint pro eiusdem Montis Archiuiorum congrua dote, ac annuis fructibus & emolumentis, ad rationem decem scutorum similium annis singulis prò quolibet loco in fine cuiuslibet bimestris pro rata soluendorũ summam nouem millium & octingentorum scutorum monetæ ex appaltu prædictorum Archiuiorum per dictum Paulum appaltatorem, & eius in dicto appaltu socios annuatim & quolibet bimestri in fine illorum rata Monti Archiuiorum huiusmodi, illiusq; Depositario respectiuè soluendam, auctoritate & tenore prædictis, etiam perpetuò concedimus, applicamus, assignamus, & appropriamus, applicatamq;, appropriatam, & assignatam esse volumus, & mandamus. Ipsumq; Montem Archiuiorum, & illius creditores in nostrum, dictęq; Sedis & Cameræ Apostolicæ locum, quo ad summam nouem millium & octingentorum scutorũ huiusmodi, super fructibus, redditibus, obuentionibus & emolumẽtis prædictorum Archiuiorum, ac eiusdem summæ liberam perceptionem, exactionem, & consecutionem ponimus, substituimus, & surrogamus, dictaq; nouem millia & octingenta scuta ab omnibus oneribus, tributis, subsidijs, & collectionibus, ex quacunq; vrgenti & publica, ac etiam fidei Catholicę tuendæ causa impositis, & imponẽdis, ac omnibus & quibuscunque aliis grauaminibus ordinariis & extraordinariis, pręsentibus & futuris, eisdem auctoritate & tenore similiter perpetuò eximimus, & liberamus, exemptaq; & libera, dictosq; Archiuiorum redditus, & emolumenta quęcunq; eidem Monti Archiuiorum, & illius creditoribus ęquè perpetuò obligata & hypothecata esse, etiam volumus. Ac pro maiori eorũdem Montis Archiuiorum, ac personarum in eo pecunias ponere & collocare volentium cautela & securitate, mille & ducenta scuta, ex residuo appaltus

Erexit hic summus Pont. Archiuia scripturarũ in statu ecclesiast. vt sup. i const. 25. f. 139.

Et dedit in appaltũ d. Paulo Falconerio pro annua responsione scutorum vndecim millium vt ibidẽ.

Nunc vero sup dictis annuis scut. vndecim mil. Montem Archiuiorũ nũcupan. scut. nouem millių & octingetorum erigit.

Illiq; annuos fructus ad decẽ pro centenario assignat.

Exemptionẽ a quibuscũq; grauaminibus concedit.

Et pro illius securitate bona omnia Sedis & Cameræ Apostol. obligat.

appaltus & prestationis huiusmodi, omniaq; & singula alia Sedis & Cameræ prædictarũ mobilia, & immobilia bona, res, actiones, & iura præsentia & futura vbique locorum existentia, prędicto Monti Archiuiorum, illiusq; singularibus personis insolidum, & integraliter, ac generaliter & specialiter, ita tamen quòd generalitas specialitati nõ deroget, nec è contra, auctoritate, & tenore similibus pariter perpetuò obligamus, & hypothecamus, obligataq; & hypothecata esse decernimus. Necnõ dilectum filium nostrum Henricum, tituli S. Pudentianæ presbyterum Cardinalem Caetanum nuncupatum, modernũ & pro tempore existentem eiusdem S.R.E. Camerarium in Protectorem & administratorem dicti Montis Archiuiorum cum plena, libera & absoluta potestate, facultate, & auctoritate litteras, & patentes illius locorum & portionum sub eius nomine & sigillo expediendi & concedendi, ac omnia alia, quæ ad ipsius Montis Archiuiorum vtilitatem pertinere cognouerit peragendi, auctoritate & tenore prædictis cõstituimus & deputamus.

Mõtis prædicti Administratorẽ & Protectorẽ Illustriss. D. Card. Caetanũ Camerariũ deputat.

Insuper eadem auctoritate itidem perpetuò statuimus & concedimus, quòd quęcunque vtriusque sexus personę cuiuscunque status, gradus, ordinis, conditionis, ætatis, dignitatis & pręeminentiæ existentes, etiam si Cardinalatus honore pręfulgeant, & Ecclesiis Cathedralibus, etiam Metropolitanis & Patriarchalibus, seu Monasteriis, etiam Consistorialibus pręsint, ac quęcunque & qualiacunque cum cura & sine cura beneficia Ecclesiastica obtineant, ac in sacris etiam presbyteratus ordinibus constitutæ, necnon S. Ioannis Hierosolymitañ. vel aliorum sub quauis regula institutorum, Hospitalium, & Militiarum, ac quorumcunque (non tamen Mendicantium) Ordinum regulares, quibus à iure, vel per priuilegium concessum est proprium retinere posse, cuiuscunq; nominis, qualitatis, & cõditionis existant, & aliæ quę aliàs locorum huiusmodi iuxta tenores erectionum Montium Sixti Camerariatus, Datarię S. Bonauenturæ, & Cancellariarum per nos nuper erectorum, capaces sunt in Monte Archiuiorum prędicto, quascunque pecuniarum quantitates, non tamen infra dictam summam centum scutorum in singulas personas, ita vt etiam dicta loca & portiones diuidi non possint vsque ad summam dictorum noningentorũ & octuaginta locorum, seu portionem ponere, & tam ipsæ personę, quàm alij ab eis causam habentes, quoad vixerint, pro pecuniis sic positis, ad rationem decem scutorum similium pro quolibet loco singulis annis & quolibet bimestri, eorum ratam sine aliquo conscientiæ scrupulo & sortis pricipalis diminutione, vel aliquo restitutionis onere, etiam si quęcunque etiam de necessitate exprimenda crimina, præterquam in personam Romani Pontificis pro tempore existen. aut alicuius ex S.R.E. Cardinalibus commiserint, ac propterea siue legitimè conuictæ, siue in eorum non comparentium contumaciam in pœnam vltimi supplicij condemnatæ, seu condemnandæ, & pœnæ huiusmodi per eas persoluendæ, atque omnia eorum bona Fisco ipso iure vel facto applicata, seu applicanda fuerint, tam pro sorte principali, quam pro emolumentis suorum locorum seu portionum Montis Archiuiorum huiusmodi, quæ seu quas nullatenus confiscari, aut pręscribi, vel ad instantiam quorumcunque creditorum suorũ, aut aliàs quouis modo sequestrari, aut impediri posse declaramus integrè omni prorsus impedimento cessante percipere & habere, ac loca seu portiones huiusmodi, corpore tamen sano, & aliàs, prout in resignationibus dictæ Curiæ officiorum & aliorum Montium vacabilium obseruatur, in vnius vel plurium, prout eis placuerit, etiam filiorum suorum aut aliarum quarumcunque personarum, quibus loca Montis Sixti per nos erecti obtinere licet quoque in litteris erectionis eiusdem Montis Sixti expresse sunt fauorem, in manibus Henrici Cardinalis moderni & pro tempore existen. Camerarij prædicti resignare, & de locis, seu portionibus huiusmodi, dummodo in alicuius personam de minori quantitate vnius loci non disponatur, nec loca ipsa diuidantur, nulla alia desuper obtenta dispensatione, in toto vel parte simul, vel separatim, per viam resignationis huiusmodi liberè disponere possint, ita vt resignatarij in pecuniis per eos, à quibus causam habuerint positis, ac locis, seu portionibus & emolumentis prædictis, per eandem resignationem succedere, & ad illa admitti, Necnon personę in eodem Monte Archiuiorum pecunias habentes Collegium defensores & officiales quoscunque creare, & deputare, ac ordinationes & statuta quæcunque licita tamen, & honesta, & ab eadem Camera examinanda, & approbanda condere. Omnibusq; & singulis aliis priuilegiis, facultatibus, exemptionibus, immunitatibus,

Personas quascuque ẽt Religiosas non tamen Mendicãtes, in hoc Mõte pecunias ponere posse declarat.

Easq; cõfiscari aut sequestrari posse prohibet.

Montistis pro directione d. Montis statuta facere posse indulget.

Priuilegia Môto Sixti Camerariatus Datariæ Cancellariatu & S. Bonauenturæ huic Moti côcedit. Hæc priuilegia vide remissiue sup. In côst. 19. fol. 183. & ibi notaui fo. 185.

tatibus, libertatibus, prærogatiuis, indultis, concessionibus, cæterisq; gratiis, tam specialibus, quàm generalibus, quibus prędictorum Sixti Camerariatus, Datariæ, Cancellariarum, & S. Bonauenturæ prędictorum, ac quorumcunq; aliorum tam per nos, quàm alios Rom. Pont. prędecessores nostros erectorum Montium vacabilium creditores vtuntur, fruuntur, potiuntur & gaudent, ac vti, frui, potiri, & gaudere possunt & poterunt quomodolibet in futurum pariformiter, & absq; vlla prorsus differentia, etiā perinde, ac si omnia hic de verbo ad verbum inserta forent, vti, frui, potiri & gaudere, liberè & licitè valeāt & debeant. Quodq; Mons Archiuiorum huiusmodi, illiusq; personæ ratione pecuniarum in eo positarum ab omni etiam mensatæ, & aliorum onerum per nos & pro tempore existen. Rom. Pont. etiā pro defensione fidei, & augmento cultus diuini, ac alia subleuatione & conseruatione status eiusdem Rom. Ecclesiæ, quomodolibet impositorū solutione liberè immunes & exemptæ sint & esse censeantur, nec super annuis redditibus, & emolumentis eis assignatis, illorumq; perceptione & exactione, etiam per nos & successores nostros Rom. Pont. quouis modo perturbari, aut alio grauamine seu onere, etiā si euidens vtilitas & vrgens necessitas id suaserit, onerari possint, Et ad probandū, quòd pecuniæ in dicto Môte Archiuiorum positæ, vel aliqua eorum pars in vtilitatē vel necessitatē Rom. Ecclesiæ, aut Sedis & Cameræ prædictarum, vel defensionem Catholicæ Fidei conuersæ fuerint, minime teneantur. Quodq; præsentes litteræ vim & robur veri & validi contractus & obligationis inter nos, ac Sedem & Cameram prædictarum, ex vna, & eos, qui pecunias super ipso Monte Archiuiorum posuerint, vel ab eis causam habuerint, ex altera partibus legitime initi & stipulati obtineant & obtinere, dictusq; Mons Archiuiorum, & illius Montistæ, in pacifica, libera, & quieta dictorum emolumentorum eis, vt præfertur, assignatorum exactionis, & pereeptionis possessione perpetuò manuteneri & conseruari debeant. Ipsiusq; Montis Archiuiorum Depositarius introitus & emolumenta prędicta exigere, ac inter personas, quæ suas pecunias in dicto Monte Archiuiorum posuerint, pro rata locorum & portionum cuiuslibet quolibet bimestri in fine distribuere, & diuidere. Computista verò emolumenta & introitus huiusmodi annotare, ac libros rationū & administrationes ipsius Montis Archiuiorum, & illius locorum edere. Secretarius autē, quem deputandi & eligendi facultatem nobis reseruamus, ac ex nunc Dilectum filium Cynthium Ricomannum Clericum Camerinen. diœc. de cuius fide, probitate, integritate, & sufficientia plurimum in Domino confidimus, in eiusdem Montis Archiuiorum, Secretariū quoad vixerit, constituimus, & deputamus, personis pecunias suas in dicto Monte Archiuiorū tàm à primæua eius erectione huiusmodi, quàm aliàs ponentibus, vt præfertur, pro earum securitate litteras patentes concessionum, & resignationum locorum seu portionum huiusmodi, sub eiusdem Rom. Ecclesiæ Camerarij pro tempore existen. nomine, & quæ illius manu subscriptæ, ac sigillo eiusdem Camerarij munitę sint, tam hac prima vice, quàm quoties loca, seu portiones huiusmodi per resignationem vel obitum, aut aliàs quomodolibet vacare contigerit, conficere & tradere. Collegium verò Montis Archiuiorum huiusmodi seu illius officiales & Montistæ pro tempore existen. omnesq; alij, ad quos id spectabit, statim visis huiusmodi litteris, pro quibus illæ emanauerint, nulla alia ab eis petita, vel recepta solutione in numerum creditorum Montis Archiuiorum, & illius Collegij huiusmodi recipere, & ad emolumentorum pro rata locorum seu portionum eis debitorum perceptionē admittere teneantur. Idemq; Cynthius, & eius in officio Secretariatus huiusmodi pro tempore existens successor pro resignationibus & expeditionibus litterarum patentium huiusmodi eadem emolumēta percipere possit, illaq; cum dicto Computista diuidere debeat, prout Secretarij Montium Camerariatus, Datariatus, Cancellariarum, & S. Bonauenturæ percipere & diuidere consueuerunt.

Depositarium huius Montis, eius emolumēta exigere, & Môtistis quolibet bimestri soluere debere declarat.

Secretariū verò patentes litteras, pônentibus pecunias ī hoc facere posse concedit recepto salario recipi solito à Secretariis Montium Camerariatus &c.

Appaltatorib9 Archiuiorum, prædictos fructus ex appaltu Môtistis solui mandat.

Præterea præcipimus & mandamus dicto Paulo moderno & quibusuis aliis Archiuiorum huiusmodi appaltatoribus & conductoribus pro tempore existen. vt ex pecuniis, redditibus, & emolumentis eorundem Archiuiorum primo dicto Monti, ac illius Depositario pro tempore existen. dictam summam vndecim millium scutorum monetæ annuatim, & quolibet bimestri in fine illius ratam liberè & absq; vlla contradictione soluāt, seq; ad illas modis & temporibus prędictis, eorū conductionibus, & appaltibus respectiuè durantibus soluendum respectiuè & obligent, & quascunque obligationes & instrumenta

menta desuper necessaria & opportuna, etiam in forma dictæ Cameræ cum iuramento & aliis vinculis, ac cautelis solitis & necessariis, ac dicto Depositario beneuisis faciãt ad id iuris, & facti remediis præcise cogi & compelli possint. Quodq; de cętero tam Paulus, quàm quicunque alij appaltatores & conductores Archiuiorum huiusmodi in contractibus eorum appaltuum & conductionum cum eadem Camerà celebrandis, sese pariter ad dictas solutiones, vt supra faciendas obligare, ipsaq; Camera dictam pecuniarum summam, in dictis contractibus in futurum celebrandis, prædicto Monti Archiuiorum assignare, ac in tabulis, seu libellis rationum exitus dictorum appaltuum describi, & annotari facere teneantur. Si quis autem ex dictis eorundem Archiuiorum conductoribus & appaltatoribus prædictas obligationes facere recusauerit, post sex menses à die qua requisiti fuerint, eo ipso cadant ab omni commodo contractuum, eorundem appaltuum & conductionum. Quodq; conductores & appaltatores prædicti dictas pecuniarũ summas, sicut præfertur, Depositario Montis Archiuiorum huiusmodi, etiam absque alio nostro, aut Sedis vel Cameræ prædictarum mandato desuper expediendo, sed harum vigore dumtaxat persoluant, quas solutiones ex nunc, prout ex tunc, & è contra harum vigore, vt præfertur, faciendas bonas, validas & benè factas, declaramus eosdemq; appaltatores & conductores pro solutionibus sic faciendis, ex nunc prout ex tunc, vt supra quietamus, absoluimus, & perpetuò liberamus, dictasq; solutiones admittimus & acceptamus, ac ab eadem Camera admitti & acceptari, & nihilominus quatenus opus sit, & ad maiorem cautelam, quęcunque mandata desuper necessaria & opportuna, etiam ad omnem ipsorum requisitionem & instantiam per Cameram prędictam fieri & expediri iubemus. Vt autem personæ pecunias suas in dicto Monte Archiuiorũ ponentes aliquod commodum pro nostra liberalitate consequantur volumus, & dicta auctoritate statuimus, eisq; indulgemus, quòd ipsius Montis Archiuiorum loca, seu portiones, quæ seu quas personæ ipsæ emerint per quinquennium à dicta die prima Februarij computandũ per mortem ciuilem, aut naturalem personarum ipsarum, vel ab eis causam dicto quinquennio durante habentium non vacent, sed ad hæredes & successores quoscunque morientium, eodem quinquennio durante deueniant, ipsiq; hæredes & successores loca seu portiones huiusmodi retinere vel resignare, illorumq; seu illarum pretium recipere possint, & resignationes huiusmodi admitti debeant, prout ex nunc eas liberè & omni contradictione remota admitti mandamus. Quodq; perpetuis futuris temporibus quicunq; tam in eiusdem Montis Archiuiorum creditores, quàm etiam aliqua ex illius locis per cessionem vel aliter etiam per primæuam pecuniarum in illo positionem acquirentes ad loca seu portiones ipsius Montis Archiuiorum quasuis alias personas, sub quarum nominibus loca, & portiones huiusmodi ponantur nominare, & sibi ipsis, quoad personæ nominatę vixerint, tam locorum, seu portionum huiusmodi, quàm eorum fructuum & emolumentorum omnimodam dispositionem illa interim personis sic nominatis penitus interdicta, & cum aliis sibi beneuisis, aliàs tamen licitis pactis & conuentionibus reseruare possint, ita tamen, quòd per obitum sic nominatarum personarum post quinquennium prædictum, nisi prius resignauerint, omnino vacent. Decernentes Montem Archiuiorum huiusmodi, eiusq; loca & portiones prædicta respectu fructuum emolumentorum, iurium & priuilegiorum eidem assignatorum, & concessorum, nullis omnino reductionibus, aut aliis contrariis dispositionibus, etiam prætextu enormissimę lęsionis vrgentis necessitatis, seu etiam euidentis vtilitatis, aut alia quacunque causa siue in genere, siue in specie faciendis obnoxia esse, sed firma perpetuò & inuiolata persistere, nec quemquã ex ipsius Montis Archiuiorum descriptis creditoribus; aut ab eis ius & causam habentibus super integris fructibus & emolumentis prędictis, quocunque modo perturbari, vel impediri posse, Sicq; & non aliàs in omnibus & singulis pręmissis per quoscunque Iudices ordinarios & delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, ac præfatæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de latere Legatos, sublata eis & eorũ cuilibet quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate & auctoritate, in quauis causa & instantia iudicari & diffiniri debere, ac irritum & inane, si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus pręmissis, ac fel. rec. Symmachi, Benedicti XII. Calixti III. Pauli II. Innocẽtij VIII. Alexãdri VI. Pauli III. Pauli

Securitatẽ per quinquennium Montistis concedit.

Decretum irritans apponit.

Clausulas derogatorias addit.

Hæc cõstitutiones diuersorũ Pont. hic allegatas vide in Paul. iiii. cõst. 2. fol. 570. in bullar. magno vbi notaui.

Pauli IIII. & Pij V. aliorumq; Romanorum Pontificum etiam prædecessorum nostrorũ, de rebus Ecclesiæ non alienãdis, & alienatis recuperandis, aliisq; Apostolicis, ac in Prouincialibus, synodalibus & vniuersalibus Conciliis editis, specialibus vel generalibus cõstitutionibus, etiam pręmissa fieri specialiter & expresse prohibentibus, & facta irrita esse decernentibus, dictæq; Cameræ iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, consuetudinibus, stabilimentis, vsibus, & naturis, priuilegiis quoque indultis & litteris Apostolicis eidem Cameræ, illiusq; agentibus & personis, sub quibuscunque tenoribus & formis, ac cum quibusuis, etiam derogatoriarum derogatorijs, aliisq; efficacioribus & insolitis clausulis, irritantibusq; & aliis decretis, etiam motu, scientia & potestatis plenitudine similibus, ac pro conseruatione status dignitatis, & extimationis prędictę Romanę Ecclesię concessis, approbatis, innouatis, extensis & moderatis. Quibus omnibus, etiam si de illis, eorumq; totis tenoribus specialis, specifica, expressa & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, ac forma in illis tradita obseruata inserti forent pręsentibus pro sufficienter expressis & insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris hac vice dũtaxat specialiter & expresse derogamus, cæterisq; contrariis quibuscunque. Volumus autem quòd præsentiũ transumptis, etiam impressis manu Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ obsignatis, eadem prorsus fides in iudicio & extra illud adhibeatur, quę pręsentibus originalibus adhiberetur, si essent exhibitæ vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrę creationis, erectionis, facti, institutionis, concessionum, applicationis, assignationis, appropriationis, voluntatum, mandatorum, positionis, substitutionis, surrogationis, exemptionis, liberationis, obligationis, hypothecationis, decreti, constitutionum, deputationum, statutorum, declarationum, reseruationis, præcepti, absolutionis, liberationis, admissionis, acceptationis, indulti, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo quingentesimo octuagesimo octauo, Nonis Februarij, Pontificatus nostri Anno Quarto.

A. Card. Montaltus Summator Papæ.

SIXTVS Episcopus Seruus Seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. Decet Romanum Pontificem in supremo Iustitiæ Throno, diuina dispositione constitutum personarum quarumlibet cum Camera Apostolica contrahentium securitati, & indemnitati consulere, & his quę de eius mandato propterea concorditer facta sunt, approbationis suæ robur adiicere, ac aliàs desuper opportunè prouidere, vt contrahentes ipsi possint illorum trãquillitate lętari. Cum itaque nos nuper Montem Archiuiorum status nostri Ecclesiastici nuncupatum noningentorum & octuaginta locorum, seu portionum vacabilium, ad rationem centum scutorum monetæ pro quolibet loco, per alias nostras litteras perpetuò erexerimus, illiq; sic erecto pro eius dote, ac annuis fructibus, ad rationẽ decem scutorum similium pro quolibet loco, & anno summam nouem millium & octingentorum scutorum dictę monetæ, ex appaltu prędictorum Archiuiorum, Dilecto filio Paulo Falconerio Nobili Florentino pro annua responsione vndecim millium scutorum eiusdem monetę per nos antea facto, etiam perpetuò applicauerimus, vt aliqua pecuniarum summa pro imminentibus Sedi Apostolicę necessitatibus facilius subleuandis, ex dicto Monte congereretur, ac nobis vnico contextu repręsentaretur, & sine longioris moræ interuallo in promptu esset: Et sicut accepimus dilectus filius noster Henricus tituli S. Pudentianæ, Presbyter Cardinalis Caetanus nuncupatus S. R. E. Camerarius, ac dilecti etiam filij Thesaurarius & Clerici Præsidentes dictæ Cameræ, in Palatio Apostolico ac loco solitæ audientiæ, in quo pro rebus & negotiis eiusdem Cameræ vtiliter pertractandis congregari solent, debitè, vt moris est conuocati & coadunati, ipsam Camerã

repræ-

repręſentantes, & facientes, aſſiſtentibus ibidē dilectis filiis Almæ Vrbis noſtræ Gubernatore tanquam eiuſdem S.R.E. Vicecamerario, & cauſarum prædictæ Cameræ Generali Auditore, necnon Pręſidente, & Commiſſario eiuſdem Cameræ, ac Fiſci noſtri, & pauperum Aduocatis, ipſiusq; Fiſci Procuratore Generali, inſequentes tenorem chirographi & Capitulorum manu noſtra, ſub die ſexta menſis Februarij proximè præteriti ſubſcriptorum, Montem prędictum cum illius locis ſeu portionibus, necnon fructibus, vt præfertur, applicatis; pro tribus videlicet dilectis filiis Ioanni Baptiſtæ Zanchini, & Alexādro Doni, pro reliqua verò ex quattuor partibus Mōtis huiuſmodi prędicto Paulo pretio centum ſcutorum pro quolibet loco eiuſdem Montis ſummam noningentorū & octo millium ſcutorum in totum conſtituētium per ipſos Ioannem Baptiſtam, ac Alexandrum, & Paulum pro rata quemlibet eorum tangente per totam decimamquintam diem menſis Maij proximè venturi, cuiā nobis ordinatum eſſet, ſoluendorum, cum eo, quòd dicta loca per quinquennium non vacarent, dictiq; Ioānes Baptiſta, ac Alexander, & Paulus Depoſitarium prædicti Montis, cuius officium per decennium etiam non vacaret, ſed interim eſſet liberè diſpoſitionis Ioannis Baptiſtæ, ac Alexandri & Pauli prędictorum, & ſi pro tempore exiſtentis Depoſitarius decennio huiuſmodi durante decederet, vel eidem officio cederet, ipſi Ioannes Baptiſta, ac Alexander & Paulus vnū aliū eius loco, qui dictum officium ad eius vitam teneret, arbitrio ſuo nominare poſſent, & cum aliis pactis, conditionibus, obligationibus, iuramentis, capitulis, & cautelis tunc expreſſis, ac aliàs in omnibus & per omnia iuxta formam & cōtinentiam dictorum Chirographi & Capitulorum à nobis ſubſcriptorum vendiderint, ceſſerint, & transtulerint, prout in litteris ac Chirographo, & Capitulis prędictis, necnon inſtrumento, contractus deſuper inter Cameram ex vna, & Ioannem Baptiſtam, ac Alexandrum & Paulum prędictos ex altera partibus per acta dilecti filij Tydei de Marchis eiuſdem Camerę Notarij, ſub die octaua menſis Martij proximè pręteriti celebrato latius continetur. Nos cōtractum huiuſmodi pro illius ſubſiſtentia firmiori approbationis noſtrę pręſidio communiri, & ſublatis quibuslibet impedimentis, aut aliis obſtaculis ſuum debitum effectum ſortiri cupientes, ipſosq; Ioannem Baptiſtam, & Alexandrum, ac Paulum, eorumq; ſingulos à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſq; Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à iure vel ab homine, quauis occaſione vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum pręſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes, necnon erectionis Archiuiorum & Montis, ac litterarum Chirographi Capitulorum, Inſtrumenti & aliorum pręmiſſorū, veriores, ac totos tenores, & dat. cauſaſq; occaſiones & circumſtantias, necnon indeſecuta quæcunque pręſentibus pro ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis habentes, Motu proprio & ex certa ſcientia noſtra, ac de Apoſtolicę poteſtatis plenitudine, Inſtrumentū Chirographum, & Capitula huiuſmodi, omniaq; & ſingula in eis contenta iuxta illorum formam & tenorem, in omnibus & per omnia, Apoſtolica auctoritate tenore pręſentium approbamus, & confirmamus illiſq; perpetuę firmitatis robur adijcimus, omneſq; & ſingulos, tam iuris, quàm facti, & ſolemnitatum, quantumlibet neceſſariarum, etiam ex forma, & tenore, quarumcunque litterarum ſeu conſtitutionum Apoſtolicarum, vel aliàs requiſitarum, etiam ſubſtantialium, etiam ſimilia inſtrumenta annullantium defectus, ſi qui quomodolibet interuenerunt in eiſdem ſupplemus, eaq; omnia tanquam de expreſſis mandato & ordine noſtris facta & geſta, in fide de verbo, Rom. Pontificis noſtro, & ſucceſſorum noſtrorum nomine inuiolabiliter obſeruare & attendere, promittimus, & ad id nos, ac Sedem & Cameram prędictas, omniaq; eiuſdem Camerę bona obligamus, & nihilominus quatenus opus ſit, Montem prędictum ſic per nos erectum cum omnibus ſuis locis, ſeu portionibus, ac iuribus, fructibus, priuilegiis, immunitatibus, & exemptionibus, tam in dictis Capitulis Chirographo & inſtrumento, quàm erectione Montis, litteriſq; deſuper confectis prædictis expreſſis & contentis, Ioanni Baptiſtæ, & Alexandro, videlicet pro tribus, Paulo verò prędictis pro reliqua quatuor partibus Mōtis huiuſmodi pro ſe ſuiſq; ſucceſſoribus quibuſcunq; pretio centum ſcutorum pro quolibet loco eiuſdem Montis, ac aliàs iuxta formam & tenorem dicti contractus, auctoritate & tenore prędictis vendimus, ac vēditionis titulo concedimus & aſſi-

Cameræ Apoſtolicæ officiales Montē prædictum vendiderūt.

at modo contractum d. venditionis cū omnibus inde ſecutis, hic idem ſummus Pontifex confirmat.

at iiſdem modis & capitulis de nouo concedit.

& assignamus, necnon Ioannem Baptistam, & Alexandrum, ac Paulum prędictos, eorumq; successores in omne ius, locum, & priuilegium nostrum, dictæq; Cameræ, quoad ipsum Montem, & illius iura, Montisq; & locorum & iurium huiusmodi possessionem ex nunc substituimus, ponimus, & surrogamus, ipsisq; Ioanni Baptistæ, & Alexandro, ac Paulo, vt noningenta & octuaginta loca, seu portiones Montis prædicti quibuscunque personis in vna vel pluribus vicibus & partitis & pro quocunque pretio maiori ad suã venditionem, & damnum respectiuè, absque alia nostra, ac Sedis, & Camerę prędictarum, vel alterius requisita, & obtenta licentia, & sine aliqua solutione cuiuscunque com positionis, & regaliorum facienda vendere, alienare, ac disponere, & non solum Depositarium, sed etiam Computistam, seu Ratiocinatorem prędicti Montis, ita quòd tam illius, quàm Depositarij huiusmodi officia per decennium non vacent, sed ipsis Depositario, & Computista infra dictum decennium decedentibus, vel officia sua dimittentibus Ioannes Baptista & Alexander, ac Paulus prędicti ad illorum sic decedentium, seu dimittentium officia quoscunque eis beneuisis sufficere & surrogare, ipsisq; sic suffecti & surrogati eadem officia, ad eorum vitam tenere possint, constituere, nominare, & deputare

Clausulas præseruatiuas huic constitutioni apponit.

liberè valeant, eisdem auctoritate & tenore concedimus, & indulgemus, Ac præsentes litteras de subreptionis, aut obreptionis, seu nullitatis vitio aut intentionis nostræ vel alio quouis defectu notari, argui, impugnari, reuocari, restringi, vel limitari, nullatenus posse: & si secus fiat, quoties id euenerit, toties illas in pristinum statum restitutas, & plenariè reintegratas, validasq; & efficaces, perinde, ac si Consistorialiter, & de Venerabilium Fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium consilio & assensu emanassent perpetuò fore & esse censeri, vimq; validi contractus inter nos & Cameram, necnon Ioannem Baptistam, ac Alexãdrum, & Paulum prædictos initi habere, easq; ad omnia & singula pręmissa plenè probandum omnino sufficere, nec ad id alterius probationis adminiculum requiri, ipsosq, Ioannem Baptistam, & Alexandrum, ac Paulum, super præmissis nunquã

Decretum irritans addit.

molestari posse, Sicq; & non aliàs per quoscunque Iudices ordinarios & delegatos, etiã causarum Palatij Apostolici Auditores, ac eiusdem Rom. Ecclesiæ Cardinales, dictæq; Camerę Præsidentes, & Clericos, in quauis causa, & instantia sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate & auctoritate iudicari & diffiniri debere, necnon si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum & inane decernimus. Mandantes propterea nunc & pro tẽpore existentibus Camerario, Vicecamerario, Thesaurario, necnon Præsidẽtibus, & Clericis prędictis, cæterisq; ad quos spectat, & in futurum spectabit, vt easdem præsentes in ipsa Camera admittant, & in illius libris describi & registrari faciant, inuiolabiliterq; obseruent, & obseruari mandent: ac etiam ad maiorem cautelam eorũdem emptorum desuper patentes litteras, mandata, & alias scripturas opportunas expediant & expe-

Clausulas derogatorias subiicit.

Has constit. diuersorum Põt. hic allegatas, vide in Pauli iiii. cõst. 2. fol. 970. in bullar. magno vbi notaui.

diri curent. Non obstantibus præmissis, ac fel. record. Symmachi, Benedicti XII. Calixti III. Pauli II. & Pij V. aliorumq; Romanorum Pontificum prędecessorum nostrorum; de rebus Ecclesię non alienandis, & per quas mandatur, quòd certę diligentię & formę, etiam sub nullitatis instrumentorum aliter faciendorum, aliisq; grauissimis pœnis seruari debeant, nec etiam aliter fieri possint, ac quibusuis aliis constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, necnon dictę Cameræ, etiã iuramento confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, consuetudinibus, stylo, stabilimentis, vsibus, & naturis, priuilegiis quoque indultis, & litteris Apostolicis eidem Cameræ, etiam per nos & prædecessores nostros, cum quibusuis derogatoriarum derogatorijs, alijsq; efficacioribus & insolitis clausulis, irritantibusq; & alijs decretis in genere vel in specie, ac aliàs quomodolibet concessis, approbatis, & innouatis, quibus omnibus, etiam si de illis, eorumq; totis tenoribus specialis specifica, expressa & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita, obseruata inserti forent, præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, cæterisq; contrariis quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam

nostræ

noſtręabſolutionis, approbationis, confirmationis, adiectionis, ſupplectionis, promiſſionis, obligationis, venditionis, conceſſionis, aſſignationis, ſubſtitutionis, poſitionis, ſurrogationis, indulti, decreti, mandati, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, Milleſimo quingenteſimo octuageſimo nono, Sexto Kal.Maij, Pontificatus noſtri Anno Quarto.

A. Card. Montaltus Summator.

XXXIX.

Collegij Montis Alti pro quinquaginta ex Prouincia Marchiæ Scholaribus, in Ciuitate Bononieñ. erectio, cum Beneficiorum & annuorum reddituum aſſignatione, priuilegiorumq; & exemptionum elargitione. Protectoris quoque eiuſdem Collegij deputatio, cum facultatum, & iuriſdictionum conceſſione.

Hunc Montem Altum olim Oppidum, in Ciuitatem ſublimauit, & eius Collegiatam Eccleſiam, in Epiſcopalem hic idem ſummus Pont. erexit, vt ſup. in prima par. fol. 160. in conſt. 48.



SIXTVS Epiſcopus Seruus Seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

INTER cęteras ſollicitudines quę nobis ex officio creditę ſeruitutis incumbunt illam libenter amplectimur per quam litterarum ſtudia & adoleſcentium illis vacare volētium collegia ad fructuoſam agri Dominici culturam, ac doctrinæ & ſapientiæ incrementa vbique pręfertim in locis temporali noſtræ ditioni ſubiectis propagentur, ipſaq; collegia pro illorũ ſtabilimento congruis facultatibus communiantur vt ex eis optimarum diſciplinarum prouentus ad communem vtilitatem & profectum valeant prouenire. Dudum ſiquidem dum Cardinalatus honore fungeremur, pio erga dilectos filios Communitatem Ciuitatis Montis alti vnde originem duximus necnō vniuerſitates & homines Porculæ, ac Patrignoni & Montis nouem oppidorum prouincię noſtræ Anconitanæ, affectu, pacisq; inter eos conſeruandæ & ſtabiliendę zelo ducti, in dicta ciuitate tũc oppido & quibuſdã domibus ad id per nos emptis, publicum Gymnaſium in quo illius & aliorum oppidorũ prędictorum iuuentus religioſe educaretur ac primis litterarum rudimentis, aliarumq; bonarum artium diſciplinis inſtrueretur aſsignatis etiam redditibus annuis ad mercedē ipſius iuuentutis Præceptori, & vni Phyſico perſoluendam noſtris ſumptibus magnificè conſtrui curauimus, ac in his ſummam octo millium ſcutorum vel circa erogauimus, Et deinde immēſa Redemptoris noſtri benignitate ad Apoſtolicæ dignitatis faſtigium euecti, ne iuuentus ipſa ob rei familiaris anguſtiam & inopiam ad altiora litterarum ſtudia progrediendi commoditate deſtitueretur in ciuitate Bononieñ. quę omnium liberalium artium doctrinarumq; ſtudijs ſemper floruit, & quibuſdã ædibus de Zambeccarijs nuncupatis per fel.rec. Gregorium Papam XIII. prædeceſſorem noſtrum, Cameræ Apoſtolicæ impenſa pro Collegio ibidem inſtituendo, acquiſitis, vnum Collegium Scholarium ex Ciuitatis Montis Alti & oppidorum prædictorum indigenis vſque ad certum tunc præſcriptum numerum eligendorum duximus erigendum & inſtituendum. Poſtmodum vero erectionis & inſtitutionis huiuſmodi negotio maturius perpenſo, ædes prædictas ad vſum ipſius Collegij nondum reductas, ex certis cauſis venundari mandauimus, animo & intentione dictum Collegium in alio commodiori loco eiuſdem Ciuitatis Bononieñ. ſtabiliendi. Cum autem Prioratus Sancti Antonij Bononieñ. ordinis Sancti Auguſtini ex eo quod dilectus filius Antonius Giauerinus, ſeu Glauerinus illius Prior eun-

Hic ſummus Pont dum erat Cardinalis, In Ciuitate Montis Alt. publicũ Gymnaſiũ, pro illius, ac Porculæ & Patrignoni iuuentutis in bonis artibus & litterarũ rudimētis inſtructione & educatione, cũ impenſa ſcut. 8000. conſtruxit, & annuos reddit9 pro eorũ Pręceptore, ac Phyſico aſſignauit.

Et poſtea ad Apoſtolatus apicē aſſũptus, Collegium pro Scholarib9 ex ciuitate Mōtis Alti & oppidis prædictis, indigenis in ciuitate Bononien. i quibuſdã ædibus de Zãbeccariis erexit & inſtituit.

dem

dem Prioratum quem tunc seu nuper obtinebat aut in quo vel ad quem ius sibi competere asserebat resignauit, & seu iuri sibi competenti huiusmodi cessit, in manibus nostris sponte ad effectum infrascriptum & alias liberè, nosq; resignationem & seu cessionẽ huiusmodi duximus admittendam; per resignationem eandem apud Sedem Apostolicã vel alias certo modo, Et sicut accepimus vnum Sanctæ Mariç de Strata alias della Strada quod bo.mem.Philippus S. Eustachij Diaconus Cardinalis Vastauillanus nuncupatus & aliud S.Michaelis de Castro Britonum, quod similis mem. Alexander Episcopus Vigleuaneñ. ac reliquum monasteria Abbatiæ nuncupata sanctorum Fabiani & Sebastiani Vallis de Lauino S.Benedicti vel alterius ordinis Bononieñ.Diœc. quod quondam Vincentius Beccatellus, necnon Prioratus Sanctę Mariæ de Angelis prope & extra muros Bononien. Camaldulen. Ordinis, quem quondam Achilles Torfaninus, Clerici, ex con cessione & seu dispensatione Apostolica in commendam dum viuerent obtinebant, com mendis huiusmodi per Philippi Cardinalis apud Sedem prędictã, Alexandri Episcopi, ac Vincentij, necnon Achillis prędictorum extra Rom. Curiam defunctorũ respectiuè obitus cessantibus, adhuc eo quo ante commendas ipsas vacabant modo, Et vna Oratorium nuncupata eiusdem S.Antonij de Diola, seu Diolo, quam etiam bo.mem. Leonardus Episcopus Haulen. ex simili dispensatione, & altera plebania etiam nuncupata sine cura Ecclesiæ seu Capellę S. Ioannis Euangelistæ de Pastino, alias de Pasto dictę Diœc. quam quondam Augustinus Bondiolus ipsius Ecclesiæ seu Capellæ S. Ioannis Rector plebanus nuncupatus, necnon perpetua etiam sine Capellania sub S.Lazari in S. Petri prope & extra muros terræ Guastallæ, nullius Diœc. prouinciæ Mediolaneñ. quam quondam Augustinus Reste ibidem perpetuus Capellanus, ac vnum sub S. Agathæ intus & alterum perpetua simplicia beneficia Ecclesiastica sub Sanctorum Petri & Pauli inuocationibus in Præpositura similiter nuncupata eiusdem S. Petri prope & extra muros oppidi Vitellianæ, seu Viadanæ Cremonen. Diœc. Parochialibus, vel aliis Ecclesiis quæ quondã Herennius Perottus Clericus in vltimo dictis duabus Ecclesiis perpetuus beneficiatus dum viuerent obtinebant, pro Leonardi Episcopi qui extra dictam Curiam & Augustini Reste qui in loco à dicta Curia vltra duas Dietas legales non distante vbi proprium eius Domicilium non existebat, ac Augustini Bondioli, & Herennij prędictorũ qui apud Sedem eandem diem vitæ clauserunt extremum vacauerint & vacent ad præsens. Nullusq; de Prioratu S. Antonij quatenus per dictam resignationem vacet ac Ecclesia seu Capella S. Ioannis Euangelistæ, necnon Capellania & beneficiis prçfatis pro eo quod nos dudum omnes Prioratus, ac simplicia, cçteraq; beneficia ecclesiastica cum cura & sine cura secularia & quorumuis ordinum regularia apud Sedem prędictam tunc vacantia & inantea vacatura. Ac etiam quorumcunque ad dictam Curiam pro quibuscuis negotiis venientium seu ab ea recedentium ac etiam Curialium recreationis seu alia quacunque causa ad quæuis loca secedentium si eos in locis vltra duas dietas ab eadem Curia vt prçfertur non remotis, dummodo eorum proprium Domicilium ibidem non existeret, decedere contingeret per eorum obitum huiusmodi etiam vacatura collationi, & dispositioni reseruauimus, ac ex tunc irritum & inane decreuimus si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attentari, hac vice disponere potuerit siue possit reseruatione & decreto huiusmodi obsistentibus, Ipsiusq; Prioratus S. Antonij in Meditullio dictę Ciuitatis Bononieñ. consistentis ædes & ædificia iampridem iussu nostro à fundamentis eleganti, ac sumptuoso opere pro dicto Collegio Montis Alti ibidem stabiliendo seu transferendo, ac illius Scholarium perpetuis vsu & habitatione restaurata & accommodata existant. Nos pium & fructuosum opus huiusmodi quod dudum animo reuoluimus tandem ad debitum effectum perducere congruisq; redditibus, ac specialibus fauoribus & priuilegiis communire, neque hanc nobis oblatam subditorum nostrorum commoditates & profectus procurandi & augendi occasionem pretermittere volentes, ac Rectorem Scholares & singulares personas siqui sint Collegij huiusmodi à quibusuis excõmunicationis, suspensionis & interdicti, aliisq, Ecclesiasticis sententiis, censuris & pœnis à iure vel ab homine quauis occasione vel causa latis si quibus quomodolibet innodati existunt ad effectum præsentium duntaxat consequendum harum serie absoluentes & absolutos fore censentes. Necnon emptionis &

acqui-

acquisitionis ędium de Zambeccariis & illarum retrouenditionis, ac quarumcunque erectionum & institutionum ipsius Collegij Montis Alti, siue in ędibus de Zambeccariis, aut Prioratu S. Antonij huiusmodi, necnon vnionum, annexionum, incorporationum, applicationum, appropriationum, & concessionum eidem Collegio Montis Alti de prędictis & quibusuis aliis Monasteriis, Prioratibus, Ecclesiis & beneficiis, aliisq; rebus & bonis quibuscunque hactenus quomodolibet factarum. Necnon litterarum Apostolicarum, tam sub plumbo quàm in forma breuis etiam in fauorem Cameræ seu Collegij huiusmodi & aliàs desuper quomodolibet confectarum, ac possessionum subsecutarum & quorumcunque instrumentorum desuper quomodolibet celebratorũ tenores, fructuũq; inde perceptorum quantitates & valores verumq; & vltimum Monasteriorum, Prioratuum Ecclesiarum sine cura, seu Capellarum capellaniæ & beneficiorum prędictorum vacationis modum etiamsi ex illo quęuis generalis reseruatio etiã in corpore iuris clausa, etiam per obitum apud Sedem prædictam resultet. Necnon quacunque pensionum annuarum super illorum, seu alicuius eorum fructibus, redditibus, & prouentibus, seu ipsorum fructuum, redditũum, & prouentuum, etiam cum facultate illos & illas transferendi, ac regressu, accessu, & ingressu ad Monasteria Prioratus Ecclesias sine cura, seu Capellas, Capellaniam & beneficia huiusmodi, etiã per cessum, vel decessum, ac in quoscunque alios euentus reseruationum si quæ sint, ac facultatum, tenores, & pensionum huiusmodi quantitates nominaq; & cognomina ac qualitates eorum quibus pensiones, fructus, regressus, accessus, & ingressus huiusmodi reseruati forsan existunt præsentibus pro sufficienter expressis habẽtes. Motu proprio non ad Rectoris & Scholarium prędictorũ vel quorumcunque aliorum super hoc pro nobis oblatę petitionis instantiam, sed de mera deliberatione & ex certa scientia nostra, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine siue Monasteria, & Prioratus Ecclesiæ sine cura, seu Capellę Capellania & beneficia prędicta quorum insimul & illis forsan annexorum, fructus, redditus, & prouentus trium millum & sexcentorum ducatorum auri de Camera secundum communem valorem annuum, vt etiam accepimus non excedunt, præmissis siue aliis quibusuis modis & ex aliorum quorumcunque personis, seu per similem Antonij vel liberas Leonardi Episcopi & Achillis, ac Augustini Reste, necnon Augustini Bondioli, & Herennij prędictorum vel quorumuis aliorũ de Prioratibus Ecclesiis sine cura, seu Capellis Capellania & beneficiis prędictis, aut cessiones quorumuis de Regimine & administratione Monasteriorum huiusmodi in dicta Curia, vel extra eam, etiam corã Notario & testibus spõte factas, aut Prioratus Capellania & beneficia prędicta per assecutionem aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum quauis auctoritate collatorum vacent, etiamsi tanto tempore vacauerint quod illorum respectiuè collatio & prouisio iuxta Lateranẽ. Statuta Concilij, aut alias canonicas sanctiones ad Sedem præfatam legitimè deuoluta: Necnon Prioratus Ecclesiæ sine cura, seu Capellæ Capellania & beneficia prędicta dispositioni Apostolicæ specialiter, vel aliàs generaliter reseruata existant, & prouisio Monasteriorum huiusmodi ex quauis causa ad Sedem eandem specialiter vel generaliter pertineat, & ad dictos Prioratus consueuerint qui per electionem assumi eisq; cura etiam iurisdictionalis immineat animarũ, ac de ipsis Monasteriis consistorialiter disponi consueuerit, seu debeat, ac super eorum regimine & administratione: Necnon Prioratibus Ecclesiis sine cura, seu Capellis, Capellania, & beneficiis prędictis inter aliquos lis, seu eorum possessorio molestia cuius litis statum & merita causę, ac nomina & cognomina Iudicum & collitigantium eorumque, necnon Antonij & defunctorum prędictorum, ac quorumcunque aliorum prouisiones, commendas, concessiones aliaq; iura & titulos, etiam nullos & infectiuos, causasq; illorum annullatiuas & infectiuas, etiam præsentibus haberi volumus pro expressis pendeat indecisa, Prioratum videlicet S. Antonij prędictum illiusq; nomen titulum & denominationem, ac quodcunque onus hospitalitatis ibidem forsan exercendæ, ac tam in eo quàm Monasteriis & Prioratus Sanctę Marię huiusmodi illorumq; Ecclesiis, claustris, domibus, membris, ędificiis, & pertinentiis prędictos S. Augustini, & S. Benedicti, ac Camalduleñ. & si qui sint alios ordines omnemq; statum, essentiam, & dependentiam regulares Apostolica auctoritate tenore pręsentium perpetuo supprimimus, & extinguimus, dictũq; collegium Montis Alti ex ædibus de Zambeccariis prędictis quatenus ibi-

Et modo quædam beneficia hic expressa, quorum annui redditus sunt scutorũ trium millium in circa, supprimit dictoq; Collegio vnit & assignat.

 dem

dem erectum, seu institutum dici vel censeri possit cum omnibus & singulis illius priuilegijs exemptionibus, libertatibus, immunitatibus, concessionibus, indultis, fauoribus & gratijs tam spiritualibus quàm temporalibus, necnon Iuribus, actionibus, proprietatibus censibus, montibus, seu illorum locis & portionibus, ac fructibus, aliisq; rebus & bonis illi concessis, & seu ad eius vsum & commodum acquisitis, vnitis, applicatis, & appropriatis ad dictum Prioratum S. Antonij sic suppressum auctoritate & tenore prędictis etiam perpetuo transferimus, & seu illud de nouo in suppresso Prioratu S. Antonij illiusq; ędibus & ędificij prędictis pro quinquaginta Scholaribus quorum octo per ipsius Collegij protectorem pro tempore existentem vndecumque sibi placuerit, & alij octo per Montis Alti, & tres per Firmań. & alij tres per Asculań. necnon alij tres per Camerineń. & duo per Ripań. Communitates, aliiq; duo per Offidę, & alij duo per Montis Elpari, necnō alij duo per Montis Florę, & alij duo per Sanctę Victorię, & alij duo per Porchię seu Porculæ, necnon alij duo per Montis nouem, & alij duo per Patrignoni, Aliiq; duo per Grottarum ad Mare, ac alij duo per Castigniani, & similiter duo per Forchię, aliàs Furcis, & alij duo per Montis Monachi, & reliquus per Cusignani Terrarum seu oppidorum dictæ prouinciæ Vniuersitates, & homines ex suis Ciuitatibus & Terris seu Oppidis huiusmodi, vel si tot ibidem idonei & apti non reperiantur aliunde eorum respectiue arbitrio nostro tamen extra dictam prouinciam eligi, & nominari, sicq; electi & nominati in eodem Collegio recipi, ac ibidem sub vnius Rectoris cura & gubernio ad septennium & non vltra ali, atque confoueri, ac in vniuersitate studij generalis eiusdem Ciuitatis Bonoń. artium & Theologiæ, necnon vtriusque iuris & aliis studiis, eis pro cuiusque capacitate præscribendis, operam nauare debeant, cum Capella seu Ecclesia, Oratorio, Refectorio, mensa communi, sigillo, bibliotheca, Archiuio, cæterisq; insignibus collegialibus, ac membris, & officinis necessariis ad omnipotentis Dei laudem & gloriam, ac militantis Ecclesiæ exaltationem, subditorumq; nostrorum prędictorum in litterarum studiis felicem progressum eisdem auctoritate & tenore similiter perpetuo erigimus & instituimus. Idemq; Collegium sic translatum & seu de nouo erectum in locum, ius, & actionem dicti Prioris Collegij quoad priuilegia, exemptiones, libertates, immunitates, concessiones, indulta, fauores, gratias, proprietates, census, montis loca, portiones, res, bona, & alia prædicta in omnibus & per omnia perinde, ac si Collegio per præsentes erecto specialiter & expresse ab initio concessa, vnita, applicata, & appropriata fuissent ponimus, substituimus, & surrogamus, ac erectionem & fundationē suppressi Prioratus huiusmodi, necnon hospitalitatis in eo forsan seruandæ, cæteraq; onera illi quomodolibet incumbentia, in dicti Collegij functiones ministeria & exercitia, saluis tamen anniuersariorum, missarū & diuinorum officiorum obligationibus, & commissionibus, ac pijs defunctorum suffragiis consuetis si quę sint, ita vt illa per ipsius Collegij Capellanos, aut aliàs congrue adimpleri debeant couertimus, & commutamus eidemq; Collegio Montis Alti, Ecclesiam suppressi Prioratus S. Antonij huiusmodi, cum Sacristia, cemiterio, campanis, crucibus, calicibus, patenis aureis & argenteis, ac ornamentis, paramentis, aliaq; sacra & non sacra supellectile in ea existentibus, necnon ambitu, circuitu, claustro, domibus, structuris, ędificiis, membris adhærentiis, annexis & pertinentiis suis vniuersis auctoritate & tenore similibus pariter perpetuo concedimus & assignamus. Monasteria verò & Prioratum Sanctæ Marię de Angelis, ac vacantes Ecclesias seu capellas, necnon capellaniam & beneficia prędicta, omniaq; & singula illorum ac dicti suppressi Prioratus S. Antonij & eis respectiuè annexorum fructus, redditus, prouētus, proprietates, domos, villas, terras, agros, possessiones, fundos, census, decimas, prata, pascua, hortos, & alia bona quæcunque cum iuribus, iurisdictionibus, rebus & pertinentiis suis quibuscunque etiamsi aliàs Monasteria, Prioratus Ecclesiæ seu capellæ vacantes ac capellania & beneficia prædicta, vel eorū aliqua ipsi Collegio in priori illius erectione, & institutione huiusmodi vel postea quandocūque vnita, & annexa forsan reperiantur siue vnionum & annexionum huiusmodi, ac iuris illarum vigore quæsiti præiudicio, sed ius iuri addendo & accumulando atque antiquum conseruando, dictis auctoritate & tenore itidem perpetuo vnimus, annectimus, incorporamus, applicamus, & appropriamus. Ita quod liceat ipsius Collegij Montis Alti Rectori & Scholaribus pro tempore existentibus illorum omnium corporalem, realem, & actua-

[Margin notes:]
at d. Collegiū transfert ad Prioratum S. Antonij suppressū vt sup. & de nouo erigit pro quinquaginta Scholaribus, quorū octo Protector d. Collegij vndecunque voluerit, aliosq; octo Ciuitas Mōtis Alti, & alios aliæ Vniuersitates hic nominatæ de locis ipsis vel prouincia eligere possint.

Studentibusq; ibidē alimenta per septenniū, ac ēt ecclesiā, oratoriū, refectoriū, bibliothecam, archiuiū, sigillum, mensam cōem ac alia insignia Collegialia assignat & instituit.

at huic Collegio sic trāslato gratias, indulta, & priuilegia, ac bona & alia omnia, d. Priori Collegio cōcessa, de nouo tribuit & concedit.

at ecclesiā suppressi Prioratꝰ S. Antonij, aliasq; Monasteria & beneficia hic expressa cū omnibus eorū bonis &c, applicat & appropriat.

& actualem possessionem per se vel alium, seu alios, eorum & dicti Collegij nominibus propria auctoritate, etiam absq; alicuius iudicis mandato, decreto aut ministerio ac spolij & attentatorum vitio, necnon alicuius censuræ vel pœnæ incursu liberè apprehendere, aut iam etiam Cameræ & seu Collegij huiusmodi nominibus etiam litteris Apostolicis desuper non expeditis apprehensam continuare, & perpetuò retinere, eaq; regere, & administrare, ac fructus, redditus, prouentus, iura, obuentiones, & emolumenta quęcunque inde prouenietia percipere, exigere, & leuare, ac in suos dictiq; Collegij & illius Ecclesiæ seu capellæ vsus, vtilitatem, & necessitates conuertere; necnon Monasteriis, Prioratibus, Ecclesiis, Capellis, Capellaniæ, & beneficiis vnitis prędictis per presbyteros sæculares, vel de superiorum suorum licentia cuiusuis ordinis regulares idoneos inibi iuxta statuta desuper edenda ponendos & amouendos in diuinis deseruiri facere, Diocesanorum locorum, vel quorumuis aliorum licentia desuper minime requisita. Insuper Collegium Montis Alti huiusmodi, illiusq; pro tempore existentes Rectorem, Scholares, Capellanos, Oeconomos, Officiales, Ministros, & personas, ac bona mobilia & immobilia, præsentia & futura cuiuscunque qualitatis & quantitatis existentia, ac vbilibet consistentia ab omni iurisdictione, dominio, superioritate & potestate pro tempore existentium nostri & dictæ Sedis in prædicta Ciuitate Bononien. Legati de latere, & Archiepiscopi Bononien. necnon Gubernatoris, Auditoris Turoni, Ancianorum, Vexilliferi, Potestatis, Quadraginta virorum reformatorum, ac Regiminis & Senatus ipsius Ciuitatis Bononien. Necnō Rectoris Vniuersitatis Studij generalis eiusdem aliorumq; Legatorum, Archiepiscoporum, Episcoporum ordinariorum locorum Gubernatorum & Potestatū eorumq; Vicelegatorum, Locatenentium, officialium, iudicum & quarumcunq; aliarum personarum vbilibet constitutarum, ac quauis auctoritate & dignitate tam Ecclesiastica quàm mundana etiam Cardinalatus honore fulgentium, ac etiam Aquis fontibus & fluminibus præsidentium, ac eorum Curiarum & Tribunalium, idemq; Collegium ab Annatarum, Quindenniorum, cōmunium, minutorum, ac aliorum iurium & seruitiorum dictæ Cameræ & quibusuis etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, & dictæ Curię officialibus etiam in annatis Quindenniis, communibus, minutis & aliis iuribus prædictis participantibus eorumq; Collegiis, ratione prædictarum & quarumcunque aliarum vnionum, applicationum, & concessionum eidem Collegio de prædictis & quibuscunque aliis Monasteriis, Prioratibus, beneficiis, rebus & bonis ecclesiasticis hactenus & deinceps quomodolibet pro tempore factarum, aut aliàs quomodolibet debitorum & tam ipsum Collegium in propriis suis bonis & rebus præsentibus & futuris, quàm illius ratione Rectorem, Scholares, Capellanos, Oeconomos, Officiales & ministros ac cum eis contrahentes, & etiam pro parte atque portione colonica quàm ex proprietatibus & bonis ipsius Collegij pro tempore percipiēt illius Colonos, Arrendatarios, Censuarios, & Emphiteotas, non tamen proprietates & bona huiusmodi in emphiteosim perpetuā aut vltra tertiam nominationem seu generationem vel centum annos possidentes, à quorumcunque pedagiorum, datiorum, vectigalium, gabellarum, angariarum, bullettinorū, tallearum, custodiarum, taxarum equorum tam viuorum quàm mortuorū, quatreni carnis, portus Anconitani, tertiariarum vnius scuti & medij respectiue pro centenario quartarum collectarum præbendarum, ponderum, molendinorum, focularium, pascuorum, herbaticorum, pecudum & aliorum animalium fictuum & subsidiorum, etiam Triennalium, charitatiuorum, ac quorumcunque aliorum similium vel dissimilium onerum & grauaminum tam ordinariorum, quàm extraordinariorum, ac realium, personalium, & mixtorum, quibuscunque nominibus & vocabulis nuncupatorum, etiam hic de necessitate exprimendorum, per nos & quoscunque alios Romanos Pontifices prædecessores & successores nostros, ac Sedem & Cameram prædictas, ipsiusq; Sedis Legatos, Vicelegatos, Gubernatores, Commissarios, & quoscunque alios, quauis auctoritate & potestate fungentes, etiam pro orthodoxæ fidei defensione, ac Status Sanctæ Romanæ Ecclesiæ conseruatione, Diuiniq; cultus augmento, necnon basilicæ Principis Apostolorum fabrica, Cruciata sancta, ac expeditione contra Infideles & rebelles; Necnon Ecclesiarum, murorum, pontium, viarum, & stratarum constructione & restauratione, ac aquarum fontium, & fluminum deductione, pauperumq; subuentione; Necnon Sedis &

Collegium prędictum eiusq; bona & personas ac officiales & ministros oēs ab Archiepiscopi, & Legati Bononien. aliorūq; Iudicū & ceterorū omniū iurisdictione eximit, & Sedi Apost. subiicit.

Exemptionem quoque d. Collegio ab Annatarum, Cōmuniū, & aliorum quorūcūq; iurium constitutionū & onerū solutione concedit.

Idemq; Collegiū in propriis bonis, ac eorū occasione illi' Rectores, scholares & officiales oēs, & cum eis contrahentes, à pedagiorum & impositionum ac subsidiorū ex quauis causa debitorum vel debendorum solutione & contributione eximit.

Cameræ

Cameræ prędictarum necessitatibus, ac ex quibuscunque aliis cogitatis, & inexcogitatis etiam quantumuis maximis, vrgentissimis & priuilegiatis causis, etiam Sedis & Cameræ earundem, ac quarumcunque prouinciarum, ciuitatum, & terrarum, publicam vtilitatem, & commoditatem concernentibus etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, etiam consistorialiter nunc & pro tempore quomodolibet impositorum & imponendorum, etiam à quibuscunque aliis similibus collegiis, ac hospitalibus & piis locis quouis exemptionis priuilegio gaudentibus exigi, & pręstari solitorum, etiam ratione carnium, vinorum, granorum, frumentorum, hordeorum, leguminum, frugum, lignorum, pannorum, librorum, eartharum, farinę & quarumcunque aliarum rerum ad dicti Collegij Montis Alti & illius Ecclesiæ seu capellæ, ac Rectoris Scholarium, Capellanorum, Oeconomorum, officialium, ministrorum, & personarum pro tempore existentium vsum, in quantumuis magna summa & quantitate emendorum, ac etiam ex toto Statu Ecclesiastico & quibusuis prouinciis, ciuitatibus, terris, & locis tam intus, quàm extra dictum Statum consistentibus, siue per terram, siue per mare & aquam dulcem, & aliàs quomodolibet conducendorum, cuiuscunque generis, quantitatis qualitatis, valoris, & speciei fuerint exactione, solutione, præstatione & contributione, necnon quorumcũque aliorum, etiam iuxta Concilij Tridentini decreta, vbilibet instituorum & instituendorum collegiorum, vel seminariorum puerorum ecclesiasticorum, & aliàs quomodolibet nuncupatorum, & qualificatorum, ac hospitalium & piorum locorũ subuentione, auctoritate & tenore prædictis etiam perpetuò eximimus & liberamus, ac sub beati Petri & dictæ Sedis atque nostra & pro tempore existentis Romani Pontificis protectione suscipimus, nobisq; & eidem Sedi immediate subiicimus; ac exemptionem liberationem, susceptionem & subiectionem huiusmodi in quocunque foro & tribunali, ac dicta Camera etiam respectu cuiuscunque solutionis illi faciendę, semper fauorabiles censeri debere, & de illis in quacunque causa lite & controuersia eam interpretationem extensiuam habendam esse quæ pro alia quantumuis pia & priuilegiata, ac ad pios vsus destinata & applicata causa fieri posset declaramus. Ipsi quoque Collegio Montis Alti, ac illius Rectori, Scholaribus, Capellanis, Oeconomis Officialibus, ministris, & personis vt omnibus & singulis priuilegiis, exemptionibus, libertatibus, fauoribus cæterisq; gratiis tam spiritualibus quàm temporalibus quibus Vniuersitas Studij generalis Bononień. huiusmodi necnon alia collegia & pia loca in dicta ciuitate Bononień. instituta, illorumq; Rectores, Scholares, Capellani, Oeconomi, officiales, ministri & personæ de iure vel cõsuetudine, aut ex priuilegio, vel aliàs quomodolibet vtuntur, potiũtur & gaudent, ac vti, potiri, & gaudere possunt & poterunt quomodolibet in futurum non solum ad eorum instar, sed ęque principaliter, ac pariformiter in omnibus & per omnia vti, potiri, & gaudere: Necnon tam ipsi quàm eorum Coloni Arrendatarij, Liuellarij, Conductores & emphiteotę pręfati vinum, triticum, hordeum, legumina, blada, frumenta & cuiusuis generis fruges, ac grana, ex quibuscunque proprietatibus, processionibus & bonis dicti collegij, illiusq; membrorum & connexorum quorumcunque prouenientia de quibuscunque prouinciis, terris & locis nobis & Romanæ Ecclesiæ mediate vel immediate subiectis, cuiusuis licentia desuper minime requisita, & absque alicuius pecuniæ vel alterius rei solutione, & præstatione propterea facienda, aut censuræ vel pœnæ incursu extrahere & extrahi facere, ac ad dictum Collegium pro illius vsu conducere, & etiam illa in dicta ciuitate Bononień. illiusq; Comitatu, necnon vniuerso Statu Ecclesiastico vẽdere, distrahere, & de illis ad eorum libitum disponere liberè & licitè valeant eisdem auctoritate & tenore similiter perpetuò indulgemus. Districtius quoque in virtute sanctæ obedientiæ inhibemus Legatis, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis locorum ordinariis, necnon Gubernatoribus, Auditoribus, Antianis, Vexillifero, Potestati, Quadraginta viris, Reformatoribus, Regimini, Senatui, Vicelegatis, Locatenentibus, Vicariis, officialibus, iudicibus & aliis præfatis, eiusdemq; Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Camerario, ac dictæ Camerę Thesaurario, Clericis, Præsidentibus, & Commissario, Necnon Annonæ Præfectis, ac pedagiorum, datiorum, vectigalium, gabellarum, angariarum, bollettinorũ, decimarum, tallearum, taxarum, & aliorum onerum ac subsidiorum prædictorum Appaltatoribus, dohaneriis, exactoribus, datiariis, ac quibusuis aliis personis cuiuscunque status,

Exẽptionesq; & alias concessiones pdictas in quocũq; loco & foro fauorabiliter cẽseri & extensiue ad fauorem d. Collegij interpretari mandat.

Priuilegia exẽptiones & indulta qbus Vniuersitas Studij generalis ciuitatis Bononiẽ. aliaq́; collegia & pia loca ibidem existentia & eius personę ac officiales potiuntur & gaudent omnia d. Collegio Montis Alti eiusq; personis & ministris elargitur & cõcedit.

Ipsis ẽt & eorũ Colonis & cõductoribus, & emphiteotis, frumenta & cuiuscunq; generis fruges & grana, ex quibuscũq; possessionibus d. Collegii & de omnibus locis Stat9 Ecclesiast. absque licentia & solutione aliqua extrahenda vbiq; in d. Statu vendẽdi auctoritatẽ cõcedit.

status, gradus, ordinis, conditionis, & præeminentiæ existentibus, ac quacunque auctoritate & potestate fungentibus ne quorumcunque priuilegiorum, indultorum, & litterarum eis sub quibusuis tenoribus & formis concessorum & cócedendorum, seu etiam Annonæ vel abundantiæ, aut cuiusuis necessitatis vel quouis alio prætextu Collegium Montis Alti illiusq; Rectorem, Scholares, Capellanos, Oeconomos, Officiales, ministros & personas huiusmodi, seu eorum aliquem, super præmissis quomodolibet molestare, perturbare, vel inquietare audeant seu præsumant. Vt autem ipsius Collegij Montis Alti bono regimini, gubernio, & conseruationi opportune consulatur, Dilectum filium nostrum Alexandrum Sancti Eustachij Diaconum Cardinalem de Monte Alto nuncupatũ & ex sorore germana secundum carnem pronepotem nostrum, & eo vita functo alium eiusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalem ex nostra familia & parentela, vel in eius defectum ex dicta Prouincia Marchiæ Anconitanę oriũdum antiquiorem Cardinalem, seu, si nullus fuerit, alium ex eiusdem Sãctę Romanę Ecclesiæ Cardinalibus quem Rector & Scholares præfati, seu eorum maior pars dixerint eligendum, eiusdem Collegij Montis Alti, illiusq; personarum, rerum, bonorum, iurium, & priuilegiorum Protectorem, defensorem & conseruatorem, ac iudicem ordinarium, cuius consilio & ope omnia supradicta & quæcunque alia in iis & circa ea necessaria & opportuna statuantur & ordinentur, constituimus & deputamus. Necnon Alexandro Cardinali ac pro tempore existenti Protectori Collegij Montis Alti huiusmodi illius Rectorem, Capellanos, Oeconomos, officiales, Aduocatos, procuratores, cæterosq; ministros deputandi & amouendi, ac loco amouendorum alios sufficiendi. Necnon quæcunque statuta & ordinationes, capitula, & decreta ad eiusdem Collegij Montis Alti illiusq; personarum, rerum & bonorum spiritualium & temporalium curam, regimen, gubernium, directionem & administrationem, ac Scholarium prędictorum receptionem, admissionem, ætatem, qualitates, victum, amictũ, instructionem, disciplinam & studij cursum pertinentia licita, tamen & honesta, ac sacris Canonibus & dicti Concilij decretis non contraria, quæ eo ipso Apostolica auctoritate prædicta confirmata & approbata sint & esse censeantur, & ab omnibus ad quos pro tempore spectabit, etiam sub pœnis in contrauenientes statuendis, obseruari debeant, faciendi & edendi, ac illa quoties pro eorum & temporum qualitate, seu aliàs expediens videbitur immutandi, corrigendi, moderandi, reformandi, & etiam alia ex integro condendi, omnesq; & singulas lites, causas & differentias tam ciuiles quàm criminales, ac mixtas, dictum Collegium Montis Alti, illiusq; res, bona, & personas quomodolibet concernentes tam actiuè quàm passiuè, etiam contra alia Collegia & pia loca etiam æque vel magis priuilegiata, eorumq; res, bona & personas vel è cõuerso ac vltro citroq; ad inuicem vel aliàs quomodolibet motas & mouendas, ac etiam per appellationem & in quacũque instantia coram quibusuis Iudicibus introductas, & indecisas pendẽtes, etiam illas ab ipsis Iudicibus auocando per se vel eius Viceprotectorem aut alium seu alios quos ad hoc duxerit deputãdos, etiam summariè simpliciter, & de plano, ac sine strepitu & figura iudicij sed sola facti veritate inspecta, ac etiam manu Regia cum omnibus & singulis suis incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis, & connexis, ac toto negotio principali etiam priuatiuè quo ad omnes & singulos alios Iudices ordinarios & delegatos eorũq; curias & tribunalia Ecclesiastica vel secularia audiendi, cognoscendi, & fine debito terminandi; Necnon quoscunque interesse habentes tam in dicta curia quàm extra eam, etiam per edictum publicum, constito, sibi summariè de non tuto accessu citandi, & quibusuis etiam eiusdem Curiæ Iudicibus & personis quibus & quoties opus fuerit sub sententiis censuris & pœnis Ecclesiasticis, ac etiam pecuniariis de quibus ei videbitur inhibendi, & in euentum non paritionis ad declarationem incursus sententiarum censurarũ & pœnarum huiusmodi procedendi, ac sententias desuper ferendas debitè executioni demandandi, seu demandari faciendi, contradictores quoslibet & rebelles per similes sententias, censuras, & pœnas, aliaq; opportuna iuris & facti remedia compescendi, ac etiam auxilium brachij secularis ad hoc inuocandi, necnon quęcunque dubia & difficultates, si quę præmissorum occasione quomodolibet oriri contigerit, declarandi & interpretandi, omniaq; & singula in eisdem pręmissis & circa eas quomodolibet necessaria & opportuna faciendi, dicendi, gerendi, exercendi, & exequendi, etiam omni & quacunq; appellatione,

Protectorẽ & iudicẽ ordinariũ d. Collegij Alexandrum Card. de Mõte alto, & post eũ, alium de ipsius Põt. familia & parẽtela si aderit, sin aũt antiquiorẽ Card. ex prouin. Marchiæ, vel si nullus fuerit, aliũ Card. a Rectore & scholarib' d. Collegij nominãdu.e nũc cõstituit & deputat.

Protectoriq; pro tempore has facultates concedit.

Rectorẽ d. Collegij offi ia-lesq; & ministros oẽs deputandi, amouẽdi & alios sufficiẽdi.

Statuta & ordinationes pro d. Collegij directione & gubernio condendi, moderandi, & reformandi.

Lites omnes d. collegij eiusq; personar & bona concernẽtes tã actiue quã passiue, ẽt contra alia collegia & pia loca magis priuilegiata, corã quocunque iudice vertetes per se vel alium ad se auocandi.

Sũmarie &c. & priuatiue quo ad oẽs alios iudices cognoscẽdi & decidẽdi.

In Curia & extra citandi.

Iudicib' & aliis inhibẽdi & inobediẽtes coercendi.

Dubia pmissorum occasione futura declarãdi & iterpretãdi.

Omniaq; alia desup necessaria & opportuna omni appellatione remota faciendi & exequendi.

tione remota plenam, liberam, & omnimodam facultatem, potestatem, & auctoritatem

Clausulas præseruatiuas huic concessioni apponit.

pariter perpetuò tribuimus & elargimur. Decernentes pręsentes litteras & in eis contenta quæcunque nullo vnquam tempore etiam pro eo quòd causæ propter quas hæc omnia facta fuerint coram locorum ordinariis, etiam tanquam à Sede pręditicta delegatis vel alibi examinatæ, verificatæ, & approbatæ, ac ipsorum Monasteriorum, Prioratuum & ordinum Superiores & quicunque alij interesse habentes ad id vocati non fuerint, nec eisdem pręmissis consenserint siue aliàs ex quibuscunque causis quantumuis legitimis & iuridicis de surreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ vel quopiam alio defectu notari, impugnari, retractari in ius, vel controuersiam reuocari, ad terminos iuris reduci, vel aduersus illa quodcunque iuris, facti vel gratiæ remedium impetrari posse neque sub quibusuis similium, vel dissimilium gratiarum etiam suppressionum, vnionum, & applicationum effectum suum plenarium nondum sortitarum reuocationibus, suspensionibus, limitationibus, aut aliis contrariis dispositionibus per nos vel alios Romanos Pontifices successores nostros, etiam in crastinum assumptionis ipsorum successorum, ad summi Apostolatus apicem sub quibuscunque verborum expressionibus & formis, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus pro tempore factis cõprehendi, sed tanquam pro fundatione & seu dotatione dicti Collegij Montis Alti ad bonarum artium cultum instituti concessa minime comprehendi, ac semper ab illis excipi & quoties illę emanabunt toties in pristinum & eum in quo antea quomodolibet erant statum restituta, reposita, & plenariè reintegrata, ac de nouo etiam sub dat. per Protectorem, Rectorem, & Scholares pro tempore existentes præfatos quandocunque eligenda de nouo concessa fore & esse suumq; plenarium effectum sortiri debere, nec quenquam ad easdem pręsentes litteras in Camera pręsata iuxta cõstitutionem piæ mem. Pij Papæ IIII. etiam pręd ecessoris nostri desuper editam, aut aliàs quandocunque præsentandum, insinuandum & registrari faciendum teneri, neque illas proprerea irritas, sed omnino valere & suffragari perinde ac si constitutio prædicta, vel alia contraria minime emanassent.

Decretum irritans addit.

Sicq; per quoscunque Iudices ordinarios & delegatos etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, ac pręd ictę Sanctæ Romanę Ecclesiæ Cardinales etiam de latere Legatos, sublata eis & eorum cuilibet, quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate & auctoritate, in quauis causa & instantia iudicari, ac diffiniri debere; necnon quo ad suppressum Prioratum S. Antonij quatenus per resignationem pręd ictam vacauerit & ecclesiã seu capellam S. Ioannis Baptistę, ac capellaniam & beneficia huiusmodi prout est sibi attentatũ forsan est hactenus vel in posterum. Quo vero ad Monasteria ac Prioratum beatæ Mariæ & ecclesiam seu capellam S. Antonij de Diola, seu Diolo, omniaq; alia præmissa, & si aliàs quam per dictam resignationem vacet suppressum Prioratum huiusmodi ex nunc irritum & inane si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter vel

Executores huius cõstitutionis deputat.

ignoranter contigerit attentari. Quocirca venerabilibus fratribus nostris Archiepiscopo Bononieñ. & Episcopo Montis Alti, ac dilecto filio causarum curię Cameræ Apostolicæ generali Auditori motu, scientia & potestatis plenitudine paribus per Apostolica scripta mandamus quatenus ipsi vel duo, aut vnus eorum, per se, vel alium seu alios, præsentes litteras & in eis contenta quæcunque, vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte pro tempore existentium Protectoris, Rectoris, Scholarium, Capellanorũ, Oeconomorum & personarum Collegij, ac aliorum interesse habentium pręd ictorum, vel alicuius eorum fuerint requisiti, solemniter publicantes, eisq; in pręmissis efficacis defensionis pręsidio assistentes, faciant auctoritate nostra pręsentes litteras & in eis contenta huiusmodi ab omnibus ad quos spectat, & pro tempore spectabit inuiolabiliter obseruari, ac pro tempore existentes Protectorem, Rectorem, Scholares, Capellanos, Oeconomos & personas Collegij huiusmodi ac alios interesse habentes illis pacificè frui & gaudere. Non permittentes ipsos vel eorum quempiam per quoscunque desuper quomodolibet indebitè molestari, contradictores quoslibet & rebelles per sententias, censuras & pœnas ecclesiasticas aliaq; opportuna iuris & facti remedia appellatione postposita compescendo; necnon legitimis super his habendis seruatis processibus sententias, censuras, &

Clausulas derogatorias subnectit.

pœnas ipsas etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachij secularis. Non obstantibus pręmissis ac fel. rec. Bonifacij Papæ VIII. etiam

præde-

prædecessoris nostri, etiam qua cauetur expresse ne quis extra suam ciuitatem vel diœcesim nisi in certis exceptis casibus, & in illis vltra vnam dietam à fine suę diœcesis ad iudiciũ euocetur, seu ne Iudices à Sede prædicta deputati extra ciuitatem vel diœcesim in quibus deputati fuerint contra quoscunque procedere, aut alij vel aliis vices suas committere audeant seu presumant. Et in cõcilio generali edita de duabus dietis. Dummodo vltra tres dietas aliquis auctoritate presentium ad iudicium non trahatur, ac nostris, de non tollendo iure quæsito, & vnionibus ad partes committendis vocatis quorum interest, & exprimendo valore etiam beneficij cui aliud vniri petitur, ac Lateranensis & aliorum etiam generalium & vltimo celebratorum cõciliorum, vniones perpetuas nisi in casibus à iure permissis fieri, ac etiam beneficia vnius diœcesis cum aliis beneficiis ecclesiis, collegiis, vel locis alterius diœcesis vniri prohibentium, ac rec. mem. Pauli II. & Pauli IIII. aliorumq; Romanorũ Pontificum similiter prædecessorum nostrorum de rebus Ecclesiæ non alienandis, & alienatis recuperandis. Necnon prædicti Pij de gratiis interesse dictæ Cameræ concernentibus infra certum tunc expressum tempus in ea registrandis, ac sanctæ mem. Iulij II. ac Iulij III. pariter Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum contra apprehendentes possessionem bonorum pretextu quarumcunque gratiarum super quibus litteræ Apostolicæ integraliter expeditæ nõ fuerint, Aliisq; Apostolicis, ac in prouincialibus, synodalibus, & vniuersalibus conciliis editis, specialibus vel generalibus constitutionibus & ordinationibus, necnon Cameræ Vrbis ciuitatũ, prouinciarum locorum, monasteriorum, etiam S. Antonij de Sancto Antonio à quo primo dictus Prioratus dependet, Prioratuum & ordinum præfatorũ, etiam iuramento confirmatione Apostolica vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & cõsuetudinibus, priuilegiis quoque, indultis & litteris Apostolicis, Dilecto filio nostro Gabrieli tit. S. Laurētij in Lucina presbytero Cardinali Palęoto nuncupato, super Monasteriis, Prioratibus, Præposituris, dignitatibus, cęterisq; beneficiis ecclesiasticis in ciuitate & diœcesi Bononien. consistentibus ad eius collationem, prouisionem, vel quamuis aliam dispositionem ratione ecclesiæ Bononien. cui ex dispensatione Apostolica præsidet, vel aliàs quomodolibet pertinentibus, nõ nisi per eum vel Vicarium ab eo deputatum, seu de ipsius Gabrielis Cardinalis consensu conferendos, seu quod de illis prouideri vel disponi aliter nõ possit. Necnon Legatis, Archiepiscopis, Episcopis ordinariis, Gubernatoribus, Auditoribus, Ancianis, Vexillifero, Potestatibus, Quadraginta viris reformatoribus, regimini Statui, Senatui, Vicelegatis, Locatenẽtibus, Vicariis, Officialibus, Iudicibus, Camerario, Præsidentibus, Clericis, Thesaurariis, Commissariis, appalratoribus, dohaneriis, datiariis, præfectis, exactoribus & aliis personis prædictis, necnon ipsius Bononien. aliarũq; ciuitatum & locorum, communitatibus, vniuersitatibus & hominibus, Necnon Cameręę Vrbi ciuitatibus, prouinciis, oppidis, locis, monasteriis, prioratibus, & ordinibus prædictis, ipsorumq; Monasteriorum, Prioratuum, & ordinum Abbatibus, Superioribus, Conuentibus & personis sub quibuscunque tenoribus & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisq; efficacioribus & insolitis clausulis: Necnon Irritantibus & aliis decretis in genere vel in specie per quoscunque Roman. Pontifices prędecessores nostros, ac nos & Sedem prædictam, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, ac etiam consistorialiter, etiam ad Imperatoris, Regum, Reginarum, Ducum, vel aliorum Principum instantiam, vel eorum contemplatione & intuitu, ac aliàs quomodolibet etiam iteratis & multiplicatis vicibus, etiam contra exemptos concessis, approbatis & innouatis, etiamsi in eis caueatur expresse quod illis etiam vigore clausulæ implicitæ derogationis latissimè extendendæ vltra quàm in suppositione desuper signata expressum fuerit, etiam per quascunque litteras Apostolicas, etiam quasuis clausulas generales vel speciales, etiam derogatoriarum derogatorias, efficaciores & insolitas, ac etiam irritantia & alia decreta sub quacunque verborum expressione in se continentes nullatenus derogari, neque derogatum censeri possit, nisi illorum tenores de verbo ad verbum nihil penitus omisso inserti, ac huiusmodi derogationes consistorialiter & de S.R.E. Cardinalium consilio, ac cum expressionibus causarum in huiusmodi priuilegiis & indultis ac desuper confectis litteris expressarum factę, & per trinas litteras eũdem tenorem in se continentes tribus distinctis vicibus ijs quorum interest legitimè intimatę & insinuatę

Hàc Pauli iiii. cost. & alias similes indicaui in ipsius const. 2. in bull. magno fol. 570.

Has const. Iul. ii. & Iul. iii. vide in bull. magno fol. 511. & fol. 534.

insinuatæ fuerint, ac tunc demum ipsorum interesse habentium ad id expressus accesserit assensus,& aliter factæ derogationes nemini suffragentur. Quibus omnibus etiamsi aliàs de illis eorumq; totis tenoribus specialis, specifica, expressa & indiuidua, ac de verbo ad verbum non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda esset tenores & formas, ac causas propter quas concessa fuerunt, necnon decreta in illis apposita præsentibus, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso & forma in illis tradita obseruata inserti forent pro expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice duntaxat specialiter & expresśè derogamus, ac sufficienter derogatum esse, & censeri decernimus; ita vt contraria quęcunque nullatenus obstent contrariis quibuscunque, aut si aliqui super prouisionibus sibi faciendis de Prioratibus, ac huiusmodi speciales vel aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus generales dictæ Sedis vel Legatorum eius litteras impetrarint, etiamsi per eas ad inhibitionem, reseruationem & decretum, vel aliàs quomodolibet sit processum. Quas quidem litteras & processus habitos per easdem & indesecuta quæcunque ad Monasteria, Prioratus, Ecclesias sine cura, seu Capellas, Capellaniam & beneficia huiusmodi volumus non extendi, sed nullum per hoc eis quo ad assecutionem Prioratuum, seu beneficiorum, aliorum pręiudicium generari, seu si aliquibus cõmuniter vel diuisim ab eadem sit Sede indultum quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Et quibuslibet aliis priuilegiis, indulgentijs & litteris Apostolicis, generalibus, vel specialibus quorumcunque tenorum existant, per quę præsentibus non expressa vel totaliter non inserta effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri, & de quibus quorumcunque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Prouiso quod propter posteriores vnionem, annexionem, & incorporationem nostras prędictas Monasteria in spiritualibus non ledantur, & in temporalibus detrimenta non sustineant, ac Prioratus Sanctę Mariæ Ecclesiæ sine cura seu Capellæ, Capellania & beneficia huiusmodi debitis non fraudentur obsequiis, & animarum cura in eis si qua illis immineat nullatenus negligatur, sed illorum ac Monasteriorum prędictorum congruè supportentur onera consueta. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrę abrogationis, suspensionis, extensionis, translationis, erectionis, institutionis, positionis, substitutionis, surrogationis, conuersionis, cõmutationis, concessionis, assignationis, vnionis, annexionis, incorporationis, applicationis, appropriationis, exemptionis, liberationis, subiectionis, declarationis, indulti, inhibitionis, constitutionis, deputationis, tributionis, elargitionis, decretorum, mandati, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ M.D.LXXXVIII. Quintodecimo Kal. Decembris Anno Quarto.

Clausulæ derogatoriæ.

A. Card. Montaltus Summator.

XL.

Erectio Tribunalis Rotæ in Ciuitate Maceraten. pro decidendis causis & litibus Prouinciæ Marchiæ, cum Auditorũ deputatione, iurisdictionũq; elargitione, ac Notariatuum & Cursoratuum concessione.



SIXTVS Episcopus Seruus Seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

ROMANVS Pontifex supremi Iudicis in Terris Vicarius, inter innumeras sibi imminentes curas, illam propensiori animo amplectitur, per quam omnibus in locis, sed præsertim in Prouinciis sibi & Apostolicæ Sedi immediatè subiectis, pro iustitia vnicuique æqua lance administranda

nistranda Iudices deputantur, & ad id necessaria tribunalia eriguntur & instituuntur, Sanè etsi semper pro cunctarum Ciuitatum nostro dominio subditarum statu pacifico, trãquillo, ac prospero, fœliciq; regimine cogitauerimus, ad Prouinciam tamen nostrã Marchiæ tantò accuratius aciem nostræ considerationis direximus, quanto illam (ex qua originem duximus) propensiori patriæ amore prosequimur. Et cum in ea etiam pro commoditate illius populorum, vnum Tribunal Iudicum, Rotam nuncupandum, instituere decreuissemus, nulla alia nobis commodior occurrit ciuitas, in qua id fieri possit, quàm ciuitas Macerateñ. quæ aliàs insignis existit, & ferè in medio dictæ Prouinciæ, ac in Territorio fecundo & ameno sita reperitur, solitaq; Sedes Legatorũ existit, celebriq; Gymnasio, duplici Collegio clara, insigniũ insuper Doctorũ copiosa, qui experientia, scientia, & ordine dicendi, interpretandi, aduocãdi, patrocinãdi eorũ particulari studio præcellãt.

Causæ huius erectionis.

1 Hanc igitur cogitationem nostram ad effectum perducere statuentes, Motu proprio non ad alicuius nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed ex mera deliberatione & certa scientia nostris, deq; Apostolicæ potestatis plenitudine, in dicta Ciuitate Macceratẽñ. vnum Tribunal Audientiæ causarum, Rotam nuncupandũ, perpetuis futuris temporibus duraturum, quod constare debeat quinque Iudicibus Auditoribus nuncupandis, Quatuor videlicet per nos, & Romanum Pontificem pro tempore existentem, & alio per Communitatem & homines dictæ Ciuitatis Macerateñ. eligendis & deputandis, qui omnes & singulas Anconitañ. Firmañ. Camerineñ. Asculañ. Faneñ. Esiñ. Macerateñ. & Montis Alti, earumq; Iurisdictionum, cæterarumq; aliarum dictæ Prouinciæ Ciuitatum, Terrarum, Oppidorum, Castrorum, Villarum, & locorum quorumcunque dictæ prouinciæ immediatè subiectorum, causas, lites, & controuersias ciuiles tam profanas, quàm Ecclesiasticas, ac meras, & mixtas, quomodolibet actitandas, necnon etiam criminales (in quibus appellationi locus fuerit) inter ciues, incolas, districtuales, habitatores, Ecclesiasticos & Sacerdotes, ac Collegia tam regularium, quàm non regularium, ac Monasteria virorum, agricolas quoque, & alios subiectos sub dicta Prouincia cognoscere, decidere, fineq; debito terminare, ac iudicare possint, & debeant, Apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuò erigimus, & instituimus.

1 Erectio Tribunalis Rotæ i Ciuitate Macceraten. ad deciden. causas Prouinciæ Marchiæ.

2 Vt autem Tribunal huiusmodi Constitutionibus & ordinationibus firmiter obseruãdis fulgeatur, per quas feliciter regi, & gubernari debeat, statuimus, mandamus, & ordinamus, quod dicti Auditores debeant esse Iuris vtriusque Doctores excellentes, ac insignes, vsu, & peritia iudicandi præstantes, Clerici, & non vxorati, & qui in eadem Ciuitate Macerateñ. saltem per integri anni spatium, cum eorum familijs non habitauerint, necnon ab alio Collegio Doctorũ ritè, præuio examine seuero, ad Doctoratus lauream promoti fuerint, & per quinquennium, aut in aliquo publico Gymnasio legerint, aut in locis insignibus iudicandi officio functi fuerint, ac laudabiliter & cum honore se gesserint.

2 Rotæ Auditores sint quinque Clerici I. V. D. ab aliquo Collegio laureati, & p quinquennium, in aliquo publico Gymnasio legerint, aut in locis insignib' Iudices fuerit.

3 Duret eorum officium ad quinquennium, quo elapso non possint iterum eligi, nisi post quinquennium à die finiti officij. Prætere a volumus quod dicti Auditores ipsorum officio durante, in eadẽ Ciuitate Macerateñ. seu tota huiusmodi Prouincia aliquod aliud officium, siue publicum, siue particulare nequeant exercere.

3 Auditorũ officiũ duret ad quinquenniũ & interim aliud officiũ in ipsa Prouincia non exerceant.

4 Et postquam electi fuerint, in principio seu ante ingressum eorum officij, in manibus pro tempore existentium Legati siue Vicelegati dictæ Prouinciæ, vel Gubernatoris eiusdem Ciuitatis Macerateñ. assistentibus in hoc Prioribus ipsius Ciuitatis, iureiurando promittant se se non contrauenturos præsentibus statutis, ac Ciuitatum, Terrarum, & aliorũ locorum, necnon prouisionibus, & constitutionibus dictæ Prouinciæ Marchiæ; sed illa (quatenus dicta Apostolica auctoritate cõprobata licita honesta & in vsu existãt, ac sacris Canonibus, & præsertim Concilij Tridentini decretis atque Apostolicis constitutionibus contraria non sint) inuiolabiliter obseruaturos; Iustitiamq; partibus administraturos sub pœnis in statutis, & prouisionibus dictæ Prouinciæ expressis, ac in Sindicatu infligendis.

4 Iurẽt in ingressu officij ista & alia Prouinciæ statuta seruare, & iustitiam omnibus ministrare.

5 Insuper ex eisdem quinque Auditoribus quolibet anno, & in principio anni, sorte extrahatur vnus, qui sit Potestas, eiusdem ciuitatis Macerateñ. & Rotæ Prætor, cum iurisdictione & terminationibus, ac oneribus & honoribus, salarijs, & emolumentis, de quibus infra. Duret autem huiusmodi Potestatis & Prætoris officium per annum, & eo elapso, alius ex reliquis Auditoribus sorte extrahendus in eius locum succedat, Et nihilominus

5 Potestas vn' ex quinq; Auditoribus anno quolibet & ad annũ sorte extrahatur, q causas alijs Auditorib' distribuat, & quorundam causarũ hic expressarũ sit solus Iudex.

Ec lominus

lominus dicto anno elapso Auditor remaneat, Idemq; Prætor teneatur quandocunque coram Notario Rotali & duobus testibus ad instantiam petentis etiam parte non citata, forte extrahere singulos Auditores ad singulas causas forte educendas, & causæ prius extrahantur; & deinde Auditores, dictaq; extractio intelligatur facta saluis exceptionibus partis & citra illarum præiudicium. Solus vero Prętor sit Iudex in causis pupillorum viduarum, carceratorum, & miserabilium personarum, etiamsi qualitates ipsorum non essent intentatæ, vel si non esset petitum secundum illa procedi, dũmodo dictæ causæ sint valoris vel æstimationis à centum scutis infra, & si dictum valorem excedant, adhibeatur in decisione illarum votum illorum Auditorum, & in causa appellationis alius forte extrahatur, Sitq; dictus Prætor Iudex vectigalium, & damnorum datorum, adaptationis stratarum dictæ Prouinciæ.

6 Auditores causas ciuitatis & territorii Maceraten. in secunda & aliis instantiis; Prouinciæ autem causas nõ executiuas & summã à scut. centũ nõ excedẽtes, in prima & secunda instatia nisi obstent locorum priuilegia, ac ẽt i aliis instatiis nõ obstantibus dictis priuilegiis cognoscant.

6 Statuimus etiam quod Auditores prędicti cognoscere debeant omnes & quascunq; causas cuiuscunque qualitatis & summæ fuerint, Ciuitatis, ac Territorij, seu iurisdictionis Maceraten. in secunda & alijs instantijs non autem in prima, quæ coram suis Iudicibus remaneant, prout hactenus obseruatum fuit, nec quo ad causas Ecclesiasticas, ac ad forum Ecclesiasticum quomodolibet spectantes, quæ in prima instantia ad Episcopum Maceraten. iuxta dicti Concilij decreta pertineant, In secunda vero & aliis instantiis ad ipsos Auditores spectent, Totius vero prouincię causæ omnes etiã Ecclesiasticæ, & ad forum Ecclesiasticum quomodolibet pertinentes, (dummodo non executiuè agatur in prę-iudicio facultatum Auditoris Cameræ Apostolicæ) summam & æstimationem rei vel facti scutorum centum excedentes post primam instantiam, quæ apud suos Iudices pariter remaneat, in secunda & alijs instantijs cognosci debeant à supradictis Auditoribus cum expressa tamen declaratione, quod propterea non sit nec censeatur esse derogatum, seu præiudicatum priuilegijs seu indultis Apostolicis illarum Ciuitatum & locorum, quibus concessum est quod causæ, In secunda instantia cognoscantur & decidantur ab illorum Iudicibus seu Pręsidibus, nec ad alia loca trahi possint. Volumus enim quod tunc quoad secũdam instantiam sit in potestate & voluntate appellantium prosequi dictas causas appellationum iuxta dicta indulta coram dictis Iudicibus, vel coram dicta Rota; In vlterioribus vero instantijs coram dicta Rota priuatiuè quoad alios Iudices, cognosci debeãt, nõ obstãtibus quoad prædicta debitis priuilegijs & indultis Apostolicis, quauis occasione cõpetentibus, Vniuersitatibus, & iursdictionibus dictæ Prouinciæ Marchiæ, hactenus concessis, & à nobis confirmatis de primis & secundis instantijs, quibus per præsentem Rotę erectionem censeatur quoad prędicta derogatum, ac si de verbo ad verbum de illis particularis mentio facta fuisset ad effectum deuoluendi tantum causas appellationis ad ipsam Rotam & non aliunde.

7 Vota in causis dent omnes Auditores excepto Ponẽte, qui solum det votũ si aliorũ vota sint æqualiter diuisa.

7 Habeant dicti Auditores iurisdictionem & potestatem procedendi, cognoscendi, & decidendi dictas causas, ac in illis vota, prout iuris esse videbitur præstandi, excepto eo, coram quo pendebit causa, qui in causis per ipsum proponendis votum non habeat, nisi vota essent æqualiter diuisa, quo casu debeat vni parti accedere, & sic semper obtinet illud quod maior pars iudicauerit.

8 Sñtiæ a quolibet Auditore de consensu aliorũ Coauditorũ proferendæ, alta & intelligibili voce proferantur, & subscriptæ Notario causæ tradantur.

8 Sententię autem proferri debeant ab illo Auditore, coram quo processus formatus fuerit, in quibus proferendis illud obseruetur, quod illæ sententiæ, quæ de consilio & assensu Coauditorũ datę fuerint, legantur & alta & intelligibili voce proferri, vt mox Notario causę subscriptę ab illo, qui eas protulerit tradi debeant, aliàs sint ipso iure nullæ: ita tamen quod Iudices Rotales prędicti in quauis causa, etiam à Sede Apostolica delegata aliquam diffinitiuam sententiam non proferant absq; eius lectura & publicatione, & sententia aliter lata etiam de consensu partium non valeat nec iure subsistat, aut aliquo modo exequutioni demandari possit.

9 Appellationes, nullitates &c. interponẽdæ a Iudicibus Prouinciæ, & ab ipsis Auditoribus, ad ipsam Rotã saluis locorum priuilegiis pdictis deuoluatur & processus fiat corã Auditore forte [illegible]endo.

9 Appellationes quoque & querelæ, & recursus, nullitates, in integrum restitutiones, in prędictis causis etiam tempore publicationis præsentium nostrarum litterarum quomodolibet pendentes, ab ipsis Auditoribus, seu ab aliis quibuscunque Iudicibus dictæ Prouinciæ Marchiæ, necnon etiam à prędictarum Ciuitatum Episcopis, eorumq; Vicariis, seu Locatenentibus, ac etiam ab arbitris, seu arbitratoribus coniunctim vel diuisim interponendæ, porrigendæ, petendæ, ac respectiuè, quomodolibet proponendæ, (priuilegiis

legiis tamen, seu indultis prędictis, vt prefertur semper saluis) ad quemcunque interponendæ, ad eosdem Auditores omnes deuoluantur, ac ipso iure deuolutę esse intelligantur & cognoscantur; ac etiam si ad nos & successores nostros Rom. Pontifices interpositę fuerint, nihilominus per eosdem Auditores Rotæ cognosci & decidi debeant per Iudicem extrahendum secundum ordinem præsentium, nec aliter, aut alio modo & fiant processus coram vno ex eis sorte extrahendo, excepto eo, coram quo fuit formatus in prima instantia, qui licet votum habere debeat, in secunda & vlteriori instantiis, tamen coram eo processus formari non possint.

10 Audiior causæ app. det votum aliis æqualiter discordantibus.

10 Et similiter Iudex extractus in secunda & vlteriori instantiis, votum non habeat in causa, nisi in casu de quo supra.

11 In causis infra summã scut. centũ, quilibet Auditor solus iudicare possit, & in eis semel tantu liceat appellare ad eandem Rotam.

11 In causis vero summam vel valorem scutorum centum non excedentibus, quilibet Auditor solus possit causam cognoscere & iudicare, cum distributione causarum per dictum Pretorem pro tempore existẽtem sorte facienda, & in prædictis causis liceat semel tantum appellare, & causam appellationis, etiam quod ad nos & Romanos Põtifices deuoluatur, tamen cognosci & decidi possit per ipsam Rotam, & per alterum ex prædictis Auditoribus similiter sorte extrahendum.

12 Duæ sententiæ faciãt rem iudicatam.

13 In causis a centum infra 50. summariæ Auditores procedant, absque extractione, & sine voto aliorũ, & semel appellari liceat, & a 50. infra summa idẽ etiã procedãt, & hic appellari non liceat.

12 Quæ duę sententię si erunt conformes transeant illico, vt prefertur, in rem iudicatam, & rei iudicatæ vim habeant, & vlterius appellare, etiam ad summum Pontificem nõ liceat. Si vero prędictę duę sententię erunt difformes, & contingat appellare, etiam ad summum Pontificem, appellatio nihilominus cognosci & terminari queat per aliquem ex tribus alijs Auditoribus, qui non iudicarunt, ordine tamen de quo supra, nec liceat vlterius ad summum Pontificem appellare.

13 A summa verò aut valore scutorum centum infra vsque ad summam scutorum quinquaginta summariè simpliciter, & de plano, sine strepitu, & figura iudicij, sola facti veritate inspecta quotidie (messibus & vindemijs, ac alijs temporibus feriatis, & Deo dicatis tamen exceptis) per Auditores prędictos, & in eorum domibus sine extractione, & Coauditorum interuentu procedatur, terminatione illarum in Palatio ad eorum Tribunalia respectiue sine Coauditorum votis facienda, & semel tantum appellatio, recursus, aut querela admittatur. Causas insuper ciuiles cuiuslibet quãtitatis siue valoris scutorum quinquaginta infra summarissime Breui manu singulis diebus & horis, præterquam in honorem Dei feriatis, & sine terminorum obseruatione & per breues dilationes ad summum duas, & etiam si negocium patietur sine scriptis, quilibet ex Auditoribus Rotæ, etiã sine extractione aditus audiat, cognoscat, & terminet, ac ab eorũ terminationibus semel tantum, ad Prætorem dumtaxat appelletur In casibus aliàs non prohibitis appellari ex forma statutorum, siue Constitutionum dictæ Prouinciæ.

14 Causæ de iure non appellabiles cognoscãtur per Auditores coniunctim, & si partes contenderent an dẽtur appellatio, Iudices desup. in primis pronũcient & a tali prouincia nõ detur appellatio.

14 Attamen omnes causæ, in quibus de iure appellatio nõ debet admitti per omnes Iudices supradictos coniunctim cognoscãtur, & terminentur; ita tamen quod corã vno eorũdem sorte extrahendo procedi possit, qui votũ (vt supra dictum est) nullatenus habeat. & si inter partes fuerit discordia super natura & qualitate ipsius causæ, videlicet vtrum appellatio de iure veniat admittenda necnè, prædicti Iudices ante omnia super hoc pronuncient, & ab illorum pronuntiatione tunc non detur appellatio.

15 Exceptiones oẽs in fine litis reseruatæ censeantur iuxta formam consti tutionis Marchiæ.

15 Omnes exceptiones iuxta formam Constitutionis Prouinciæ Marchiæ reseruentur in fine litis, & pro reseruatis habeantur, etiam præsentis Constitutionis vigore absque aliqua Iudicis pronunciatione.

16 Nullitates processus vna cum appellatione propositę censeantur, & de illis æqualiter cognoscatur iuxta constit. Marchiæ.

16 Nullitates etiam quæcunque processuum siue principaliter siue incidẽter proponendæ vna cum appellatione proponantur, Et nihilominus etiam si propositæ non fuerint pro propositis intelligantur, & de illis æqualiter cognosci debeat iuxta Constitutiones dictæ Prouinciæ.

17 In causis mercedũ & cibi ac potus, quilibet Auditor manu Regia procedat.

17 In causis mercedum, quarumcunque ac cibi, & potus singuli Auditores procedendi potestatem habeant, & illas manu Regia, prout posset Legatus Apostolicus à Latere, terminent & decidant, ac exequutioni demandent.

18 Causæ exãminẽtur & terminẽtur iuxta stylũ Ro. Cur.

18 Causę ad puncta reducantur, & iuxta stilum & morem Romanæ Curiæ examinentur ac decidantur.

19 De votis præstandis Notarius Rotę rogari debet.

19 Vt autem vota præstanda per supradictos Auditores facilius præseruentur, & omni-

bus pateant, Notarius ipse Rotæ, de eis rogari debeant.

20 Decisiones causarũ nõ publicẽtur nisi p manus Notarii causæ, à quo diligentissime custodiantur.

20 Decisiones autem Rotales non publicentur nisi per manus Notarij causę, à quo diligentissime custodiri debeant, vt perpetuis futuris temporibus pro faciliori litium expeditione inueniantur.

21 Prętor & Auditores rationes in decisionibus describere & partib' dare debeant.

21 Tam autem Prętor quàm alij Auditores teneantur in causis, coram eis vertentibus, præsertim summam & valorem scutorũ centum excedentibus, aut in quibus aliquid fieri petitur sine certa expressione quantitatis, aut vbi probabiles difficultates adesse apparebit, rationes, & causas, ac motiua, seu iura, & allegationes in decisionibus describere, ac partibus ad effectũ vt super eis ab Aduocatis consultari possit tradere teneantur sub pœnis arbitrio Sindicatorum imponendis ipsis.

22 Auditorib' adiũctus extra Rotam dari nõ possit.

22 Auditoribus in causis, coram ipsis vertentibus non possit dari adiunctus, qui non sit de Rota, & sic aliquo casu non possint Auditores prędicti cum aliquo adiuncto extra Rotam & qualibet ratione vel causa iudicare, aliàs sententia quoad impetrantem adiunctum vel vtentem tali rescripto sit ipso iure nulla, ac de tali nullitate semper & quandocunque opponi possit, non obstante quocunque & longissimi temporis interuallo, & nihilominus Auditores in Sindicatu teneantur.

23 Sequestra, associationes, &c. nõ dependentes a causis coram alio Auditore pẽdentib' quilibet Auditor decernere possit.

23 Præterea quilibet ex Auditoribus protestationes quascunq; & sequestra, (de iure tamen aut ex forma Constitutionum seu statutorum permissa) cum clausula associationis, quaslibet etiam immissiones absque alia extractione de eis facienda committere possint, dummodo prædicta à causis, coram aliquo extracto indecisis pendentibus non dependeant, & in talibus causis à protestationibus, sequestrationibus, & associationibus inchoandis, si vlteriori processu egeant, fieri debeat extractio Iudicis, & coram eo tunc extrahendo procedatur.

24 Iudiciũ super absolutione a iuramẽtis non impediat processus i Rota data cautione de qua hic.

24 Decernimus etiam quod pendentia iudicij super absolutionibus à iuramento in obligationibus appositis vsuraria prauitate fictione, & simulatione, ac dolo coram Iudice Ecclesiastico non impediat processum inchoatum vel inchoandum in Rota super exequutione instrumenti, nec exequutionem ipsam, pręstita tamen per exequi volentem cautione idonea iuxta formam litterarum Apost. fel. record. Iulij Papæ Secundi prædecessoris nostri, quarum litterarum vis, & effectus ad alios casus præmissos & similes extendatur.

25 Auditor q vltimo pronũciauerit expēsas non taxatas taxet, & sententias vim rei iudicatæ sortitas in Rota & extra exequi possit.

25 Auditor etiam qui vltimam sententiam tulerit expensas non taxatas taxatum, & sententias diffinitiuas, & interlocutorias vim rei iudicatæ sortitas in Rota, vel extra ipsam per quemcunque etiam superiorem Iudicem latas exequi possit & debeat; & istud etiam seruetur in euentum quod aliquis ex Auditoribus prędictis, propter aliquod impedimentum, aut finitum officium deficeret per successorem in locum prædictum, vt supra vacantem.

26 Decreta voluntariæ iurisdictionis quilibet Auditor sicut Prætor interponere possit.

26 Decreta voluntariæ iurisdictionis interponẽdi in Palatio, & extra Palatium, si dictis Auditoribus videbitur, & prout fuerint requisiti, ac dandi & decernendi Tutores, & Curatores minoribus, singuli Auditores, sicut Prætor, potestatem habeant.

27 Auditores quãdo insimul cõuenire, sedere, & ius reddere debeant.

27 Auditores etiam prædicti singulis diebus conuenire debeant, etiam si non sedeatur, semel in die pro commoditate litigantium, ijs vero diebus quibus sedere debeant & ius reddere statim post pulsum Campanæ Rotæ audiant principales, & Prothonotarios causarum, & hora post pulsum dictę Campanę statim dicti Auditores sedere debeant per horam cum dimidia ad minus, ad hęc ijdem Auditores ius reddant in aula assignanda alternis diebus videlicet Lunę, & Mercurij, & Veneris, & si non potuerint prædictis diebus iam ordinatis, sedeant reliquis diebus, & si essent duo, vel tres successiuè continui fessorij dies, aut in principio, aut in fine hebdomadę exceptis diebus feriatis, & die Sabbati.

28 Auditores & Prætor post litẽ motã & in causis corã eis pẽdẽtib. arbitri nomine pprio eligi nõ possint.

28 Præterea non possit quoquomodo in Prætorem seu Auditores prædictos, vel aliquẽ ex eis sub eorum nomine proprio compromitti, vel remitti in causis coram eis pendentibus, vel lite mota, quod tamen liceat quando lis non est adhuc iudicialiter cæpta, & si acciderit quod causæ huiusmodi sic vt supra compromissæ per laudum siue sententiam à prædictis Auditoribus terminari non possint, tunc ille seu illi Auditores qui fuerunt arbitri in tali causa electi aliquo modo interuenire seu consensum, aut votum præstare non debeant

beant, sed solum alij, qui non fuerunt arbitri causam prædictam cognoscere possint, & iudicare, excepto semper voto illius coram quo formatur processus.

29 Et vt fraudibus occurratur non possint Auditores prędicti aduocare in Ciuitate Maceraten. aut consulere, aut consiliis aliorum se subscribere in aliqua causa ciuili, Ecclesiastica, vel criminali, aut cuiuscunque generis quę directè, vel indirectè concernat, vel concernere possit interesse alicuius districtualis, & Prouincialis, seu vniuersitatis, vel Collegij dictæ Prouincię Marchię, aliàs si mutatis nominibus, vel quomodocunque fuerit huic capitulo contrauentum, contraueniens statim amittat officium, & teneatur ad alias pœnas arbitrio Sindicatorum.

29 Aduocare ēt & consulere in causis personas vel Vniuersitates Prouinciæ Marchiæ cōcernētes nequeāt.

30 In causis etiam in dicta Rota vertentibus nulla sententia ferri possit, nisi prius confecto registro.

30 Sñtias non confecto registru ferre non valeant.

31 Ijdem autem Auditores causas coram eis introductas expedire valeant, prout de iure, & quascunque inhibitiones post conclusum in causa eis pręsentatas à quocunque, etiā à Romana Curia emanatas, reijcere possint, & admittere non teneantur.

31 Inhibitiones ēt a Ro. Curia emanatas post cōclusum in causa reijcere possint.

32 Etsi contigerit obitus, vel absentia, aut infirmitas, vel aliud iustum impedimentum Prętoris, aut alicuius ex Auditoribus per octo dies continuos vel pauciores, causę coram impedito, vel absente vertentes, stent in suspenso toto tempore octo dierum, & illis elapsis vlterius procedatur coram surrogatis, dummodo acta scribantur per Notarios deputatos dicti Iudicis infirmi, vel absentis, aut aliàs impediti. Et si vnus ex Collegio absens, vel impeditus fuerit vt supra coram aliis pręsentibus causæ agitari possint, & Rota ipsa à tribus repræsentetur.

32 In casu absentię aut alterius impedimēti Auditorū, post octo dies corā Auditorib. surrogatis, firmo remanēte Notariu procedatur.

33 Causæ omnes tam ordinariæ, quàm Commissariæ etiam à Sede Apostolica ad referendum delegatæ, quę tempore renouationis Rotę pendebant indecisæ, intelligantur nouis Auditoribus commissæ, qui in idem Tribunal, & sessionem iuxta ordinem, & prioritatem Doctoratus successerint.

33 Causæ oēs tēpore renouationis Rotæ pēdētes nouis Auditorib. iuxta gradū doctoratus subrogādis, commissæ censcantur.

34 Non liceat autem ipsis Prætori, & Auditoribus, abesse extra Ciuitatem Maceratē. & districtum dictę Prouinciæ Marchiæ, nisi cum licentia Legati, Vicelegati seu Gubernatoris legitimè obtenta, excepto tempore feriarum propter necessitates hominum introductarum, quo tempore abesse possint per mēsem, obtenta tamen prius saltem verbo licentia à prædicto Gubernatore seu Vicelegato, Ita tamen quod ipsorum Auditorum tēpore prędictarum feriarum, tres computato Prętore in Ciuitate Maceratē. cōtinuè resideant, quę tamen licentia detur iusta pręcedente causa.

34 Auditores & Prætor sine licētia Legati, Vicelegati, aut Gubernatoris abesse nequeāt.

35 Pręterea Pretor, & alij quatuor Auditores, stare debeant in sindicatu quolibet anno cum retentione salarij infra dicendi, vel debeant pręstare cautiones de Iudicio sisti, & iudicatum soluendo in forma depositi in dicta causa sindicatus, qui sindicatus fieri debeat, Calendis Iulij cuiuslibet anni, & successiuè prosequi, nec aliquo modo, vel causa prætermittatur. Et quoniam multi forsan non auderent quęrelare, cognoscentes finitum non esse eorum officium, præcludatur via lęsis in fine quinquennij debeant stare sindicatui de omnibus causis tam ordinarijs, & Commissarijs, quàm à Sede Apostolica delegatis, ac de omnibus gestis per eos, & eorum quemlibet respectiuè toto tempore eorum officij, exceptis ijs de quibus quęrelatum, & iudicatum fuisset in alijs sindicatibus annorum pręcedentium eorum officij.

35 Sindicariq; anno quolibet & in fine officij debeant.

36 Sindici autem eligantur per Consilium Credentię, & Gubernatorem seu Vicelegatum dictæ Ciuitatis Maceratē. qui in numero sint, duo Doctores, duo de Consilio Credentiæ, duo causidici, & addantur duo mercatores pro maiori, & faciliori decisione causarum mercantilium si quę erunt, & contra tales sindicos sic electos, nulla exceptio neq; etiam incompetentię opponi posit.

36 Sindicatoresq; eligātur vt hic.

37 Et si quis de Auditorum numero fuerit condemnatus doli, fraudis, vel circumuentionis, aut imposturę seu baratariæ, sit priuatus officio suo, Teneaturq; de damno partis læsæ, & puniatur secundum formam Constitutionum dictę Prouinciæ.

37 Condēnati in Sindicatu de fraude &c. pœnas hic expressas incurrant.

38 Et ad tollendam omnem dubitationem, Auditores prædicti infra proximum diem à die extractionis siue electionis Sindicorum, & intimationis nominū eorundem, debeant proponere, allegare, & dicere coram Prioribus, & Legato, siue illius Gubernatore prędictis, omnes causas suspitionis, quas singulariter, vel cōiunctim habuerint, contra aliquē

38 Sindicandi, p diē proximū à die electionis Sindicorū, contra Sindicos suspitionis causas proponere, & infra sex dies iustificare debeant.

ex prædictis Sindicis, vt supra eligendis, quas ipsi iustificare debeant infra sex dies tunc proximè futuros, & prædicti Priores vna cum Legato siue Gubernatore dictę Ciuitatis Maceratēn. eas admittere, vel reiicere, aut aliàs super illis prouidere, prout iuri, æquitati, & honestati magis conuenire videbitur. Quibus sex diebus durantibus omnia dicti Sindicatus stent in suspenso, in reliquis autem in Sindicatu prædicto termini, & alia substantialia iuxta Constitutiones dictæ Prouinciæ obseruentur.

39 Prætor salarium hic præfinitū percipiat.

39 Vt autē habeant dicti Auditores ac Prætor vnde sustentari possint ordinamus, quod ipse Prætor qui pro tēpore fuerit pro suo salario habeat scuta triginta monetę Marchiæ quolibet mense, & insuper omnes redditus, prouentus, emolumenta, regalia, & prouisiones quę iuxta statuta dictæ Ciuitatis, vel ex approbata consuetudine Prętoribus dictę Ciuitatis, hactenus pręstari consueuerunt, necnon quartam partem pœnarum maleficiorum seu prouentuum ex maleficijs, vel quasi, prouenientium Camerę dictæ Ciuitatis Maceratēn. realiter, & cum effectu incorporandorū iuxta statuta, & reformationes dictæ Ciuitatis Maceratēn. ac concessionem super eisdem maleficijs per pię mem. Pium Papam Quintum etiam prędecessorem nostrum emanatam, prout hactenus obseruatum fuit.

40 Auditores salariū hic designatū habeāt.

40 Alij vero singuli Auditores habeant pro eorum salario quolibet mense pariter scuta triginta dictæ monetæ, & in causis Commissarijs Apostolicis habeant sportulas iuxta formam Constitutionum Prouinciæ prædictæ. In alijs vero causis pro sportulis solui debeat vnum scutum auri pro quolibet centenario æstimationis causæ tractandæ in sorte principali vsque ad summam mille scutorum. quod si æstimatio excesserit dictam summam in quacunque quantitate, nihilominus non amplius decem scutis iuxta modum infrascriptū distribuendis persolui debeat pro minori litigantium dispendio. Et si contingat aliquem ex Auditoribus pro inspectione, & visione loci, vt facilius, & celerius possit causas decidere, illuc se conferre, si in Territorio Ciuitatis Maceratēn. fuerit, habeat æquum pro se, & famulo, & dimidium scuti auri; sin vero extra ita quod eadem die redire non possit, habeat expensas victus pro se, & famulis ac æquis, ac scutum vnum auri pro qualibet die.

41 Salaria pdicta pro tēpore solū quo quis officium exercuerit petere possit.

41 Et ad tollendum omne dubium salarium siue publicum stipendium prædictum, ipsi Auditores percipere debeant pro eo duntaxat tempore, quo officium suum huiusmodi exercuerint, itaquod adueniente casu vel mortis, vel cessionis, discessus alicuius ipsorum Auditorum, nec ipse, nec eius hæredes prætendere, nec petere possint huiusmodi salarium nisi pro tempore quo officium exercuerint, nisi aliquid forte deberetur pro residuo.

42 Pauperum Aduocati & procuratores quolibet semestri a Prætore eligantur & electi gratis pro pauperibus aduocare & procurare debeāt, & tale officiū recusantes aut negligenter exercentes puniantur.

42 Quo vero ad ea quæ notarij, & baiulorum, siue Cursorū, siue sigilli mercedē, laborē, incōmodum, & maximas expensas, & detrimentum respiciunt, obseruetur taxa iam concessa à S.R.E. Camerario. Alterius Prætor qui pro tempore erit, facere debeat imbursationem omnium nominum Causidicorum, & Aduocatorum publicè exercētium in Ciuitate Maceratēn. Officium Procuratoris, & Aduocati, & duas bursas retinere, in quibus erunt breuia nominum prædictorum, stareq; debeant penes dictum Prætorem, qui quolibet semestre, & in principio semestris coram duobus testibus, & suo Notario sorte extrahat duo ex nominibus imbursatis, quorum nomina sorte extrahātur pro semestre immediate tunc sequuturo, qui sint, & appellari debeant Aduocatus, & Procurator pauperum respectiuè, & teneantur singulis diebus requisiti coram quibuscūque Iudicibus gratis, & amore Dei pro pauperibus, & miserabilibus intercedere, & postulare, nec possint aliquid percipere, vel acceptare per se, vel alium, seu alios etiam à sponte dare volentibus nisi fuerint esculenta, & poculenta, quæ triduo consumi possint. & si quis extractus pauperum procuratorum absque causa legitima recusauerit, vel se negligenter gesserit, impietatis nota afficiatur, & extraordinariè arbitrio pro tempore existentis Legati siue Gubernatoris, aut Prętoris Rotæ puniatur.

43 Causæ in d. Rota introductæ, solum per rescripta propria manu Papæ signata aut de cōsensu partiū auocari possint, & alijs inhibitionibus aliarū cōmissionū vigore concessis Auditores parere non teneantur.

43 Postremo mandamus quod causæ semel in dicta Rota introductæ, quouis modo nisi per nos, & eosdem successores nostros Rom. Pontifices pro tempore existentes, ac in vim commissionis per nos, & eosdem successores nostros, nostra vel eorum propria manu, seu de mandato, vel in præsentia nostrę signatæ, nisi de vtriusque partis consensu auocari nequeant. Nec Prętor, vel Auditores prędicti inhibitionibus seu mandatis eis vigore commissio-

missionum aliter quàm, vt præfertur signatarum presentatis, etiam vigore cuiuscunq; sententiæ, ac sub censuris, & pœnis etiam pecuniariis parere teneatur, & ob non paritionem inhibitionibus, & aliis prædictis aliquam pœnam minime incurrant.

44 Eisdem quoq; pro tempore existentibus Rotæ huiusmodi Auditoribus ac Prætori, vt omnibus, & singulis priuilegijs, exemptionibus, immunitatibus, indultis, concessionibus, & gratiis, etiam circa auctoritatem iudicandi, votandi, sententiandi, sequestra, & mandata decernendi, reponendi, restituendi, Apostolos concedendi, relaxandi, inhibendi, citandi: etiam sub censuris declarandi, aggrauandi, reaggrauandi, auxiliumq; brachij secularis inuocãdi, omnibusq; alijs, & singulis facultatibus & auctoritatibus quibus similes Rotæ Bononien. Auditores vtuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent (preterquam in his qui presentibus, aut alijs nostris litteris aliter disposita reperiatur) pariformiter vti frui, potiri, & gaudere omni tempore valeant concedimus, & indulgemus.

44 Iurisdictiones priuilegia omnia Auditoribus Rotæ Bononien. cõcessa Auditorib. huius Rotæ conceduntur.

45 Et vlterius, vt pro tempore existentes Pretor, & Auditores eorum officio durante à quibusuis gabellis, & datijs tam impositis quàm nouiter, & in futurum quauis de causa imponendis liberi, immunes, & exempti esse debeant pariter concedimus, & indulgemus.

45 Exemptioq; ab omnibus datiis &c. eisdem Auditorib. cõceditur.

46 Pretera Congregatione Collegionem Doctorem Curialium dictæ Prouinciæ, & ipsius Ciuitatis Maceraten. & cum interuentu moderni, ac pro tempore existentis eiusdem Ciuitatis Maceraten. Gubernatoris seu Prouincię prædictæ Legati, seu Vicelegati, necnõ Priorum dictæ Ciuitatis Maceraten. quandocunque pro personarum temporum, & locorum qualitate expedire melius videbitur supradicta statuta constitutiones, & ordinationes mutare, reuocare, & alterare, ac alia de nouo (licita tamen, & honesta, ac sacris Canonibus, necnon dicti Concilij decretis minime contraria per nos tamen, & successores nostros confirmanda) illorũ loco facere, statuere, & ordinare possint, & valeant licentiam, & facultatem concedimus, & impartimur.

46 Ordinationes iste corrigi & mutari possint vt hic.

47 Ac vt omnis dubitationis, & dissensionis occasio inter dictos Auditores, & alios quoad præcedentias, & publicæ sessionis, vel incedendi loca adimatur, habeant dicti Auditores tam incedendo quàm sedendo immediatum locum post Locatenentes Legati, seu Vicelegati, aut Gubernatoris dictæ Prouinciæ, & Ciuitatis Maceraten.

47 Locus post Locumtenẽtes Legati aut Gubernatoris, eisdẽ Auditorib. conceditur.

48 Demum pro commodiori exactionis sportularum causarum ordinariarum huiusmodi commoditate vnum Depositarium in eadem Ciuitate Maceraten. ad arbitrium dicti Gubernatoris seu Legati, vel Vicelegati eligendum, qui sportulas prout supra exigere, & conseruare debeat ad hoc, vt ex illis vna Massa communis constituatur, cuius medietas in solutionem stipendiorum Prætoris, & Auditorum conuertantur vltra supradictum stipendium desuper cõstitutum scutorum triginta pro quolibet Auditore, & altera medietas Communitati, & hominibus dictæ Ciuitatis Maceraten. cedat, videlicet pro expensis domus Rotalis, & eorum Auditorum constituimus, & deputamus.

48 Sportularũ massa modo hic expresso fieri debeat.

49 Cæterum dilectum filium nostrum Henricum tituli S. Pudentianæ presbyterum Cardinalem Caetanum nuncupatum modernum, & pro tempore existentem S. R. E. Camerarium in dictæ Rotæ, & eius Auditorum earumq; iurium, & priuilegiorum ac indultorum quorumcunque Protectorem cum omnimoda facultate, & auctoritate omnia & singula quæ ad Prætoris officium quomodolibet de iure, vel consuetudine spectant, & pertinent, & quæ alij similes S. R. E. Cardinales protectores facere, & exercere possunt, & consueuerunt faciendi, dicendi, & exercendi dicta auctoritate perpetuò etiam constituimus, & deputamus.

49 Protectoris Rotæ deputatio.

50 Decernentes præsentes litteras ex quacunque causa nullo vnquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, vel quopiam alio defectu notari, siue eas infringi, inualidari, seu reuocari posse; sed illas semper, & perpetuò validas, & efficaces existere, & fore, suosq; plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, necnon inuiolabiliter perpetuò obseruare.

50 Clausulæ pseruatiuæ.

51 Sicq; per quoscunque Iudices, & Commissarios etiam eiusdem Palatij nostri Apostolici causarum Auditores, & eiusdem Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiã de latere Legatos seu Vicelegatos, aut Cameræ Apostolicæ Præsidẽtes, & Clericos, vel quosuis alios sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate

51 Decretum irritans.

ctoritate vbique locorum iudicari, diffiniri, & interpretari debere, irritum quoq; & inane quicquid fecus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

52 Officiales Status Ecclesiastici mandata d. Rotæ exequi faciant.

52 Ac mandantes omnibus, & singulis totius Status Ecclesiastici prædicti Gubernatoribus, Potestatibus, & eorum Locatenentibus, Legatis, Vicelegatis, necnon venerabilibus fratribus nostris Archiepiscopis, & Episcopis, ac dilectis filijs eorum Vicarijs in spiritualibus generalibus, & quoties super hoc fuerint requisiti, sententias, decreta, statuta, sequestra, mandata, exequutoriales litteras remissoriales, citationes, & alia à dicta Rota, & eius Auditoribus emananda pro tempore omnibus opportunis remedijs exequutioni demandari faciant realiter, & cum effectu prout opus fuerit, & eis commissum extiterit.

Clausulæ derogatoriæ.

Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac etiam dictæ Prouinciæ, & huiusmodi ciuitatum, oppidorum, terrarum, castrorum, villarum, & locorum etiam iuramento confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & cõsuetudinibus, legibus etiam municipalibus, vsibus, & naturis, priuilegiis quoque indultis, & litteris Apostolicis etiam eisdem prouinciæ ciuitatibus, oppidis, terris, castris, villis, & locis eorumq; Communitatibus, Vniuersitatibus, iurisdictionibus, Gubernatoribus, Potestatibus, Officialibus, & incolis, & personis sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis clausulis, & decretis in contrarium forsan quomodolibet cõcessis, confirmatis, & innouatis; quibus omnibus etiam si de illis eorumq; totis tenoribus specialis specifica, & expressa, non autem per clausulas generales idem importantes mentiõ seu quæuis alia expressio ad hoc seruanda foret eorum omnium, & singulorum tenores, ac si de verbo ad verbum exprimerentur, & insererentur præsentibus pro sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice duntaxat harum serie specialiter, & expresse motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus derogamus, & derogatum esse volumus cæterisq; contrariis quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ erectionis, institutionis, statutorum, mandatorum, ordinationum, concessionum, indultorum, impartitionis, constitutionum, deputationum, decretorum, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ M.D.LXXXVIII. Idibus Martij Pontificatus nostri Anno Quarto.

A. Card. Montaltus Summator.

Admissio & Registratio in Camera Apostolica.

Die xxj. Aprilis 1589. Præsentes litteræ Apostolicæ in plena Camera præsentatæ fuerunt, & die xxviij. eiusdem Camera ipsa referente Reuerend. D. Bartholomęo Cæsio dictę Camerę Clerico, & Iudice ad hoc ab ipsa Camera specialiter deputato, citato prius R.P.D. dictæ Camerę Generali Commissario illas admisit, & registrari mandauit, prout successiuè registratæ fuerunt in eiusdem Cameræ libris scilicet libro tertio signaturarum S. D. N. fol. 49. apud me infrascriptum dictæ Camerę Notarium.

Tydeus de Marchis.

Sequitur tenor constitutionis circa erectionem & concessionem Notariatuum & Cursoratuum Rotæ.

SIXTVS Episcopus Seruus Seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. In suprema Iustitiæ Sede, & potestatis plenitudine à Domino constituti, ad ea libenter intendimus, per quæ acta causarum, quarumlibet à personis idoneis in omnibus Tribunalibus, & præsertim à nobis erectis & institutis, fideliter & diligenter cum litigãtium commodo adnotentur. Cum itaque nos nuper ex certis rationabilibus causis in Ciuitate nostra Maceraten. vnum Tribunal Audientiæ causarum Rotam nuncupatum, perpetuis futuris temporibus duraturum, quinque Iudicum iuris vtriusque Doctorum, excellentia, vsuq; & peritia iudicandi præstantium, qui omnes & singulas totius Prouinciæ Marchiæ, ac sub illa comprehensorum, illiq; immediatè subiectorum Ciuitatum, Terrarum, Oppidorum,

dorum, Castrorum, & locorum, illorumq; habitatorũ & incolarum causas & lites, ac controuersias ciuiles tam prophanas quàm Ecclesiasticas, ac meras & mixtas, quomodolibet actitandas, necnon etiam criminales, in quibus appellationi locus foret, inter Ciues, Incolas, districtuales, Clericos, & Sacerdotes, ac Collegia tam secularium quàm regulariũ, necnon Monasteria virorum, agricolas quoque & alios subditos sub dicta Prouincia, tam in prima in dioecesi & iurisdictione Maceraten. quàm in secunda & vlterioribus instãtiis, in causis appellationum totius Prouinciæ huiusmodi, cognoscere, decidere, fineq; debito terminare, ac iudicare possent & deberent, Apostolica auctoritate Motu proprio perpetuò erexerimus, & instituerimus, prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur, Nos erectionem, & institutionem huiusmodi ad effectum perducere statuentes, ac operepretium esse reputantes, quò dictum Tribunal magis prosperè dirigatur, ac æquitati & publicę commoditati, vtilitatiq; salubrius consulatur prouidere volentes, Motu simili, non ad alicuius nobis super hoc oblatę petitionis instantiam, sed ex mera deliberatione, & certa scientia nostris, deq; Apostolicæ potestatis plenitudine, vnum prædicti Tribunalis Notariatus Officium à quinque ęque idoneis Notarijs exercendum vno scilicet pro quolibet Auditore & Prętore, quod pro tempore obtinens omnium & singularũ causarum, litium, & cõtrouersiarum, ciuilium tam prophanarum quàm Ecclesiasticarum, ac merarum & mixtarum, coram ipsis Auditoribus pro tempore actitandarum, ac ab ipsis decidendarum, etiam omnium sententiarum tam diffinitiuarum quàm interlocutoriarũ, ac decretorum, etiam vim diffinitiuarum sententiarum habentium, ac denique quorumcunque actorum instrumentorum, scripturarum, concessionum, gratiarum, priuilegiorũ, facultatum, & exequutionum in præmissorũ exequutione, aut aliàs desuper faciendorum, & quorumuis aliorum, ab eisdem Auditoribus tractandorum, diffiniendorum, decidendorum, & agendorum, sigillo tamen solius Prætoris, seu Potestatis ipsius Tribunalis sigillandorum, verus & solus Notarius existat. Necnon octo Cursoriatus Officia eiusdẽ Tribunalis, qui omnes & singulas personas, cuiuscunq; dignitatis, status, gradus, ordinis, conditionis, pręeminentiæ & excellentiæ existentes, prout opportunũ fuerit citare, eisq; intimare, & inhibere, ac quoscunque alios actus ad Cursores, & Mandatarios Ciuitatis nostræ Bononień. de iure, vsu, vel consuetudine, aut aliàs quomodolibet spectãtes & pertinentes facere, gerere, & exercere liberè ac licitè valeant, Apostolica auctoritate pręedicta, tenore præsentium perpetuò erigimus & instituimus.

Erectio Officii Quinqꝫ Notariorũ, vnius scilicet pro quolibet Auditore d. Rotæ.

Erectio Officii octo Cursorũ ad citandũ &c. in causis d. Rotę.

Illaq; sic erecta, & instituta, Dilectis filijs Communitati & hominibus prædictæ Ciuitatis Maceratẽ. qui propter vrgentes, quibus hoc tempore premimur necessitates summam quatuor millium scutorum monetæ, ad rationem decem iuliorum pro quolibet huiusmodi scuto realiter persoluerunt, & cuilibet ex Auditoribus prædictis, salarium menstruum triginta scutorum persoluere promiserunt, cum omnibus & singulis illorum scripturis, honoribus, oneribus, salarijs, priuilegijs, prærogatiuis, & emolumentis consuetis, Apostolica auctoritate prædicta, etiam perpetuò concedimus & assignamus; ita quod liceat Communitati & hominibus prędictis, Officia prędicta per substitutos idoneos, ad eorum nutum ponendos & amouendos exercêri facere, aut illa personis sibi beneuisis vendere, & alienare, seu ad vitam, vel ad tempus locare, arrendare, ac ad firmam dare, necnon de illis tãquam de re sua propria disponere, & ordinare, illorumq; iura, pertinentias, obuentiones, & emolumenta per dilectum filium nostrum Henricum tit. S. Pudentianæ Presbyterum Cardinalem Caetanum nuncupatum S.R.E. Camerarium taxãda & moderãda percipere, exigere, & leuare, ac in solutionem dicti salarij menstrui omnino conuertere.

Concessio dictorum omniũ officiorum, Communitati Maceraten.

Decernentes quòd Communitas & homines prędicti, dictaq; Officia pro tempore obtinentes & exercentes omnibus & singulis priuilegiis, immunitatibus, exemptionibus, facultatibus, prærogatiuis, honoribus, fauoribus, gratiis, & indultis, quibus Notarij causarum Rotæ Bononień. Auditorum, & prædicti illius Cursores de iure, vsu, consuetudine, vel priuilegio, aut aliàs quomodolibet vtuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, ac vti fuerunt vbique frui, potiri, & gaudere possint, & poterunt, quomodolibet in futurum, pariformiter & æque principaliter, ac sine vlla prorsus differentia vti, frui, potiri, & gaudere, illisq; (quod nullus alius Notarius sententias, acta, siue scripturas aliquas, coram

Concessio omniũ priuilegiorum cõcedorũ Notariis & Cursoribꝫ Rotæ Bononien.

dictis

testatis plenitudine similibus,ac consistorialiter,necnon de Fratrum nostrorum Consilio, & vnanimi assensu,ac aliàs quomodolibet & quandocumque etiam pluries in contrariū forsan concessis,confirmatis,& innouatis.Quibus omnibus,etiam si pro illorum sufficienti derogatione,de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica,expressa, & indiuidua,ac de verbo ad verbum,non autē per clausulas generales idem importantes mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, eorum omnium & singulorum tenores,ac si de verbo ad verbum exprimerentur, & insererentur præsentibus pro sufficienter expressis habentes,illis aliàs in suo robore permansuris,hac vice dumtaxat specialiter & expresse,harum serie motu simili derogamus,& sufficienter derogatum esse volumus decernimus,& declaramus contrarijs quibuscumque seu si aliquibus communiter,aut diuisim ab eadem sit sede indultum, quod interdici, suspendi,vel excommunicari non possint per litteras Apost.non facientes plenam & expressam,ac de verbo ad verbum,de indulto huiusmodi mentionem.Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ erectionis,institutionis,concessionis,assignationis,indulti, obligationis, hypothecationis, decretorum,mandati,derogationis,voluntatis, & declarationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri,& Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Dat. Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo quingentesimo octuagesimo octauo, vndecimo Calendas Aprilis Pontificatus nostri anno quarto.

A. Card. Montaltus Summator.

Die xxj. Aprilis 1589. Præsentes litteræ Apostolicæ in plena Camera Apostolica præsentatæ fuerunt,& die xxviij. eiusdem Camera ipsa referente Reuerend. D. Bartholomęo Cæsio Cameræ Apostolicæ Clerico, & Iudice S. D. N. Papæ fol. 56. apud me infrascriptum dictæ Cameræ Notarium ad hoc ab ipsa Camera specialiter deputato, citato prius R. P. D. dictæ Cameræ Generali Commissario illas admisit, & registrari mandauit, prout registratæ fuerunt libro tertio signaturarum. Admissio & Registratio in Camera Apostolica.

Tydeus de Marchis.

Constitutiones Anni Quarti sunt num. 27. Numerus Constitutionum.

Omnes autem in hac Secunda Parte sunt num. 40.

Omnes vero Constitutiones quattuor annorum huius Pont. in prima & secunda parte à me collectæ sunt num. 115.


INDEX INITIORUM

SINGULARUM CONSTITUTIONUM SANCTISSIMI D. N. SIXTI PAPAE V.





INDEX RVBRICARVM
SINGVLARVM CONSTITVTIONVM,
SANCTISSIMI D. N. SIXTI PAPAE V.



Ff Confir-



INDEX MATERIARVM

ET RERVM NOTABILIVM SELECTARVM

EX CONSTITVTIONIBVS S.D.N. SIXTI PAPAE V.



Ff 2 Congre-

INDEX

D

E

G


H

I

L

M

ad scuta





REGESTVM.

✠ A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z

Aa Bb Cc Dd Ee Ff.

Omnes ſunt Duerniones, Ee, Ternio.







ROMAE,

Apud Paulum Bladum Typographum Cameralem.

M. D. X C.